




MEDICAL

Dr Henry Bryant
John

liber m[e]i petri forestij medici

Petrus forestus

Hic liber [illegible] a Johanne philippo [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] supplementum



Egimē sanitatis Magnini mediolanensis medici famosissimi attrebacensi episcopo directum. Insuper opusculum de fleubotomia editum a perspicacis ingenii viro magistro Reginaldo de villa noua. Additur qꝫ astronomia Hypocratis facile omnium medicoruz principis de variis egritudinibus et morbis. Item secreta Hypocratis. Itē Auerrois de venenis. Itez quid pro quo appotecariorum nuperrime castigatum accuratissimeqꝫ per peritissimum artis medice cultorem magistruz Nicholaū Rabby recognitum. Cum nonnullis insuper Auicenne ac plerumqꝫ aliorum auctorum in margine cartharum insertis.



In primis deum testor: cuius nomen sit benedictum. Ab hoc enim principaliter dependet celum et tota natura. Hic enim est qui omnibus influit esse his quidem clarius: his vero obscurius. In cunctis igitur deus sublimis est preponendus ꝛ honorandus In cunctis enim propone deum ꝛ proponet te: honora deum ꝛ honorabit te: time deum ꝛ cūcta experieris securius. Ad honorem enim dei altissimi cuius nutu sermo recipit gratiam ꝛ doctrinam: necnon beatissime virginis marie eius matris ꝛ totius celestis curie. Amplius vt domino meo reuerendo domino andree de florentia attrebatensi episcopo cuius vitam deus in prosperitate conseruet ꝛ prolonget: cui nedū quod possem denegare non debeo sed eidem in omnibus obedire: secūdum modicum meum posse valeā cōplacere. Necnon ad omnem vtilitatem iuuenum et specialiter rudiū pauperum copiam librorum habere nequeūtium nihilominus in hac sciētia studere volentium pertractare regulas regiminis sanitatis a diuersis auctoribus medicine prioribus ꝛ posterioribus collectas: quos ante initiū huius operis laboraui diligenter inspicere ꝛ clare scōm modulum mei ingenij confidens de auxilio iesu christi: qui est omnibus verus dator compilare propono hoc opusculū quod pater et domine tanto post deum vobis confidentius offero: quanto vt spero vestra benignitas defectū mei ingenij me in hoc opere mitius supportabit.



Unc autem in hoc opere quinqȝ ponā partes principales. Quarum prima est de quibusdaȝ que antecedunt regulas regiminis sanitatis.
Secunda est de regulis regiminis sanitatis ex rebus naturalibus sumptis.
Tertia est de regulis regiminis sanitatis sumptis a rebus nō naturalibus in generali et speciali.
Quarta est de regulis regiminis sanitatis sumptis a rebus ɔtra naturā.
Quinta est de quibusdā instrumētis quibus vtimur in regimie sanitatis

Capitulum primum de necessitate regiminis sanitatis.



Uod regimen sanitatis sit necessarium: duplici via inuestigare conuenit. Prima quidem via sumitur ex variabilitate corporis humani. Corpus enim humanum est variabile et transmutabile: non seruans cōsistentiam quam habuit a generationis principio. Materia enim nostrorum corporum sunt duo spermata que sunt humida et liquida ꝛ multum passibilia: humidum enim est multū passibile. Ex his aūt duobus spermatibꝰ cū sanguine menstruo mulieris generantur membra spiritus ꝛ calores innati: sic q̄dem ꝙ ex grossiori ꝛ corpulentiori parte generantur membra ꝛ ex subtiliori calor ꝛ spiritus: ꝛ hec est opinio aristotelis. ꝛ auicenne. ꝛ ꝓpter hoc opinātur aliqui ꝙ sperma masculi qd̄ est subtilius ꝛ spirituosius semine mulieris vel sanguine mēstruo: cōuertitur in spiritum qui cordi appropriatur ꝛ alijs mēbris sicut radix ramo. Ramus em̄ sicut oritur a radice sic cor et alia mēbra a tali spiritu suā traxerunt originē. Cum ergo materie nostroꝝ corporum sint valde passibiles propter earum limositatē ꝛ humiditatem. Sumꝰ em̄ generati in fine limositatis ꝛ humiditatis: nō est mirum si corpora nostra sint multū passibilia. Nō em̄ sumus sicut lapides aut metalla a quibus parū aut nihil resolui potest nisi in temporibus valde longis. Et qꝛ corpora nostra vt ostēsū est sunt multū variabilia ex quo faciliter labi possunt extra terminos proprie sanitatis: indiguerūt regimine conseruante quod vocaꝭ regimen sanitatis. Nō aūt est hoc sanitatis regimē necessariū vt nos tueaꝭ a morte: sed vtile est propter duo incōmoda specialiter euitanda: quorū primū est nimis cita humidi radicalis consumptio. Secūdum est humoꝝ putrefactio. Si em̄ erretur in regimine anticipari poterit humidi radicalis cōsumptio: sicut contingit in ieiunātibus ꝛ laborantibus excessiue. Poterit etiam suffocari calidū innatū: sicut contingit in dormientibus ꝛ comedētibus excessiue ꝛ quiescentibꝰ. Poterit etiam contingere in humoribꝰ putrefactio et ebulitio: sicut patet in vtentibus rebus participantibus caliditate extranea ꝛ humiditate accidētali vaporosa: talia em̄ sunt corpora nata putrefieri ꝛ ebulitionem suscipere: de quibus in processu pleniꝰ apparebit. Sic ergo patet prima via ad inuestigandū regimen sanitatis esse necessarium ꝛ vtile. Secūda via ad inuestigandum idem sumitur ex diuersitate rerū nō naturaliū quibus necessario indiget corpus humanū sicut sunt cibus ꝛ potus: aer: inanitio ꝛ repletio: somnus et vigilia: motꝰ et quies ꝛ anime accidētia. Hec em̄ res dicūtur nō naturales: qꝛ eis ꝯtingit bene ꝛ male vti. Unde circa eas contingit errare ꝛ bene agere. Et ideo circa vsum talium indigemus arte quia habetur ab Aristote. vij. ethico.

Prima via sumitur ex variabilitate corporis humani.

Regimen est corpori humano necessariū ꝓpter duo

Secunda via.

[quod] ars est de his circa que cōtingit errare [et] recte agere. Potest enī aliquis errare in vsu cibi [et] potus: [et] sic de omnibus alijs [et] eisdem bene vti. Bene igitur est vtile habere artem euitandi malum vsum [et] [prosequendi] bonum sicut in virtutibus [et] in alijs artibus est videre.

Capitulum secundum

Ad sciendū quid sit sanitas

Quot modis sanitas dicit[ur].



On est possibile sanitatem custodire semper. Nam semper custodire omni fama ignoramus. In hoc ergo capi. dicemus primo quid est sanitas. Secūdo quot modis dicitur sanitas. Nec intendim[us] loqui nisi de hominis sanitate vel aliorum ab homi[n]e vt veniant forsitan ad vsum hominis. Unusquisq[ue] autem hominum dicit se forte sanum cum potest in operationes solitas sine sensibili lesione. Uerbigratia. Si oculus potest in actū videndi consuetum sine omni lesione sensibili: dicitur san[us]: [et] similiter in omnibus alijs mēbris. Dicamus ergo [quod] sanitas est vna bona dispositio corporis humani per quam agit vel patitur actionem vel passionem ei debitam scōm naturam absq[ue] notabili lesione Hec autem dispositio est originaliter [et] primo in mēbris homogenijs seu similibus puta in osse [et] carne [et] consimilibus: [et] vocatur cōmensuratio in quattuor primis qualitatibus: puta in calido: frigido: humido et sicco. Talis igitur cōmensuratio est sanitas consimilium [et] est complexio vel [pro]prietas consequens complexionem vel cōcomitans. Amplius dispositio bona que est sanitas: scdo est in mēbris etherogeneis seu officialibus: puta in manu: pede: cerebro: [et] corde. Hec aūt sanitas nō solum est commensuratio calidorum: frigidorum: humidorum [et] siccorum: sed etiā [quan]titas mēbrorum numerorum figurarum [et] sitiū. Unde ad hoc [quod] manus [et] pes possint insolitas o[per]ationes sine lesione insensibili nō sufficit te[m]pamentū complexionis quod consistit in cōmensuratione calidorum frigidorū humidorum [et] siccorum: immo oportet manū esse debite [quan]titatis [et] debite figure debiti situs [et] habere digitos determinati numeri. Et quia mēbra organica componuntur ex similibus [et] ab eis dependēt: sanitas organicorū dependet a sanitate consimilium. Et q[uia] totum corpus est compositum ex diuersis membris consimilibus [et] organicis: sanitas vltimo reperitur in toto. Unde ex omnium mēbrorum coalternatione tam principaliū [quam] nō principalium tam simplicium [quam] organicorum sanitas resultat totius corporis. Sic igitur ad sanitatem totius corporis requiritur commensurabilitas mēbrorum consimilium [et] coequalitas organicorum: [et] requirit[ur] etiā vnitas in vtrisq[ue]. Unde solutio continuitatis quo ad similia vel cōtiguitatis quo ad officialia impedit corporis sanitatem. Sic ergo patet [quid] est sanitas de cuius regimine nos intendimus. Nunc restat ostendere quot modis dicatur sanitas [quan]tum spectat ad propositum nostrū. Propter [quod] sciendum est [quod] sanitas nō in indiuisibili consistit quod apparet primo in ducentibus in diuersa membra quorum nō est eadē sanitas cū appareat manifeste ea habere diuersas complexiones et diuersas compositiones [et] per consequens diuersas sanitates quod est bene rationabile cum habeant diuersas operationes. Et talis diuersitas arguit diuersaz sanitatez.

Mēbra organica de[pe]ndent ex similibus ab eis vt dicit Auicenna.

Galie.iij.de morbo. Siquidem sanitas dispositio est factiua actus. Hoc etiam apparet diuersitatem considerantibus etatum. Unde puer non est eiusdem sanitatis punctualis sibiipsi seni. Unde scdm aliam et aliam etatem est alia et alia complexio et per consequens alia et alia sanitas et per consequens indiget alio et alio regimine: et similiter diuersa membra indigent diuerso regimine sicut posterius apparebit Aristotel. v. phisicorum immo nō est eadem sanitas mane et vespere: sunt enim corpora nostra in continua alteratione: et sic continue aliter se habent qȝ prius: et sic sanitas non in indiuisibili consistit. Hoc idem patet ex diuersitate sexuum. Alia est enim sanitas masculi et femelle. Hoc etiam patet ex diuersitate regionum. Nam homines diuersarum regionum sunt diuersarum complexionum et per consequens sanitatum. Hoc etiam patet ex diuersitate cōplexionum naturalium. Nam homines diuersarum complexionum sunt diuersarum sanitatum. Unde sanitas colerici alia est a sanitate fleumatici et sanitas temperati alia a sanitate lapsi. Unde sanitatis latitudo est valde magna: est tamen dare vnam sanitatem alijs perfectiorem. Et est sanitas corporis temperati in specie humana que etiam sanitas in indiuisibili nō consistit propter aliqua superius tacta. Gal. iij. de morbo.

Secunda pars de regulis sumptis a complexione naturali.



Quoniam diuersorum hominum sunt diuerse cōplexiones totales: immo nō est possibile duos homines simul esse eiusdē cōplexionis totalis scdm gradum cōsequēs est qȝ diuersi homines indigent diuerso regimine sanitatis. Gal. iij. tegni. Cū enī regimē sanitatis sit p similia si cōplexiones diuersorū hoīm sunt differētes oportet qȝ per differentiā conseruentur. Et omnino idem cōuenit si dicatur qȝ regimē sanitatis nō est per similia vt multi dicūt de corporib⁹ multū lapsis. Nam sicut lapsi q̄ dn̄t regi nō p similia vt multi dicūt sed p cōtraria sunt diuersi sic etiaȝ eoȝ regimē erit diuersuȝ. Qd̄ enī diuersa vt diuersa p idē cōseruent non est bene rationabile. Quod igitur sunt diuersitates in cōplexione naturali totali hoīs tot sunt diuersitates regiminis sanitatis. Sunt enī nouē diuersitates in cōplexione naturali totali ipsius. Quarū prima est nobilissima et est cōplexio temperata ad iusticiam et ab hac cōplexione temperata labi contingit octo modis quattuor simplicib⁹ et quattuor cōpositis. Simplicibus quidē in calido frigido humido et sicco. Compositis quidē calido et sicco calido et humido: frigido et sicco: frigido et humido. Un̄ dato qȝ lapsus qui est respectu tēperamēti pōderis sit de necessitate in duab⁹ qualitatib⁹ scdm sententiam sapientum: tn̄ lapsus a temperamento iusticiali potest esse in vna qualitate. Uocatur aūt temperamentum ponderis in quo elemēta quattuor sunt simpliciter adequata sic qȝ vnū alterū non excedit nec ecōuerso: tale aūt temperamentū est impossibile scdm naturā Unde ex hoc tollitur actio et passio elementorū adinuicē et per consequēs mixtio et mixtuȝ. Et per consequens cōplexio que est proprietas mixti. Et respectu hui⁹ tēperamēti oīa quecūqȝ sunt illa sunt lapsa in vna q̄litate actiua et in vna alia passiua. Un̄ oīs res attributa cōplexioni hȝ in se domi Rationabile nō est vt diuersa per ideȝ cōseruentur

nium vnius qualitatis actiue que est in ea loco forme et alterius passiue que est in ea loco materie. Unde homo qui habet naturaliter complexionem magis equalem labitur a temperamento ponderis in duabus qualitatibus: puta in calido et humido: vnde complexionata omnia labūtur ab hoc temperamento in duabus qualitatibus. Temperamentum autem ad iusticiam est temperamentum debitum alicui scdm indigentiam speciei vel indiuidui vel partis indiuidui. Uerbigratia: natura humana secundum speciem habet vnam complexionem sine qua forma humana nō potest esse. Similiter homines sclaui vel indi habent vnam complexionem propriam sine qua stare non possunt. Similiter quilibet homo particularis habet vnam propriam complexionem sine qua esse non potest. Et similiter intelligatur in complexione partium istius hominis cum illo temperamento ponderis que ex necessitate est in duabus qualitatibus vt ad presens supponimus. Ab hoc enim temperamento iusticiali potest esse lapsus in simplici qualitate z similiter in duabus qualitatibus. Et scdm q aliter z aliter lapsi sunt indigebunt alio et alio regimine vel conseruatiuo vel reductiuo. Unde corpus in specie humana temperatum indiget regimine pure conseruatiuo et indiget pure consimilibus quantum ex parte complexionis naturalis. Quod autem sit illud corpus temperatum et que sunt illa pure consimilia corpori humano temperato intelligitur ex libris antiquorum medicorum. Et hoc ad presens est supponendum. Nolumus enim omnia in omnibus conculcare z specialiter quia hoc negocium est non vt sciamus sed vt sani in sua sanitate conseruentur et ab egritudine preseruentur. Sufficit ergo scire q corpus temperatum in specie humana debet vti his que sunt pure similia virtualiter corpori tali eo modo quo possibile est: quia scim9 q nihil adeo est simile corpori temperato quin ipsum aliqualiter alteret et trāsmutet. Modus autem specialis regiminis huius corporis inferius apparebit vbi nos ponemus regulas regiminis sanitatis sumptas a rebus naturalibus et sumptas a diuersitate membrorum. Ex dictis autem satis patet q copora que labuntur notabiliter notabili lapsu naturali ab hoc temperamento non indigent eodem regimine et ex eisdem. Nam si loquamur de regimine conseruatiuo z sint calidiora temperamento natura in specie humana indigent calidioribus et frigidiora frigidioribus. Calidiora enim calidioribus indigent adiutorijs z cetera. Gal. iij. tegni. Unde videtur rationabile q corpora colerica conseruentur in sua caliditate per colerica virtualiter que sunt calidiora virtualiter his quibus conseruatur complexio corporis temperati. Nec imaginari debemus q illa que dicimus corpus colericum conseruare in sua colericitate sint calida simpliciter: nec colerica respectu corporis temperati. Si enim que sunt colerica respectu corporis temperati: administrarentur colerico nō ɔseruarent ipsum in sua colericitate; sed distraherent in sua complexione naturali: et facerent ipsum labi in egritudinem. Uerbigratia: si colericus vtatur vinis fortibus alleis et pipere non conseruaretur. Sed talia quibus corpus colericum conseruatur sunt respectu corporis tēperati frigida sz respectu corporis colerici sunt calida conseruantia. Postq enim passa sunt a colerico calore conuertentur ad eundem gradum vel prope. Unde dicimus q corpora colerica que ponuntur lapsa a temperamento iusticiali in duobus gradibus non conseruabun-

Complexio naturalis hoīs

Natura humana scdm speciem habz vnam cōplexionez.

Corpus humanuz indiget multis modis

Corpora colerica in duob9 gradibus nō conseruabuntur.

tur per calida in secundo temperamento iusticiali: sed conseruabuntur: per aliqua que postq̄ passa fuerunt a tali calore non augebunt nec diminuent suam caliditatem et huiusmodi sunt frigida in primo respectu temperamenti ad iusticiam. Et sic patet q̄ regimen conseruatiuum talium non est idem nec ex eisdem cum regimine conseruatiuo corporis temperati. et similiter intelligatur in alijs. Si autem loquamur de regimine preseruatiuo vel reductiuo talium corporum predictorum adhuc magis ad propositum quoniam corpus habēs temperamentum non indiget reductiuo nec preseruatiuo: sed corpora multum lapsa puta colerica vel flegmatica indigent. Si enim conseruare vellemus talia corpora in suis lapsibus plures caderent in egritudinem: quia ex propria natura apta nata sunt labi in egritudinem quapropter dicuntur simpliciter egra et a generatione: melius est ergo q̄ reducantur. Et quia corpora colerica lapsa in secundo gradu caliditatis conseruabuntur per frigida in primo reducentur per frigida magis puta per frigida in secundo. Talis autem reductio non erit extra terminos complexionis colerici: sed erit infra terminos latitudinis eiusdem. Et sicut dictum est de colericis idem intelligatur in alijs lapsib⁹ tam simplicibus q̄ compositis. Quid etiam sit gradus et graduum distinctio quomodo accipiatur apud medicum ad presens supponatur et de hoc faciam vnum tractatum.

Capitulum secundum De regulis sumptis a sexu.



Sicut diuerse complexiones naturales indigēt diuerso regimine: sic etiam sexus diuersus diuersam arguit complexionem. Masculi enim sunt calidiores et sicciores et in q̄titate maiores et longiores et fortiores et communiter prudentiores femellis in specie humana quicquid sit in alijs speciebus in quibus potest contingere femellas esse maiores et calidiores videlicet in animalib⁹ viuentibus de rapina et in quibusdam entomiorum et piscium de quibus ad presens non est sermo. Supponamus ergo ex his que apparēt ex dictis sapientum masculos calidiores et sicciores esse in specie humana femellis ⁊ femellas frigidiores et humidiores et corpore misericordiores masculis. Uir ergo temperatior est calidior et siccior muliere temperata: et per consequens indiget alio regimine conseruante. Et puto saluo meliori iudicio q̄ mulier temperatissima in genere mulieris non indigeat regimine reductiuo sed conseruatiuo sicut masculus temperatissimus. Masculus enim temperatissimus temperatior est in specie humana q̄ mulier temperatissima. Ambo tamē sunt infra temperamentum corporis sani simpliciter et habent illud temperamentum q̄ se extendit ad masculum et ad femellam. Quod autem masculi ceteris paribus sunt femellis calidiores supponamus ad presens ex dictis sapientum: et ex signis manifestis sic patet: quo habito patet q̄ ad diuersitatem complexionum diuersorum sexuum diuersi sexus indigent diuerso regimine conseruatiuo vel preseruatiuo. Hoc idem patet ex diuersitate cōpositionis et operationis. Nam alia est compositio in sexu femineo et masculino vt multa membra sunt in femellis que non sunt in masculis et e-

Alia est cōpositio in sexu femineo ⁊ masculino

contra et aliter disposita. Unde in mulieribus est matrix et collū matricis que non sunt in viris: et in viris est virga virilis que non est in mulieribus. Similiter māmille in mulieribus sunt propter lactis generationē sed in viris non sunt ad hunc finē sed propter decorē et caliditatis cordis conseruationē. Unde māmille mulierū sunt maiores māmillis virorum. Amplius in mulieribus est impgnatio et mēstruorū euacuatio q̄ nō est in viris. Amplius in mulieribus est infātiū lactatio siue nutritio. Et sic in regimīe sexus feminei egemus regulis specialibus diuersis quibus non egemus in regimine masculorū. Nā indigemus regimine conseruante matricē et collū eiusdē matricis et preseruante a fluxu et retentione menstruorū inordinatis. Amplius indigemus regimine conseruante et preseruante māmillas ad moderatā et bonā lactis generationem. Indigemus etiā regimine pregnantis et parturientis et lactantis quorū nullo modo indigemus in regimine virorū. Et de his omnibus propter artis perfectionē bonū est facere capitulū singulare: et de illo forsan inferius apparebit. Et erit capitulū de regulis appropriatis sexui femineo vt differt a masculino. Et sic patet diuersitas regiminis sanitatis ex diuersitate sexus. Et sicut oportet considerare diuersitatē sexuū in regimine sanitatis. Et sic etiā et diuersitatē regionū. Nā homines diuersarū regionū: sunt diuersarū complexionū naturaliū et formarū diuersarū et figurarū et colorū sicut in regionibus extremis est videre puta de sclauis et indis. Isti distant in cōplexione. Et abusio esset dicere q̄ ex eisdē et eodē modo conseruarentur in sanitatibus suis. Et puto saluo meliori iudicio q̄ lapsus diuersi secundū diuersitatē regionū non indigent regimine reductiuo sed conseruatiuo. Nā secundū illos lapsus qui sunt ex parte regionis corpora non dicuntur egra nec egrotatiua simpliciter nec vt multū nec vt nunc. Unde indiuidua diuersarū regionū solū indigent reductiuo regimine secundū lapsus appropriatos singulis indiuiduis vt labuntur a medio latitudinis proprie regionis. Unde sclauus tēperatissimus non indiget regimine reductiuo ad complexionē climatis tēperati. Unde sclauus tēperatissimus melius viuit et sanius in suo proprio climate q̄ in climate tēperato: sed sclaui qui sunt multū lapsi a tēperamento proprij climatis indigent regimine reductiuo ad proprium tēperamentū eiusdē sic tamen q̄ illa reductio sit infra terminos latitudinis cōplexionis proprie et nature indiuidui que reducitur. Unde puto q̄ in quolibet climate sunt corpa sana simpliciter et egra simpliciter et semper et multū. Corpus tamen sanū vnius regionis est sanius et perfectius alio alterius regionis. Unde corpus humanū tēperatissimū climatis tēperati dicitur mediū vnū equale ad iusticiā in cōparatione ad corpora tēperata aliarū regionū et respectu huius alia corpora dicuntur lapsa sed ille lapsus non erit faciens talia corpora egra aliquo modo.



Capitulū tertiū de regulis sūptis ab etate.

Consequens est dicere regulas generales sanitatis sumptas ex diuersitate etatum. Supponamus hanc diuersitatem etatuꝫ esse in homine temperato libero ab occupationibus qui sit potens obedire sine subijci regimini sanitatis. Quid autem sit de corporibus lapsis et occupatis ex dictis poterit apparere. Et quia prima etas est infantiū primo dicemus regulas regiminis sanitatis ipsius infantis que in fine equalitatis exi-

stit. Dicamus ergo ꝙ talis infans post parturitionem ipsius statim ponendus est in aqua tēperate caliditatis ne corpus suū alteretur ab aeris frigiditate vel excessiua caliditate. Ut etiā sordes si que a matre fuerint derelicte per aquā calidaꝫ deleantur. Sed ante etiā vmbilicus est ligandus non nimis longus ne sit maior ꝙ deceat: nec nimis breuis ne sit minor ꝙ deceat: nec debet etiā ligatura esse nimis fortis nec nimis debilis ne prius cadat et citius ꝙ oportet nec tardius. Ligatura debet esse de filo lane non nimis duro. Post abscisionē vmbilici aspergatur sanguis draconis vel aliquid simile vtputa ciminū: sarcocolla vene citrine. Quantitas inscisionis est quattuor digitorū et ligationis vnius digiti. Post casum vmbilici mulieres gallicane salinā solū ponere consueuerunt. Alij autē docent apponere cineres coclearū vel plūbi adusti vel calcanei vitulini. Consueuerūt mulieres gallicane infantē natū nouissime ante omnia ponere supra nudas paleas: et eundē fricare paleis tēperata fricatiōe. Et ego laudarē paleas nō esse frigidas nec calidas excessiue: sed calidas tēperate. Sed mos aliaꝝ est infantē recipe in gremio in pāno lineo vł laneo tēperate caliditatis. Et vt sit advnū dicere recipiendꝰ est īfās in loco filīori loco matricis ꝙ possibiliꝰ est: qꝛ mutatio subita nocet nocumēto magno. Et iō nullo modo balneādi sūt post pturitōeꝫ in aq̄ frigida: sicut q̄dā barbari ꝯsueuerūt sed in aq̄ pura tēperate caliditatis siłi caliditati matricis in q̄ per experiētiā nos videmꝰ eos ꝙplīmū delectari. Dicūt antiquoꝝ q̄daꝫ ꝙ eoꝝ corpa post partū debēt synapizari sale minutissime triturato ⁊ deide fasciari recēter. Hec em̄ sinapizatio vtilꝰ est ad mēbra eoꝝ roborāda a frigore calore et siłibꝰ Ex hoc em̄ eoꝝ cutis efficit dēsior et impassibłior: hūiditates ⁊ impuritates cutis supflue ꝯsumunt in quibꝰ ꝯstat infātes abūdare. Sed qꝛ sal habet ex sui natura mēbra infantis mordicare loco sał ad p̄dictas itētiones vtunt aliq̄ sapientū oleo fructꝰ glādiū ex quo mēbra roborant et hūiditates aliq̄liter desiccant. Rōnabłe est istud in infātibꝰ valde calidis ⁊ multū raris puta colericis ⁊ sāguineis quoꝝ mēbra sūt valde rara. Sꝫ in infantibus q̄ sunt in fine eq̄litatis secꝰ est. In his em̄ sal magis vtile. Et si essent flenmatici infātes eoꝝ sal d̄bet esse calidiꝰ ⁊ nō sicciꝰ. Ampliꝰ eoꝝ vesice sūt cōprimēde vt faciliꝰ vrinā emittāt. Eoꝝ etiā nares purgētur cū digito minimo cuiꝰ vnguis nullā habeat eminētiā et ani orificiū mīmo digito inūcto oleo est apiendū. Mulieres gallicane hn̄t regulā spālē in regimie infantiū quā volumꝰ p̄mittere. Dicūt em̄ infātes noniter natos debere synapizari faria et spāliter ptes eoꝝ īferiores musclosas: deide fricari cute porcina tempate aspitatis. Dicūt em̄ supfluitates malas ab eoꝝ corpibꝰ resolui. Est etiā infās balneādꝰ singułdiebꝰ bis nō q̄dē pleno stomacho lacte nec stati post lactatōeꝫ sꝫ añ. Sicut em̄ exercitiū debet anticipare cibū in potētibꝰ exercitari: sic balneū debet anticipare lactatōꝫ in nouiter natis q̄ nō pn̄t exercitari. Uñ si stomachꝰ sit plenꝰ lacte eoꝝ digestio corrūpit ,ppt balneū et opilatiōes in lateribꝰ generātur: siłiter eoꝝ dyafragma ꝯprimit ⁊ in eisdē tussis generatur ⁊ interdū vomitꝰ q̄ oīa in nouit natis nocua sūt simpliciter ⁊ euitāda. Nō debet aūt balneari in aq̄ sapiēte naturā siue virtutē farmacoꝝ cuiusmōi sūt aq̄ sulphuree ⁊ alūniose: sꝫ d̄bet eē aq̄ pura fōtina cuiꝰ motꝰ sit versus oriētē p terrā arenosā nō lapideā nec lutosaꝫ: et a montibꝰ discooptā: aeri ⁊ soli expositā nulliꝰ saporis: substātie subtił: cuius residentia nulla vel pauca pondere lenis: q̄ cito calefit et cito infrigidatur.

Qualiter mulieres se debent regere erga rgimē infantiū.

Morentur in balneo quousque carnes eorum rubere incipiant. Et post bal neum decenter sunt fasciandi sicut nouerunt matrone circa hoc insisten tes. Fasciatio autem non debet esse nimis stricta ne eorum augmentū im pediatur nec nimis mollis ne eorum membra indebite figurentur. Nec de bent esse panni ex quibus fasciantur frigidi. Et si forsan ne eorum mem bris aliquod peccatum appareat ex parte figure vel situs vel quantitatis post balneum fasciando temptari debet eorum correctio sicut nutrices in fantibus suis facere consueuerunt. Et similiter in his quorum vna tibia est breuior alia. scilicet magis extendendo eam q̄ aliam. Post hoc autem infans lactandus est quousque dormiat. Quod si forsan dormire non velit consolandus est cum dulcibus cantilenis. Et si omnia ista non iuuerint portandus est totus fasciatus hincinde. Et super omnia studeat nutrix q̄ eius vestes non sint sordide. Sed quia matronas in his expertas videm⁹ magis proficere: in hac materia me amplius tenere non intendo. Totiens enim sunt fasciandi in die quotiens eorum vestes sordide reperiuntur. Semper autem post balneum lactandi sunt: et similiter post eorum vesti um sordidarum mundificationem. Si quidem eos lac sugere delectabili ter videamus quod eorundem infantium lactandi consuetudine facile est videre tunc secundum q̄ plus vel minus recipiant vnica lactatione dele ctationem lactis secundum hoc sepius vel minus sunt lactandi. Maior pars temporis nouiter natorum occupanda est in lactatione: balneatio ne: dormitione: et huiusmodi vestium sordidaruꝫ mutatione. Nec omnino nouiter nati indigent alio cibo nisi lacte: et hoc eis fit loco cibi et potus.

Lac conuenienti⁹ pueris lactātibus.

Lac autem infantibus conuenientius est lac matris proprie. Nam natura sagax sagacitate cuius non est finis ex vna portione sanguinis menstrui fetum generat et nutrit in vtero matris: et ex alia portione lac in mam millis generat quod quidem lac cum sit generatum ex sanguine maxime simili sanguini qui fuit materia generationis et nutritionis infantis: est eidem optimum nutrimentum quod est verum supposito q̄ mater sit sa na et debiti regiminis secundum q̄ requirit actus nutritionis nutricis. Et hoc est quia ex eisdem sumus et nutrimur. Quod si forsan mater pro prium genitum nutrire non posset vel non velit: tunc eligenda est nutrix sana bone conditionis et boni moris: etatis perfecte: cuius color ad ni grum declinet: et vene sint late: et colum grossum et pectus amplum et mammille non carnose magne: non laxe: venarum multarum: cuius lac non sit nimis subtile et seorsum nec nimis grossum et caseatum: coloris al bi: boni odoris et boni saporis. Cuius etiam lac non sit nimis partui pro pinquum nec nimis remotum cuius partus fuit naturalis etiam mascu lus et sit vnius mensis cum dimidio vel duorum. Et si possit inueniri nu trix similis complexionis et regiminis matris infantis cuius partus fue rit naturalis etiam masculus non esset malum immo puto q̄ talis esset pre omnibus eligenda supposita lactis conuenientia in q̄titate et in con ditionibus ante dictis. Quod si mater proprium filium nutrire velit non eligatur alia sanitate et bono regimine habitis cū lactis sufficientia. Qō autē sit bonū regimen nutricis et quo lac eiusdē conseruetur corrigat et augeat infās: appebit post vbi regle regiminis sanitatis appropriate serui femineo vt differt a masculino ponent. Et nō laudarē q̄ in p̄mis dieb⁹ part⁹ mater lactaret propriū filiū suū. Tū quia mater multū alterata est a ptu

570

Cum q lac diu remansit in mamillis ex quo forte potest esse corruptum: sicut etiã ex proprio colore et substãtia est videre. Unde mulieres gallicane faciũt sugi lac ab earũ mamillis p aliquã mulierẽ vilem ad hoc deputatã. Non est cunabulum eius mouendum ad somni prouocationẽ motu violento ne eius lac in stomacho concutiatur et digestio corrũpatur: sed motu suaui et si sine motu cum mamilla somnus possit prouocari meli⁹ est. Moderatus fletus ante lactationem conuenit: et specialiter ad partium spiritualium dilatationem et ad humiditatũ capitis aliqualẽ euacuationẽ et ad caloris tẽperati reuocationẽ et pfortationẽ. Lactent bis vel ter in die naturali vel ad plus qter. Qd si forsan in eorum stomachis corrũpat lac ex multa et immoderata suctione: ex qua ptingit inflatio et extensio et ventositatum multitudo et vrine albedo longo tempore famelici sunt permittendi: et studium impendatur vt somnum dormiant longum. Securius est vt parum sugant lactis et sepe. Assimilantur enim corporibus conualescentium qui sic sunt cibandi vt inferius apparebit. Bonum est etiam ante lactationem q parum mellis despumati cum aliquantulo vini lymphati albi eisdem propinetur propter stomachi ablutionem et lauationẽ. Et specialiter in principio aliquid lactis in infantium oribus mulgeatur vt minus eorum meri in actione laboret et ex conamine suctionis eorum gule cum mery et reliquis instrumentis lesionem incurrant. Hoc igitur sit regimen infantium quousq dentes emittant anteriores. Postq dentes apparuerint anteriores alius cibus a lacte nutricis infantibus interdum est tribuẽdus sicut cibi lacti similes in substantia et virtute lacte tñ parũ grossiores. et sunt cibi qui pauca vel nulla indigent masticatione cuiusmodi sunt cibaria laudabilia a matribus vel nutricibus eorum primitus diligenter masticata vt panis in aqua mellis dissolutus vel in aqua carnium laudabilum vel cibus factus ex farina tritici et lacte animalis sicut mulieres gallicane facere consueuerunt. Aut panis dissolutus in vino bene aquatico interdum potest eis bene tribui. Aqua bona et pura cuius conditiones superius dicte sunt: potest etiam permisceri cum aliquãtulo vini. Nec laudo q predicti cibi tradantur infantibus simul cum lacte In hora enim in qua aliquis predictorum ciborum exhibetur infantibus abstineat a lacte quousq predictorum ciborum digestio fuerit perfecta. Hoc facto possunt indui et portari et balneari minus quam ante. Cum autem inceperint per seipsos ambulare: nutrix debet esse solicita ne infans diuersis et inordinatis moueatur motibus ne forte eius mẽbra torqueantur: nec est cogendus sedere vl' ambulare anteq scdm naturam desideriũ veniat. Locus in quo sedet non debet esse durus: nec asperitatem habens nec coram ipso debent esse aliq ex eis que pungunt et incidunt. Custodiẽdus est ne ab alto loco labat. Cum autem dentes canini inceperint apparere ab omni re que ad masticandum dura est debet abstinere: ne forte materia predictorum dentium propter durorum masticationem totaliter resoluatur. Et tunc plurimum bonum erit fricare gingiuas ex axungia galline vel ex butyro recenti et cerebro leporis ex hoc enim facilior eorum fit transitus et origo. Et quia in tempore originis dentium predictorum consueuerunt infantium colla rubere q plurimum laudo q hoc tempore vngatur caput et collum cum oleo rosato conquassato cum aqua calida. Cum autem possibile est vt cum predictis dentibus mordere deside-

Gallicane mulieres lac sugi faciunt

Moderatus fletus ante lactationem cõuenit

Quot modis potest aqua pmisceri cũ vino.

rant proprium digitum masticare quapropter hoc tempore frustum par/uum radicis yreos in eorum manibus est ponendum que non sit ficca:sed inter siccum et viride mediocris. Nam ex eorum masticatione prohiben/tur eorum gingiue ab vlceribus et dolore. Laudo ꝙ gingiue earum fre/quenter cum melle despumato cum aliquantulo salis fricentur:hoc enim prohibet a dolore et vlcere. Quando autem predicti dentes canini perfe/cte creuerint radix liquericie continue masticetur. Et ꝗnto infantes ma/gis appropinquant ad tempus in quo sunt a matre totaliter sequestran/di tanto oportet assuefieri cibarijs magis grossis. Tempus sequestratio/nis est cum possint alios cibos masticare perfecte:cuꝫ scilicet omnes den/tes emiserint. Et hoc tempus est duorum annorum communiter. Dicunt quidam ꝙ masculus tardius sequestrãdus est ꝗ̃ femela ceteris paribus. Quod si infans perfide et inordinate post tempus sequestrationis mam/millam quesierit ⁊ ex illo inordinate fleuerit:epithimande sunt mammil/le cum aliquibus que infanti abominationem inducant in gustu cuiuſ/modi sunt succus absyncthij et mentastri et myrrhe et similium. Hoc er/go sit regimẽ infantis quousqꝫ a nutrice sit sequestrãdus. Postea tota so/licitudo parentum debet esse in meliorando mores ipsius. Et in hoc consi/stit duplex vtilitas vna vt crescat bonus et fiat ei in bono habitus fixus qui generatur in anima ex actibus frequentatis. Et hec vtilitas est in ani/ma cuius artem non habet medicus sed moralis philosophus. Alia est at/tinens corpori. Nam ex malicia morum et passionum potest in corpore ge/nerari complexionis malicia. Unde sicut mali mores sequuntur maliciaꝫ complexionis: sic possibile est maliciam complexionis ex morum malicia generari. Unde timor in multo tempore perficit melancolicum. Et ergo non sunt permittendi nimis tristari nec irasci nec flere nec gaudere: sed medium in his elegibile est. Et si nobis appareat eorum natura vel con/stellatio inclinari inordinate ad aliquam passionem auertẽdi sunt ad con/trarium. Aduertentes enim ad contrarium ad medium veniemus sicut di/rigentes linga tortuosa facere cõsueuerunt. Et sic patet ꝙ in custodia mo/rum summa corporis et anime custodia consistit. Post somnum balnean/dus est quousqꝫ eius carnes rubere incipiant: deinde ludere permittatur per vnam horam:deinde cibandus est cibis laudabilibus. deinde permit/tendus est ludere prolixius: deinde balneandus est. Post sequestrationeꝫ eorum aliqui sunt contenti exercitio:parum aut nihil curantes de balne/is: sed quia eorum membra ante septimum annum sunt multum debilia et ad motum inepta rationabile est ꝙ interdum balneantur ad membro/rum confortationem et ad superfluorum tertie digestionis expulsionem et vt membra ad augmentum preparentur. Non debent esse balnea sapi/entia naturam aliquorum farmacorum cuiusmodi sunt sulphurea alumi/nosa et similia:quia redderentur ex illis corpora eorum inaugmentabilia. Et propter eandem causam exercitium eorum non debet esse forte multũ et magnum: quia membra eorum adeo sunt debilia ꝙ exercitium forte pa/ti non possunt. In hoc tempore etatis vinum est nociuum et eo non indi/gent. Nociuum quidem quia est ignem addere igni. Habent etiam neruos debiles et cerebrum quorum vinum est maxime lesiuum:et precipue quia eorum nerui sunt valde passibiles et penetrabiles a vino quod est opti/

Radix li/quericie.

Temp' se/questrati/onis.

Malicia cõplexio/nis ex mo/rum mali/cia.

mus penetrator propter subtilitatem eius debitam ex parte actionis et substantie. Uinum enim est subtile in substantia et actione. Nec indigent vino propter vrine mundificationem: et colere rubee cum vrina mundificationem. Nec propter corporis humectationem: nec propter melancolie repressionem: nec propter digestiue et caloris innati confortationem: vt consideranti manifestum est. Uinum album limphatum valde potest eis propinari loco potus. Et quanto sunt calidioris complexionis minus vtantur vino: et quanto frigidioris plus vtantur eo. Aqua que est potus eorum sit pura cuius conditiones superius tacte sunt. Hoc sit regimē pueri quousque magistro tradatur quod est tempus annorum sex. In hoc tempore tradatur magistro qui eum doceat in moribus et sic gradatim est ordinādus nec solito balneandus et eius labor ante comestionem augmentandus: quia eius membra sunt solito fortiora. Non sunt tamen apta fortibus exercitijs ante decimumquartum annum: immo forsan eis non competit exercitium forte et magnum ante finem adolescentie. Usque ad duo septennia annorum non competit vinum nisi aquaticum sed minus quam ante. Sed interdum non est malum eis in hoc tempore ministrare parum boni vini: propter preservationem a generatione opilationum. Hoc sit regimen pueri vsque ad decimumquartum annum. Unde parum deinceps differt regimen corpori debitum scilicet temperato libero vacare potenti regimini sanitatis a regimine transeuntium decimumquartum annum preterquam quod possunt fortioribus exercitijs vti: et cibis grossioribus et vinis minus aquaticis et paucioribus balneis et indigent breuioribus somnis. Non indigent exercitijs fortissimis nec talia exercitia sustinere possunt sine notabili lesione cuiusmodi sunt exercitia luctantium tornantium et similia: nam eorum membra non sunt sufficienter apta ad tales motus propter eorum imperfectionem: sunt enim adhuc in via augmenti: et talia exercitia impediunt eorum augmentum. Et sicut dictum est de exercitijs ita intelligatur de cibis: non enim possunt digerere cibaria fortissima ad digerendum dura: quemadmodum possunt illi qui sunt in termino adolescentie. Similiter actus venereorum non sunt eis ita conuenientes sicut his qui terminum adolescentie sunt consecuti: immo ex coitu inordinato magnam consequuntur lesionem. Ex hoc enim corpus impeditur ab augmento: nec semen est vtile generationi: antequam membra ad perfectum augmentum peruenerint: vt patet in terrenascentibus quorum semen est imperfectum antequam planta augmentum perfectum deuenerit. Cum autem aliquis ad perfectum deuenerit augmentum quod communiter supponitur circa medium quarti septennij annorum: et est annus vicesimusquintus tunc est sanitas perfectissima: et durat vsque ad quadragesimumquintum annum. Et vocatur hec etas: etas pulchritudinis et fortitudinis. Nam hoc tempore corpora sunt pulcherrima et fortissima et in eis omnes operationes sunt fortiores: quod specialiter verum est de vitalibus et animalibus quicquid sit de naturalibus. In hac etate indigemus fortioribus exercitijs et est sufficientior ad exercitia fortissima: et multomagis quam aliqua precedentium. Et minus indiget balneis aque calide quam etas precedens: sed balneum frigide aque huic soli etati est

Bonum et vtile ē dare vinum aquaticum pueris propter preseruationem a generatione opilationum.

conueniens vt membra reddantur robustiora: et ad motum fortez aptiora Nec calor innatus ex predicto balneo debilitatur: sed magis cōfortabitur nec augmentum membrorum impedietur. Et non debet hoc balneum esse aque intense frigiditatis nec in tempore et hora frigidis: sed calidis. Cibus in hac etate debet esse grossior et maioris quantitatis et minoris numeri. Nam debent et possunt respectu prioris et posterioris etatis grossum et multum cibum accipere et raro. Que sunt cibaria conuenientia eis inferius apparebit. Potus debet esse vinum subtile album minus aquaticum ꝙ in minori etate propter vrine pronocationem: colere mundifacationem et sudoris pronocationem: et membrorum humectationem. Nec debent eorum cibaria esse calida nec acuta ne forte ex eis in febrem vel capitis supercalefactionem vel humorum adustionem incidant. Et propter eandam rationez vitare debent omnia excessiue calida et sicca: vt piper: synapis allea et similia. Hec etas indiget breuissimo somno respectu aliarum propter digestionis fortitudinem: et robur membrorum que sunt instrumenta virtutum animalium sensitiuarum et motiuarum. Somnꝰ enim ordinatur ad cōfortationem virtutum naturalium et quietem animalium. Quo ad anime accidentia summe est vitanda ira et tristicia que sanguinem supercalefaciūt et adurunt. Hec etas actibus veneris est conuenientior propter membrorum perfectionem et caloris et spirituum fortificationem et seminis multitudinem et digestionem. Regule autem speciales regiminis sanitatis que sumuntur ex rerum naturalium diuersitate inferius apparebunt. Hanc etatem sequitur consistentia cuius regimen parum differt a regimine immediate dicto. Hanc consistentiam sequitur senectus cuius volumus ponere regimen speciale sicut infantium. Notandum ꝙ tota intentio in regimine senum est administrare ꝙ calefaciat et humectet ex nutrientibus balneis et potibus: longo somno et quiete. Et quia in stomachis senum fleuma multiplicatur per viam intestinorum euacuare procurabimus: ipsum primitus digerendo cum decoctione hysopi et oximelle diuretico. Euacuatio fieri potest cū pigra vel cuz decoctione volubilis et polipodij in qua infundantur carthamus turbith et zinziber. Pillule etiam composite ex semine carthami et ficubus et terebentina sunt senibus cōuenientes et fit de illis quātitas duarum auellanarū vel circa. De nutrientibus senū dicamꝰ ꝙ nutrientia senum debent esse facilis digestionis et boni nutrimenti et minoris quantitatis et numeri minoris ꝙ in etatibꝰ precedentibus. A corporibus enim senum non fit multa resolutio propter caloris subtilitatem et membrorum duriciem: et sic non indigent multo cibo nec sepe sed paucus eis sufficit respectu etatis prioris: et raro propter digestiue debilitatem. Et ergo debent eis administrari nutrientia que in parua quantitate possunt corpus senis nutrire sufficienter: et quia senes non indigent sepissim a refectione: immo forte eis sufficit comedere semel in die naturali ideo facillime ferunt ieiunium quod verum est de senibus a senectute et non a senio. Senes enim a senio qui sunt sicut lucerna extinctioni parata indigent sepissima et paucissima refectione. A cibo enim multo simul sumpto suffocaretur eorum calor sicut paruus ignis a multis lignis. Et si non eis sepe nutrimentum admīnistretur calor naturalis humido radicali consumpto sicut lucerna ad extinguendum

Calor innatus ex baleo debilitatur

parata propter olei consumptionem et lichini illuminati paucitatem ex/tinguetur. Bonum ergo puto tales dietari ter in die naturali sic q̄ inter primam ⁊ scd̄am cōmestionē interueniat spaciū octo horarum ⁊ inter vl/timam cōmestionē primi diei ⁊ primā sequētis interueniat spacium decē vel vndecim horarum: ⁊ sic tertia cōmestio maior erit scd̄a: ⁊ scd̄a aliquā/tulum maior prima. Prima cōmestio erit circa scd̄am horam equaleʒ diei naturalis: ⁊ scd̄a cōmestio erit circa horam septimam: ⁊ tertia circa deci/māseptimam horam diei sequētis ⁊ est circa nonam vel decimā equales.

De cibarijs

Debent senes preterea euitare omīa cibaria fleumatis vel melācolie ge/neratiua ⁊ venarum opilatiua cuiusmodi sunt grossa viscosa solida et di/gestioni inobedientia: verbigratia genera leguminuʒ ⁊ genera piscium sa/litorum ⁊ nō salitorum ⁊ specialiter animaliū marinoruʒ ⁊ vniuersaliter carentium squamis ⁊ spinis ⁊ carnium salitarū ⁊ specialiter aīalium sil/uestrium porcorum bouʒ antiquorum salitorū ⁊ nō salitoꝝ: ⁊ auiū in aq̄s degentium ⁊ vniuersaliter cibarioꝝ pomorum coctanoꝝ ⁊ mespiloꝝ et si/milium frigidoꝝ olerum frigidorum puta lactucarum portulacaꝝ ⁊ simi/lium. Senibus quoq̄ cōuenientior est elixatura q̄ frixura vel assatura: ⁊ assatura q̄ frixura: ⁊ pastillatura q̄ assatura. Salse ex vino sunt conue/nientiores senibus q̄ ex aceto vel verituo. Acetum em̄ est senibus incōue/nientissimum ratione ei⁹ frigiditatis ⁊ siccitatis. Et meo iudicio senectu/tem accelerat ⁊ cōfirmat. Item specierum genera sicut ʒinʒiber ⁊ cinamo/mum sunt senibus ꝯueniētiora. Et omīa genera specieꝝ participantium caliditate ⁊ humiditate vel parua siccitate. Mel senibus multū est cō/ueniens. Debet aūt esse album: grādinosum: durum: incissibile: boni sapo/ris cuiusmodi est mel de mōte pessulano. Carnes castratoꝝ iuuenuʒ ca/ponum: gallinarum: galloꝝ testiculi oua recentia sunt cibaria senibus cō/uenientia. Et similiter perdicum alaudarum ⁊ fasianoruʒ. Hec em̄ sunt fa/cilis digestionis boni nutrimēti ⁊ multi. Pisces senibus cōueniētes sunt pisces marini ⁊ inter ipos est rogetus gornatus ⁊ plagitia. Et melius est q̄ decoquētur in vino cum feniculo aneto ⁊ petrosilino vt eoꝝ frigiditas temperetur ⁊ remoueatur eoꝝ viscositas. Lac senibus conuenit eo q̄ nu/trit cito ⁊ corpus humectat. Quibusdaʒ aūt nō conuenit eo q̄ opilationē generat: vnde quibusdam ex lacte sub dextro hypocūdrio dolor ⁊ extensio contingere cōsueuit: propter venaꝝ stricturam ⁊ talibus nō cōuenit. Lac conueniētius est eis asininū vel caprinum cū aliquali q̄titate ʒuccari vel mellis despumati: hec em̄ ꝓhibent ipsius corruptionē ⁊ iuuāt eius pene/trationeʒ. Caseus senib⁹ est inutilis nisi sit bene vnctuosus nō salsus nec nimis recens. Butirum senib⁹ cōuenit: q: eos humectat ⁊ calefacit ⁊ mē/bra pectoralia lenit. Olera cōuenientia: sunt sicla: bleta: feniculū: petrosi/linuʒ: borago domestica ⁊ siluestris: saluia: menta: ⁊ cōsimilia que ad cali/ditatem ⁊ humiditatem declināt. Polipodium cū aniso est eis cōueniens ad leniendum iporum naturas si decoquūtur cum carnib⁹ laudabilibus. Idem intelligatur de volubili herba cuius est flos albus ad moduʒ cāpa/ne: ⁊ mercurialis eis cōuenit: ⁊ eis cōueniens est oleum oliuaꝝ maturarū et amygdalorum dulcium ⁊ ʒiʒaminum. Fructus senib⁹ cōueniētes sunt ficus ⁊ specialiter sicce ⁊ passule ⁊ pruna et dactili. Et ficubus quidem in principio cōmestionis ⁊ alijs in fine est vtendum. Dyacalamentum etiaʒ est eis cōpetens et specialiter ad aperiendum opilationes laterum quas

Caseus senibus nō multuʒ p̄dest vt di Auerrois vi. col.

senes sepius incurrere cõsueuerunt. Clistere ex oleo simplici dulci est eis conueniens interdum ad leniendũ eorum naturas ꝛ ad humectandũ eorum viscera. Et omnino cauere debent ab acuto clisteri ne eorum intestina siccentur sed humidum clistere et vnctuosum est eis vtilissimum. Debemus sollicitari in regimine senum de lenitate ventris eoꝝ: ꝛ nihil penitus de flenbothomia est curandũ. Et loquor de senibus a senio cuius initium. ponitur in septuagesimo anno vel circa: quibusdã citius quibusdã tardius. sunt eñ quidã ita male constructi corpore ꝙ nõ possunt ad annũ sexagesimum peruenire. Uinum nouum album gallicũ aquaticum senib⁹ nõ est conueniens: nisi forsan post balneuꝫ si eos inordinate contingeret sitire. Uinum senũ debet esse rubeum. subtile odoriferum ꝛ antiquũ. Tale enim vinum senes calefacit ꝛ nutrit: melancoliã compescit: vrinam prouocat. iuncturas humectat. calorẽ innatum reparat. quibus omnibus indigent senes. Acruminum generibus vti possunt si eisdẽ vti consueuerunt: puta alleis cepis ꝛ specialiter propter opilationẽ venarum aperiendam quam sepe incurrere cõsueuerunt ad quod tunc valeret dyacalamentuꝫ. Tyriaca senibus multũ conuenit ad aperiendum opilationes ipsorum similiter competit medicina vocata athanasia cuius descriptionẽ inuenies in antidotario. Potagia senibus conuenientia sunt gruellũ de auena ꝛ hordeo cum aqua carniũ laudabilium. Similiter rape cũ aqua carnium laudabilium ꝛ feniculo senibus sunt conuenientes. Similiter pureta ex boraginibus bletis feniculo petrosilino senibus sunt conueniẽtes. Pot⁹ hydromellis senibus est cõueniens ad aperiendum eoꝝ opilationes: et si sint in vijs vrine decoquatur cum hydromelle petrosilinum ꝛ specialiter macedonicum apium feniculum ꝛ similia. Et si opilatio fuerit in vijs spiritualib⁹ addat͛ hydromelli capillus veneris: isopus ꝛ sil'ia. Fricatio tẽperata in ꝙtitate ꝛ qualitate: senibus conuenit. Debilia mẽbra ꝛ dolentia senum fricatione nõ indigent. Debet esse fricatio cum manibus asperis ꝛ grossis pannis vicibus interpositis: nõ tamẽ debet esse fricatio tanta et talis ꝙ mẽbrorum ipsorum inducat siccitatem ꝛ per cõsequens frigiditatẽ per viam resolutionis humidi ꝛ naturalis calidi sicut in exercitijs immoderatis cõtingere solet. Nec debet esse nimis parua ita ꝙ in mẽbris senũ nulla fiat resolutio cũ fricatio naturaliter ordinetur ad expulsionẽ superfluitatum mẽbrorum tertie digestionis: ꝛ ad cõfortationẽ earũdem. Debꝫ igitur esse talis ꝛ tanta ꝙ sit sufficiẽs poros mẽbrorum aliqualiter aperire ꝛ eorũdem calorẽ innatuꝫ aliqualiter confortare ꝛ supfluitates eoꝝ cõsumere: vt ex his mẽbra senum calidiora reddãtur ꝛ naturaliter humidiora. Et sic patet ꝙ fricatio senum nõ debet esse fortis qꝛ mẽbra desiccat nec debilis quia calorẽ in mẽbris nõ confortat. Nec etiam parua quia nõ sufficit poros aperire ꝛ superfluitates consumere. Nec nimis magna: ne mẽbra debilia senuꝫ vltra naturalẽ debilitatem debilitet. Debet ergo esse mediocris in quãtitate ꝛ qualitate. Tempus aũt cessandi a fricatione est cũ mẽbra senum rubere incipiunt ꝛ aliqualiter dolere. Nec est malũ circa finem fricationis inungi manus oleo oliuarũ dulci vel amigdalarum: dulcium: vt membrorum senũ siccitas aliqualiter temperetur ꝛ calidum naturale in eisdem cõseruetur. Tando hanc fricationem fieri stomacho ieiuno ante cibum ꝛ exercitium ꝛ eligatur locus temperatus ꝛ hora naturaliter temperata vel artificialiter. Et qui nõ possunt exerceri propter mem-

Fricatio.

brorum debilitatem vel propter aliquam causam in rebus insidanis supͤ pleant fricationibus ⁊ balneis fricentur qualibet die nõ solum fricatione. Preparante ad exercitium sed supplẽte vicem exercitij. Et balneantur quater in mẽse balneo humectante ⁊ calorẽ naturalẽ confortante ⁊ siccitatem mẽbrorum obtẽperãte. Talia nõ sunt balnea sulphurea vel aluminosa: nec vniuersaliter sapiẽtia naturã similiuꝫ farmacoꝝ sed sunt aque dulces in quibus apponi laudo camomillã ⁊ vtrũqꝫ sticados ⁊ bismaluã quidem ad mẽbrorum siccitatẽ sticados ⁊ camomillã q2 mẽbra confortãt et lassitudinem remouẽt. Et bene laudo ꝙ circa finẽ balnei fricentur eoꝝ mẽbra vt sordes eoꝝ remoueantur si que sint. Et inde fricentur inunctis manibus oleo oliuaꝝ ⁊ amigdalaruꝫ dulcium vt post balneum mẽbra remaneant humidiora. Terminus balneationis ⁊ exitus initium est cũ digitorum pulpe incipiũt aliqualiter exasperari. Et in hoc multum dicitur cõsiderari hominis delectatio. nam quidã citius balneatione attediantur quidam tardius. De alijs cõsiderationibus circa fricationem ⁊ balneum transeo: q2 de hoc inferius in quarta parte huius operis patebit. Senes qui adhuc habent mẽbra fortia ⁊ ad exercitiũ bene apta nõ balneo a deo sepe nec fricatione assuescere debent. Nam balneum ⁊ fricatio pro magna parte vtilitatis ad expulsionẽ ordinantur superfluitatum tertie digestionis ⁊ caloris naturalis confortationẽ ⁊ mẽbrorum interiorum euacuationem ad que omia exercitium ordinatum modo debito plus valet. Membra senum debilia exercitari nõ debent: ne ampliorem incurrant debilitateꝫ: secus est in adolescentibus in quibus membra debilia naturaliter exercitantur amplius vt maiora ⁊ fortia fiant: ⁊ hoc quia adolescentiuꝫ virtutes conualescunt: ⁊ senum corpora sunt decidentia vnde nulla spes est est de membrorum debilium naturaliter fortificatione per exercitiuꝫ apta debent plus exercitari non ad virtutis mẽbrorum augmentum: sed ad residui vite conseruationem. Unde si membra superiora sint debilia: ⁊ inferiora fortia: exercitentur magis inferiora. Sed vniuersaliter ceteris paribus senes minori exercitio ⁊ debilitatione indigent ꝙ̃ adolescentes vel iuuenes; vnde fortioribus exercitijs nõ sunt apti cuiusmodi sunt hastiludia: torneamenta: ⁊ itinera longa: cursus ⁊ luctamina ⁊ similia his. Non enim sunt vires in senectute. Unde hec etas vacare debet his que sine viribus sustineri possunt: puta ɔsilijs auctoritatibus ⁊ sententijs que in senibus augeri cõsueuerunt: ⁊ nõ his qui viribus corporis fiunt que ad etatem spectant priorem. Non enim viribus corporalibus quibus prior indiget etas res magne geruntur.

De balneo

Senes debiles exercitari nõ debent.

Capitulum quartum de regulis sumptis a lapsu naturali.



Quoniam in precedenti capitulo posui regulas regiminis temperati siue sani a generatione a quo nõ parum differunt egra corpora a generatione que respectu temperati sunt malaruꝫ complexionum. Uolumus in hoc capitulo ponere regulas regiminis sanitatis malarum complexionum: non accidentalium sed naturalium. Sunt enim quidam q̃ a principio generationis calidiores sunt vltra tempe

De regimine malarum complexionum.

ramentum humane complexionis: alij frigidiores: et in alijs qualitatibus tam simplicibus quam compositis excedentes quarum complexionum necesse est vt sit aliud regimē conseruatiuum vel curatiuum. Nec est nostra intētio loqui de parum lapsis: quia talium regimen sufficiēter haberi potest ex his que dicta sunt de regimine temperate complexionis: et ex his que postea dicentur de multum lapsis. Sed in isto capitulo intēdimus de corporibus multū lapsis cuiusmodi sunt sanguinei: colerici: fleumatici: et melācolici. De complexione sanguinea. Primo loquamur de regimine sāguinee complexionis. Est enim complexio minus mala et minus distans a temperata complexione: immo quidam dixerūt hanc cōplexionem esse tēperatam. s. calidam et humidam cuiusmodi est sanguinea: quod vtique verum est respectu temperamenti ponderis. Unde homo tēperatissimus labitur in calido et humido a ponderis temperamēto: et sic intellexerūt antiquorum quidam complexionem humanā etiam in tota natura esse calidam et humidam. Sed complexio calida et humida respectu temperamenti ad iustitiam: puta respectu hominis temperatissimi nō est temperata sed lapsa: et huiusmodi est complexio naturalis: immo habens hanc complexionē patitur a cachochimicis egritudinibus et vniuersaliter ab omibus egritudinibus quarum causa est putrefactio et humorū plenitudo et opilatio et specialiter multitudo sanguinis. In tali enim cōplexione cōsueuit multiplicari sanguis propter quod indiget fleubothomīa vel ventosa propter sanguinis euacuationem et specaliter cū regimen habentium hanc complexionē in reliquis nō est equale. Hec fleubothomia fienda est in virtute: etate: et ceteris particularibus permittētibus: in tempore veris in principio vel in fine. In principio vbi dubitamus de egritudinibus ex sanguinis multitudine vt plurimū contingentibus. nam hoc tempus morbo assimilat ex repletione. In fine cum dubitamus de egritudinibus ex sanguinis acuitate vt plurimum cōtingentibus. Et ex hoc concluditur fleubothomiam in veris principio fiendam esse maiorem et in fine minorē. De venis fleubothomādis et de qualitatis et quātitatis sanguinis cognitione et de cōsiderationibus circa fleubothomiam obseruādis transeo: quia per dei gratiā de hoc fiet vnum capitulum speciale. Non solum hec complexio indiget fleubothomia: sed etiam farmacia: nō ad sanguinis euacuationem: sed mundificationem et euētationem. Medicine ad hoc conuenientes sunt leues et benedicte puta agaricus qui est medicina familiaris turbit: cartamus vt testatur auerrois. Posuerūt medici experti multas bonas medicinas sanguinis mundificatiuas puta cassiafistulam pruna mannam tamarindum violas serum caprinum: boraginem mirabolanos: et multa similia que in tabulis salernitanis est videre. Omnes enim medicine sanguinē mundificantes vel sunt euacuantes fleuma quod est sanguis coctus imperfecte vel indigestus: vel melancoliam ex sanguinis grossiori per viam ebulitionis generatam vel coleram ex subtiliori sanguinis per viam ebulitionis generatam. Nam cum sanguis ebulit quod subtile est ipsius conuertitur ad coleram innaturalem que omnino a corpore euacuanda est et quod grossius est in melācoliam conuertitur innaturalem. Et similiter cū sanguis digeri nō possit cōuertitur in quoddam fleuma quod nō est natum nutrire corpus. Unde medicine euacuātes hos humores predictos: sanguinis mundificatiue ab autoribus nominātur. Non enim debemus vti medicina

euacuante sanguinez in sua puritate. Unde si nō peccet sanguis in qualitate ꝛ substātia sed solum in quātitate nō est adhibenda farmacia. Unde haly refert ꝙ galienus ordinauit hoīem interfici qui inuenit medicinam sanguinis euacuatiuā oculis coopertis ne eandē medicinā alium docere posset. Unde oīno inartificiale est medicinā sanguinis purgatiuā exhibere nisi modo predicto. Nō sic est de humorib⁹ alijs a sanguine: q: stātes in sua puritate quo ad substantiā ꝛ qualitatem: peccantes tamen in quātitate debent per medicinā farmacam euacuari eisdem appropriatā. Ex his patet in quo differūt medicine sanguinis mundificatiue a medicinis euacuatiuis ceterorum humoruz. Nam medicine euacuatiue alioꝝ humorū a sanguine respiciūt humores illos vt distinctos a sanguine peccantes in qualitate quātitate vel substantia: sed medicine mūdificatiue sanguinis respiciunt eosdem ꝛ sanguinē vt deficientes a sanguinis ꝑfectione vel ꝓpter diminutionem caloris vt in fleumate: vel ꝓpter excessum nō vltimatum caloris: vt in colera: vel propter excessum vltimatum caloris: vt in melancolia. Non etiam multum a veritate remotum est ꝙ aliqua melancolie species ex sanguine generetur a frigido cuius melancolie medicine euacuatiua etiā vocabitur sanguinis mūdificatiua. Differūt preterea medicine mūdificātes sanguinē a medicinis euacuatiuis alioꝝ humorum a sanguine in hoc ꝙ medicine sanguinē mundificātes sunt benigniores ꝛ minus periculose: vnde sunt quasi quedā medicine benedicte: sꝫ sic nō est de medicinis euacuatiuis alioꝝ humorū a sanguine vt a sanguine distinguntur. Unde in tabulis illoꝝ de salerno vbi ponūtur medicine sanguinis mūdificatiue solum ponūtur leues ꝛ benedicte cuiusmodi sūt medicine superius noīate quarum quedā mundificant sanguinē fleumaticum quedā colericum quedā melancolicum. Medicine aūt euacuantes alios humores distinctos a sanguine sunt fortiores ꝛ magis periculose: quod eo contingit: q: tales humores sunt minus nature obediētes: quanto em̄ aliquis humor magis distat a sanguine tanto magis est nature inimicus si quidē sanguis nature est familiaris amicus. Dicam⁹ igitur ꝙ talis cōplexio calida ꝛ humida indiget medicina sanguinis mundificatiua tiua: sed de modo exhibitionis talium medicinaꝝ ꝛ similium transeo: q̄a de istis fiet vnum capitulū. Hec cōplexio cōsueuit multiplicare superfluitates ꝛ specialiter tertie digestionis quapropter eaꝝ habētes indigēt exercitio veloci ꝛ forti ad predictarū sup̄fluitatum expulsionē ex quibus posset opilatio generari ꝛ per cōsequens putrefactio in corporibus ꝓuenire. Regulas in exercitio obseruādas inferius ponā in vno capitulo speciali. Eadem ratione indigēt fricatione multa ꝛ forti ꝛ ꝙ balneantur stomacho ieiuno bis ter in ebdomada vel ad minus semel. Et oportet stomachum habentium talem cōplexionem intueri. Nam si ipsius cōplexio ad malum verteretur: humores toti⁹ corporis ad malū declinarent. Nam error notabilis in prima digestione nō corrigitur in scd̄a. Amplius q: hec cōplexio est parata putrefactioni humoꝝ bonū est vt his vtatur que putrefactioni resistunt: cuiusmodi sunt frigida: sicca: nō viscosa: nō pinguia: nō dulcia: nō passibilia in substātia: nō participantia caliditate extranea: nō vaporosa cuiusmodi sunt fructus vaporosi ꝛ specialiter virides ꝛ recētes puta ficus: vue: amigdala: ꝛ similia. Similiter lacticinia ꝛ specialiter recentia ꝛ vina dulcia ꝛ carnes humide ꝛ calide: ꝛ vnctuose puta carnes mu

Medicina euacuatiua sanguis non est tribuēda.

Differentia inter medicinā mundificatiuam et euacuatiuam.

Sanguis est amic⁹ nature

De coitu. De vigilia De accidē tibus anime. Opilatio. Cibatio. Balnea/tio.

tonine: ⁊ idem intelligatur in alijs. Talis complexio minus leditur a ieiu/nio vnde forsan sufficit habentibus hanc complexionem comedere in tribus diebus quater. Hec complexio in actibus coitus sufficiētior est alijs et minus leditur a coitu. Regule in vsu coitus inferius dicētur. Hec complexio minus leditur a vigilia inter oēs cōplexiones ⁊ plus a sonno gra/natur ⁊ ergo plus alijs dīt vigilare ⁊ minus dormire. plus aūt conuenit ei irasci ⁊ minus gaudere: similiter tristari ꝙ alijs complexionibꝫ. Nō conuenit ei vti cibis plurimi nutrimenti sed pauci ⁊ boni. Et de hoc inferius apparebit in speciali capitulo. Hec cōplexio consueuit in reumate abun/dare: vnde bonuꝫ est materiā reumatis interdum per sternutationeꝫ et interdum per gargarismata conuenientia euacuare precedentibꝫ purga/tionibus vniuersalibus. Mastix ⁊ saxifraga sunt appropriata multuꝫ in reumatis mundificatione gargarizādo vł masticādo vel sternutādo. Hec etiam complexio satis parata est opilationibꝫ venarum. Abstineāt ergo habentes hanc cōplexionem a cibarijs ⁊ potibus opilationem inducentibus: ⁊ vniuersaliter ab omībus a quibus opilatio potest prouenire. Un/de vitare debent cibaria dulcia vnctuosa grossa ⁊ etiam potus turbidos grossos ⁊ dulces: debent etiam vitare balnea post cibum ⁊ exercitiū for/te ⁊ coire ⁊ multum bibere: sunt eñ causatiua descensus cibi a stomacho ante pfectam eius digestionem: ⁊ ideo talis cibus veniens ad venas cau/sabit opilationes in eisdem. Hec sufficiant de illa complexione.

De complexione colerica.

Complexio colerica calida de natu. ignis



Onsequenter dicemus de complexione calida et sicca. Habentes eñ hanc complexionem parati sunt cade/re in febres inflammatiuas ⁊ specialiter in temporibus calidis vnde laudo ꝙ temporibus calidis vtantur oxizacara simplici cum syrupo violarum vel neunfaris. Et rationabile est vt pdicti syrupi aromatizentur cū aliquāto spice vel cinamomine pdicti syrupi aliqualiter stomachum debilitēt. Amplius aqua hordei in temporibus calidis est conueniens eis. Laudo ꝙ predicti syrupi recipiātur cum decoctione quorundam seminum deopilantium cuiusmodi est semen melonuꝫ cucurbite citruli scariole apij. Et quia hec complexio solet in colera abundare: ⁊ specialiter temporibus calidis indiget euacuātibus coleram cuiusmodi est reubarbaruꝫ scamonea correcta mirabolani citrini: cassia fistula: thamarindi ⁊ similia. Huiusmodi cōplexionis regimen dicitur esse declinans ad frigida ⁊ humida: q: parata est cadere in egritudines colericas calidas ⁊ siccas. Est autē complexio hec ad senectutem parata ra/tione siccitatis: quapropter indiget humectantibus ⁊ senectuti resisten/tibus: cuiusmodi sunt cibi laudabiles gallinaꝝ: pullorum: ⁊ gallorum iu/uenum: ⁊ extremitates porcorum: ⁊ carnes vituloruꝫ: ⁊ omnia laudabilia odorifera nō fumosa nec acuta sufficienter subtilia. Et omnium velocis et subiti nutrimenti est vinum. Balneum aque dulcis est ei conueniens similiter somnus: debꝫ fugere vigilias ⁊ labores inordinatos mētis ⁊ corporis. Unde hec complexio minus indiget exercitijs fortibus ⁊ plus ledi/tur a ieiunijs. Unde habentes hanc complexionē cibandi sunt bis in die naturali: nec debent cibi eorū esse valde subtiles ⁊ passibiles nec dulces. Nam tales cibi cum percutiūtur a calore forti in coleram conuertuntur.

Regimen in sene/ctute. De vino. De bal/neo.

sed debent esse cibi eorum fortioris digestionis. Hec complexio leditur a coitu inordinato: et est minus indigens quamuis propter caliditatem magis ad ipm sit inclinata. Hec etiam complexio minus indiget fleubothomijs et specialiter propter euacuationem: tamen bene indiget propter sanguinis euentationem. De coitu

De complexione fleumatica.



Consequenter dicamus regimen cōplexionis frigide et humide. Regimē habentium hāc complexionem debet esse declinans ad calidum et siccum: cuiusmodi est panis triticeus bene fermētatus cū aliqua salis quātitate. Et si addatur semē anisi: feniculi: et cimini erit panis magis appropriatus. carnes volatilium paruorum: perdicū: turturum et colūbarum iuuenum et paruorum vitulorū sunt conuenientes eis. Carnes autem porcine et vituline nō conueniunt eis. Carnes gallorum iuuenum eis sunt cōueniētes: et oīs carnes facilis digestionis ad calidū et siccum declinantes: et specialiter tempore frigido. Pisces et specialiter aquarum dulcium maxime inimicātur eis. Unde pisces marini sunt minus nociui eis: et laudo quod decoquātur in vino cum seminibus calidis diureticis Et inter alios pisces approbo ostreas et molas in dicta complexione. Hec maxime indiget exercitio et minus leditur a ieiunio: vnde sufficit in die semel comedere. Nec debent eius cibi esse fortis digestionis: nec sit potus eius aqua vel ceruisia sed vinū forte: odoriferum in substātia et actione subtile Hec cōplexio parū fleubothomia indiget: sed magis idiget farmacia fleumatis euacuatia: cōsueuit enim hec cōplexio fleuma multiplicare et specialiter in hyeme. Unde circa principium veris bonum est purgare fleuma. Primo ergo digeratur cū oximelle simplici vel diuretico vel squillitico vel cum decoctione ysopi: deinde purgetur cū dyaturbith vel cum decoctione pollipodij et mirabolanorum kebolorum et semis cartami in quo tēperentur turbith: agaricus et zinziber. Hec complexio minus leditur a coitu: quia in eo satis est potens quamuis parum appetat propter defectum calidi: vnde totalis dimissio coitus in ea multum nociua est. Stupha est conuenientior huic cōplexioni quam balneum aque dulcis: balnea tamen aque sulphuree artificialia vel naturalia sunt ei conuenientia. Sic etiam in hac cōplexione conuenit vigilia: et somnus superfluus et precipue diurnus maxime nocet.

Flegmatica cōplexio frigida et humida. De carnibus De piscibus Purgatio Stupha.

De melancolica complexione.



Complexio frigida et sicca ceteris est deterior et ad senectutem paratior: indiget ergo regimien calefaciente et humectante in cibis et potibus et alijs. Panis igitur habentium hanc complexionē sit triticeus sine sale cum parua quātitate fermenti: et sit panis satis mollis. Carnes eorum sint calide et humide: cuiusmodi sunt carnes castrati et caponum antiquorum et iuuenum. Uinum etiam odoriferum et subtile est de his que maxime conueniunt huic complexioni. Indiget etiam fricatione temperata et exercitio temperato et balneo aque dulcis. Hec complexio indiget longo somno Coitus est maxime huic complexioni nociuus: quia coitus infrigidat

Complexio melāco. frigi. et sicca

et desiccat & similiter tristicia & ira. Hec complexio q₂ sicca indiget inter refectiones tẽpore breui: vnde ieiuniũ nocet ei. Non indiget cibis fortis digestionis: q₂ calidũ innatum est debile: quare etiã nõ põt sustinere multam cibi quantitatem: vnde min⁹ de cibo sufficit ei quã alijs complexionibus: sed debet ad minus cibari bis in die. Fleubothomia in hac cõplexione nocet sed cõuertit farmacia melãcolie euacuatiua. Medicine autem ad hoc valẽtes sunt mirabolani indi: polipodij: lapis lazuli: folliculi sene: flores vtriusq₃ buglosse: & multa similia. Debet aũt precedere digestiuũ humoris melancolici: vt borago: buglossa: thimus: epithimus: scolopẽdria maior & minor: cappares: thamarisc⁹: psidia: vinũ odoriferũ: lupulus cuscuta: & similia. Fiat hec purgatio in principio veris vel in fine estatis. Hec sufficiant de regimine totalis lapsus a vero temperamento iusticiali. Quid autem sit de regimine lapsus in singulis membris apparebit inferius.

Euacuantia melancolia.

Capitulum quintum de regulis sumptis ab habitudine.



Non eodem regimĩe indigent pingues naturaliter plus ꝙ requirat humane complexionis tẽperamentũ & naturaliter macilenti. Sunt em̃ quidã qui ex totali cõplexione & cõpositione sunt macilenti magis ꝙ requirat habitudinis tpamentum in humana specie qd tam ex siccitate cõplexionis ꝙ ex caliditate mẽbrorum tertie digestionis: & similiter aliorum membrorum contingere ꝯuenit. Potest p̃terea talis macies ꝯuenire ex debilitate mẽbrorum tertie digestionis: siue ex parte cõpositionis siue ex parte cõplexionis: ratione cuius debilitatis: vel mẽbra nõ attrahunt alimentũ: vel alimentũ tractum nõ possunt digerere. & sic mẽbra extenuãtur. Quibusdã hoĩbus cõtingit qd eorum mẽbra fortia sunt in attrahendo: & tamẽ nõ impinguãtur sed manent naturaliter macilenta qd est ex caloris fortitudine resoluẽtis: & ex virtutis cõuersiue mẽbrorum debilitate restaurationis mẽbrorum. Sunt em̃ forte mẽbra inabilia vt a cibo restaurent propter eorum duriciem: & siccitatẽ vt in mẽbris melãcolicis est videre. vel ꝑpter fortem cõsumptionẽ: vt in colericis in quib⁹ calidum est acutum & cõsumptiuum: vnde qd deberet vel posset in mẽbra conuerti a forti calore ante conuersionẽ consumitur. Ex dictis haberi põt q̃ sunt cause superflue pinguedinis. Nam q₂ oppositorum naturaliter opposite sunt cause: humiditas membrorum cũ caliditate obtusa: & conuersiue fortitudo & digestiue membrorum & abilitas restaurationis ex parte molliciei & raritatis sunt cause pinguedinis naturalis siue multe carnositatis. Differunt autem carnositas & pinguedo: eo ꝙ pinguedo est a frigido & humido: nec arguit fortitudinem cõuersiue sed solum digestiue prime & secũde. Carnositas autem arguit caliditatem & humiditatem & sanguinis multitudinẽ et digestiue mẽbrorum interiorum & exteriorum bonitatem & conuersiue similiter & restaurationem earũdem: vnde carnositas minus vituperabilis est ꝙ pinguedo.

De macie.

Gali. ij. cõplexionum et. iij. de accidẽti & morbo

De impinguando macrum.


I ergo aliquis homo naturaliter sit extenuatus per carnis et pinguedinis privatione: debet vti calefacientibus et humectantibus et cibis multi nutrimenti facilis digestionis et cōversionis: et debet confortare mēbra tertie digestionis et ea preparare vt alimentum melius attrahant et digerant: retineant et convertant: et debet vti hijs que siccitati resistunt et resolutioni cum magna causa extenuationis sit resolutio fortis. Conveniens est ei qui vult pinguedinez sui corporis servare: abstinere a salsis: acutis: acetosis et pūgitiuis: nisi forte vtatur hijs loco saporis vt melioraretur appetitus. Unde triticum coctum oua sorbilia: et pultes sorbiles de farina frumenti: similiter triticum nutritū cum lacte. Lac: caseus recens amigdala fistici pinee auellane vue galline pulli colūbarum pinguium assatarum vel pastillatarū: similiter bonum vinū: leticijs vti et gaudijs: pax vti minutione et purgatione: balneare post cibū cōpleta prima digestione: parum famescere: multū comedere: parum bibere et specialiter vina fortia: parum irasci: sollicitari aut tristari aut coire: exercitium temperatum: fricatio temperata: et omnia dulcia et vnctuosa corpus impinguāt. Si quis cupit mēbrorum tertie digestionis virtutem attractiuam et digestiuam cōfortare: oportunum est ante introitum balnei membra primo moderate fricare: deinde fortius: postea pice emplastrari: deinde moderate exercitari: et vltimo absq; tarditate balneari; deinde siccis manibus exicari: postea inungi pauco oleo oliuarum camomillino vel anetino: deinde cibari cibo cōvenienti. Et si etas cōsuetudo et complexio permittant fundat super membra sua frigidam aquā in exitu balnei. Finis autem fricationis que ante emplastrum premittitur est vt inflatio nō incipiat consumi. Amplius bene scias quod verberare corpora cū virgulis quousq; rubeant eorū carnes calorem ipsorum confortat ad attrahendū et digerendum et ad perfectius convertendum nutrimentū attractum. Et laudamus vt virgule inungantur oleo oliuarū. Nunc ponatur vnum antidotum bonum ad illos qui volūt impinguari. Sumātur amigdale excorticate et auellane: semē papaueris albi granum viride ex quo fit terebentina: et exoluantur omnia in butyro vaccino et zuccaro: de quo mane et sero parum comedatur et superbibatur vinum bonum. Hec sufficiant de impinguando macrum.

Regimen. Digestiue confor. Gali. de regimine sanita. Uerberatio de virgis prodest. Antidotū impigua.

De macrefaciendo pinguem.


T ex p̄dictis satis haberi potest quale debet esse regimē pingiū excessiue. Comedant nāq; cibaria pauci nutrimēti et magne quātitatis et citi descensus: et frequēter balneāt anteq; comedāt et frequenter et festinū sit eis exercitiū: et inungātur oleis resoluentibus: et vtātur trifera minori et electuario et de lacca interdū tyriaca. Dimittāt carnes et vinū et lac et omīa dulcia. Plurimuz vtantur olerib9 salsis acutis acetosis: et larga ventris solutione vtātur vrinam et sudorē prouocent: et labore multo et veloci vtātur anteq; comedāt et famē tolerent. Ampli9 disponāt se ad comedendū semel in die et diu vigilēt et vinum bibant vetus et subti-

tile ꝛ ad vltimū vtantur regimine cōtrario ei qđ diximus in hoc capitu-
lo. De his aūt que macrescere faciunt sunt diaciminū diatreon pipereon.
Comedant aūt p̄dicta electuaria ieiuno stomacho fame instāte: ꝛ post eo-
rum acceptionē tādiu fameāt ꝙ eorū appetitus deprimatur ꝛ aliqualiter
extinguatur. Et vt possit ad vnū diez famez pati ꝛ sitiz in balneo ereo suda
re ꝛ medicinas maciem faciētes assumere: parū dormire ꝛ in lecto duro ꝛ
multū coire ꝛ morari sub sole ꝛ in mānsionibus calidis corpus pingue ma
crescere faciunt. Medicamē corpus macrescere faciēs ꝛ desiccās. Recipe
trifere minoris drag. iij. pulueris yeraspigre: turbith electi ana drag. ij. mi
sceantur ꝛ sumatur quacꝫ die p dosi eius medietas vel de tertio in tertiū.
Amplius euacuationes ꝛ vomitus nō equales macrescere faciunt sed e-
equales impinguant. Et illud quod plurimū extenuat est alteratio cōple
xionis ad cōtrariū cōplexionis faciētis pinguedinē. Uerbigratia: si est ca
liditas frigefactio: ꝛ si frigus calefactio. Et est notādū ꝙ maciem faciē
tia sunt diuretica secessiua sudorē prouocantia resoluentia ꝛ desiccantia ꝛ
vniuersaliter impediētia motū alimenti ad membra ꝛ moraz eiusdem in
membris extenuāt corpus. Unde olera ꝛ alia stupefacientia ꝛ infrigidā-
tia sunt corpus extenuantia eo ꝙ attractiua membrorū debilitatur: quia
attractio fit a calido. Ex dictis sufficienter haberi potest quomodo mem
brū particulare extenuatū sit impinguandum ꝛ pingue extenuandū. Im-
pinguādū est ex parte attractionis nutrimenti cōuenientis ad ipsum ꝛ re
tētionis eius supra ipm ꝛ conuersionis eius ad naturam ipsius. Et hec o-
perationes cōplentur p fricationē ꝛ rubificationem cū medicinis rubifi-
cantibus: ꝛ cū fricatione q̄ est fortior: ꝛ cū effusiōe aque calide ꝛ vltimo cū
linitiōe piscis sicut superius dictū est: vel cū appositiōe alicuius habētis
v̄tutem piscis cuiusmodi sunt vermes rubei vocati sanguisuge terrestres.

De cirurgia Extenuatio.

Interdū aūt indigemus opere cyrurgico: ꝛ specialiter in naso: labio ꝛ au-
re ad incisionē carnis indurate a calore impediente membrū augeri ꝛ im-
pinguari. Si autē velimus aliquod mēbrū pinguius ꝙ oportet extenuare
iuuat ad hoc ipsum facere quiescere cū frigore suo ꝛ ligare vias cibi ad ip
sum ꝛ stringere cū ligamento ꝛ attrahere cibū ad oppositū eius. Et de epi
thimatibus que prohibēt testiculuz aut māmillā impinguari siue augmē
tari est vt sumatur chimolea ꝛ cerusa plūbi ꝛ misceātur cū expressione ius
quiami albi: ꝛ oleo myrtino administretur inunctio: ꝛ assiduetur epithima
thio eius cū fricatione lapidis in quo flenbothomatores acuūt sua ferra
menta cū vnꝰ super aliū fricatur cū aceto: vel cū succo iusquiami albi. Am

epithimatio.

plius epithimatio fiat cū aqua aluminosa aceto ꝛ farina fabarū ꝛ corian
dro ꝛ similibus tribus diebꝰ cōtinuis: deinde āplestretur māmilla cū se-
mine lilij tribꝰ alijs diebus ꝛ fiat hoc in mēse tribꝰ vicibꝰ. Et hec sufficiant.

Capitulū. vi. de regulis sūptis a diuersitate mēbrorū.



Quatuor ptes principales corporis

Ota regio corporis humani in quatuor par
tes est diuisa q̄rū prima est regio v̄tutū animaliū: puta
cerebrū ꝛ mēbra adiacētia. Secūda est regio v̄tutis vi-
talis: vt puta cor ꝛ pulmo. Tertia est v̄tutis naturalis
puta stomacus splen: epar ꝛ intestina. Quarta est vir-
tutis generatiue: puta testiculi ꝛ mēbrū virile in viris
ꝛ matrix ꝛ colluz matricis in mulieribus. Et quia hec
mēbra sunt diuersarū cōplexionū: compositionū ꝛ ope

rationūvtiq3 indigēt diuerso regimine. Et incipiem⁹ primo a capite ꝛ dicemus de cōseruatione cutis capitis ꝛ capillorū in ea situatoꝝ: deinde dicemus de cerebro ꝛ alijs mēbris sibi adiacentibus: deinde de nutritiuis ꝛ vltimo de generatiuis. Et vlteri⁹ nos addem⁹ regimē mēbrorū exterioꝝ toti⁹ corpis ꝛ cutis omniū musculoꝝ siue totius corpis preterq̄ capitis de qua primitus faciemus mentionem.

De conseruatione cutis capitis et capillorum.

Quod cutem capitis ab vlcere et scabie preseruat est si cū balneari volueris primū ipsum cū melle inunxeris: ꝛ idē facit sapo p̄cipue ī hyeme si eā p̄dicto modo vnxeris. Nec aliquo modo lotio capitis est negligenda quin fit ad minus bis in mense vel in duob⁹ mēsib⁹ ter: deinde effunde aquā mediocriter calidam super caput: ꝛ pluries anteq̄ a vapore calido balnei calefiat. Et hoc est quod quidam sapiens cuidā regi precepit. Cū balneari volueris primo infunde septies aquam calidā super tuū caput ꝛ sic doloreꝫ capitis non timebis: Pectines qualibet die caput cū pectine eburneo: ꝛ sepe: quoniā poros aperit ꝛ vapores ad superiora euaporare facit. Et si capilli debiles fuerint ꝛ exiles lauentur cū licinio ex cineribus oliuarū facto ꝛ sit lixiuiū ex aqua decoctiōis capilloꝝ veneris: ꝛ edere arboree ꝛ terrestris Amplius fricare radices capilloꝝ cū oleo anerino masticino ꝛ oliuaꝝ eos multiplicat ꝛ conseruat ꝛ caniciē retardat. Amplius puluis lazuli mirabilem habet proprietatem in conseruando palpebraꝝ pilos. Amplius decoctio bletaꝝ in vino cōseruat pilos barbe: ꝛ specialiter si lotio fiat post rasuram immolotio ex vino simplici aliquid valet. Amplius frequens barbe ablutio cum aqua frigida eius caniciem retardat ꝛ prohibet depilationem. Et in hoc omnes antiqui concordati sunt: q̄ mirabolani kebuli cōditi caniciem retardant ꝛ capillorum colorem ꝛ specialiter nigrum conseruant: ꝛ hoc plurimum expertum est. Lotio capitis. Balneuꝫ.

De cerebro.

Sanitas cerebri conseruatur cum fumigationibus ꝛ odoramentis specierū aromaticaꝝ: cuiusmodi sunt lignum aloes ꝛ ambra ꝛ herbe odorifere: puta maiorana: balsamita: balsamū: viola sarracenica ꝛ similia. Hec enim cerebrum confortant ꝛ reuma prohibent ꝛ dolorē emigraneū curāt: ꝛ hec specialiter competūt in hyeme: sed in estate fiant suffumigatiōes ex odoriferis reb⁹ frigidis puta ex rosis sandalis ꝛ similibus: ꝛ in via cibi competunt pulli ꝛ agni iuuenes decocti modica aqua. Conseruant enim cerebri sanitatem ꝛ augent ipsius virtutem. Et sicut dicit aristoteles comedere paruos pullos augmentat ꝛ confortat cerebrum ꝛ eius sensus conseruat: sed comedere grossos pullos siue gallos confortat cerebrum ꝛ acuit visum ꝛ precipue cerebrum galloꝝ veterū siue turturuꝫ mirabiliter acuit intellectū. Preterea suffumigetur caput super fumū aque decoctionis camomille: sticados ꝛ mentastri. Amplius sternutationes in ieiuno facte cerebrum purgant: ꝛ hebetudinem sensuum remouent. Nam vt dicit magnus auenzoar sternutationes deopilant cerebrum ꝛ ingrossant collum; mundificāt faciem; confortant sensus cani- Sternutatio.

ciem retardant: ꝛ dissoluunt fumositates inclusas in cerebro. Non est ergo sternutatio negligenda. In hyeme ꝓuocetur a calidis: ꝛ in estate frigidis vel temperatis. Potest etiam sternutatio ꝓuocari aspectu radiorũ solis.

De confe-rentib' ce-rebro.

De rebus maxime conferentibus cerebro sunt: thus: achorus: spica: sticados: maiorana: mirabolani ꝛ specialiter kebuli ꝛ similia multa que in areolis medicinarum facile est inuenire. Quod autem maxime nocet cerebro est indigestio ꝛ digestiõis corruptio. Hec enim radix est omnium egritudinum.

Indige-stio radix omniũ e-gritudinũ

Que autem plus intellectum purificant: sunt gaudium cordis: leticia ꝛ tranquilitas. Dicit enim quidam sapiens ꝙ gaudium ꝛ leticia deseruiunt intellectui.

De oculis.



Sanitas oculorum conseruatur si quis abstineat a cena nocturna ꝛ ne statiꝫ dormiat stomacho pleno. Consequenter vti puluere cuius recepta sequitur. Recipe seminis feniculi partẽ vnam eufrasie minoris partẽ semis maiorane: sileris montani añ. partem vnam zucari albi partem vnam ꝛ semis fiat puluis. Usus istius pulueris omnibus modis visum conseruat ꝛ confortat. Amplius suffumigare oculos supra fumum aque calide decoctionis feniculi oculos mundificat a viscositate grossa. Et potest illa decoctio fieri ex vino albo ꝛ aqua: ꝛ potest addi in illa decoctione eufrasia: ruta: verbena: ꝛ celidonia: ꝛ hoc multum sepe per me expertum est. Aspectus viridium visum confortat: ꝛ inter albũ ꝛ nigrum coloratuꝫ: ita ꝙ sit color ad membrum declinans: quanto eniꝫ color magis a medio distat tanto magis debilitat siue minus confortat visum. Amplius si intueatur aqua frigida in pelui coloris viridis: ꝛ in eadẽ oculi submergantur continue paruo temporis interuallo organum oculorum fortificat: ꝛ cõseruat ipsis existentibus sub latitudine sanitatis. Nõ loquimur enim in hoc opere de regimine egrorum sed sanorum. Usus turturum ꝛ auium paruarum visum confortat ꝛ similiter feniculus quocũqꝫ modo sumatur. Utamur ergo crudo ꝛ cocto. Nihil adeo visui nocet sicut somnus cum stomachi replectione: ꝛ specialiter diurnus. Et idem intelligatur de coitu: Amplius omnia genera acruminũ: sicut allea: cepe: ꝛ similia visum debilitant. Et similiter nasturcium: lactuca: acetum: caules: et omnia vaporosa: ꝛ specialitet sero visum debilitant ꝛ offuscant. Et veri similiter suspecti de oculorum infirmitate seu debilitate abstineãt a salsis vaporosis: acetosis: acutis pungitiuis. Caueant etiam a frigore: puluere ꝛ fumo: ꝛ specialiter carbonum precipue marmorum ꝛ metallorum ꝛ argenti viui Et similiter a vento. Et oportet vt minoretur aspect' in litteris minutis nisi interdum ad exercitium oculorum. Amplius fletus vomitus: balneum nocent oculis. Napi siue rape mirabilem habẽt proprietatem in confortando visum. Amplius vsus mirabolanorum conditorum summe visum cõseruat ꝛ fortificat. Super omnia procuretur lenitio vẽtris. Hec enim maxime visum confortat ꝛ conseruat. De lenitione ventris inferius apparebit in capitulo de farmacia siue vẽtris lenitione. Quod purissime visum conseruat ꝛ oculos corroborat ꝛ a grossa viscositate mundificat est linire palpebras oculorum cum licio distemperato cum aqua feniculi.

Sõn' no-cet.

Confortã-tia visum

De auribus.



Dicunt quidam q acetum forte tepidum guttatim in ieiunio auribus instillatum plus ceteris medicaminibus auditui confert: qr auditus instrumentu cōfortat r prohibet fluxum reumatis ne ad ipm de cerebro descendat. Et si sit in ipo aceto succus memithe r demu auribus instilletur tūc erit in operatione sua: tūc enim optime meatum mūdificat aurium a supfluitatib' grossis ipm opilantibus que interdū auditum grauāt: r in auribus diuersas egritudines generāt. Amplius oleum amigdalaꝝ amararuz r nucleorum persicorum aurib' instillatum tepidum meatus aperit r cōfortat. Sūmo opere cauendū est ab omni tumultu omniqz strepitu molēdini vel aquarum ab alto cadentium: quoniam adeo auditū ledunt vt vix vox socij possit audiri. Et dicūt medici q illud quod pre ceteris auditū conseruat et preseruat est suffumigare aurē supra fumū aque calide. r si in ipa bulierit absinthiuz vel pulegiū vtile erit. Cauendū est preterea ne quis balneetur in aqua lutosa r immūda ne aures ingrediens immundet r opilet.

Auditum confortātia.

De odoratu



Quod sanitatem odoratus cōseruat est mūdificare nares studiose a grossa viscositate vt in ipsis nihil de ipa maneat. Nam hec manēs in naribus fetorem generat r olfatū corrūpit. Caueat quis ab omi fetore r maxime in angustis r pfundis habitaculis opacum r corruptū aerē habentib' in quib' sol intrare nō potest vt ipos vapores corruptos cōsumere possit et aerem ab ipis mūdificare. Nam ex corruptione aeris corrūpuntur spūs animales. Et assuetus fetore adeo leditur q in fetoris absentia olfactus assueto fetore corrupt' fetorez sentire nō cessat. Ideoqz odorem reꝝ redolentiū ex assuefactione mala nō pōt sentire. Nam necesse est q assuefaciat odorare redolētia: r specialiter per suffumigationē reꝝ redolentium ex aromaticarum: puta ligni aloes ambre r boni cinamomi et odor specialiter musti ad conseruandū spiritum animalem.

Corruptō aeris multuz nocet Aromatica psunt.

De ore



Os sanum cōseruabitur si ante comestionē et post cū aqua calida abluat: hoc em mūdificat r humiditates gingiuaꝝ a capite descendētes aufert r desiccat. Et dixerūt quidā sapientū q dentifriciū factū cū puluere gariflloꝝ nucis muscate r spicenardi qualibet die in ieiuno fetorez oris remouet. Si dissoluat aliquantulū masticis in oleo rosato: r inūgatur pallatum confortat cōseruat ipm. Caput leporis combustum puluerisatū valet contra cancrum gingiuarum r palati.

Dentificiū

De lingua.



Ingue sanitas conseruatur cuz ablutione facta in ieiuno z cũ mellis fricatõne z zinziberis pul uere. Hec em̃ linguã attenuãt z eius grauitatẽ remo uent. Amplius aues parue in assatura vel pastillatu ra vel frixatura valẽt in grauedine lingue. Nuces lin gue inimicantur vnde ab eis est abstinendũ in sanita tis lingue cõseruatione. Caules competunt in lingue grauedine comesti z masticati: vnde infantum accele rant locutionem z ambulationez. Confortant em̃ musculos z articulos. Amplius tenere in ore species aromaticas et specialiter in ieiuno: puta gariofolos: cubebas linguam a grauedine liberat z ad loquendũ facilita tem dat z eius sanitatez conseruat. Hec sufficiant de regimine sanitatis totius capitis.

Nuces nõ prosunt

De mery et canna pulmonis.



Onsequenter dicamus de regimine sani tatis mery z cãne pulmonis. Dicamus ergo ꝙ mery et cãna pulmonis cõseruantur cũ potu brodij piguiũ gallinarum z carniũ semiannualis agni cum dulcib⁹ rebus coctarum z specialiter cũ liquiricia. Et si cum predictis carnibus cauliũ summitates decoquantur erit laudabilis potus. Potus vini dulcis valet ad idẽ Ossa mollia castratoꝝ iuuenuz multum cõpetunt in conseruatione mery z cãne pulmonis leniendo: cõfortando: mollificãdo: et meatus pectoris elargando. Nõ comedat quis ossa paruaꝝ auium: pul lorum perdicum: piscium spinosorum z similiũ. Nõ comedat carnes gros sas q̃ vix digeri possunt. Abstineat a salsis acetosis z oleo aquatico. Nam hec om̃ia ledunt cãnam z meri. Amplius oua mollia competunt in con seruatione dictarum parcium. Amplius liquiritia comesta z eius deco ctio gargarisata z potata valent ad idem. Qui patitur casum vuule seu elongationẽ precauere debz a vomitu z specialiter in ieiuno. Amplius q̃ desiderat conseruationem dictorum mẽbroruz caueat a potibus frigidis actuali frigiditate: z specialiter aque frigide. Ex hoc em̃ potu habẽtes talia mẽbra debilia incurrere possent spasmũ mery z per consequẽs mor tem ex defectu alimẽti attracti. Nam mery mortificatum a frigido potu nequit esse mediũ attrahẽdi sine transglucieẽdi. Hoc em̃ modo galie. vnũ ex infirmis finochum vel cansonẽ patientem ex potu aque frigide morti tradidit: qꝛ ipe nõ ꝓuidit ei⁹ mery debilitatẽ z ꝯplexionis ei⁹ firgiditatẽ.

De vino.

Oua mollia.

Potus frigidus.

De pulmone.



E conseruantibus et confortantibus pul monem sciendũ ꝙ cicera in alba zuccaria fracta mun data a cortice exteriori decocta cũ lacte caprino vel cũ butyro recenti pulmonem nutriunt z confortant. Ad idem valẽt penidie z amigdale specialiter amare a cor tice exteriori mundate. Amplius lac caprinum stoma cho ieiuno ad idem valet. Et similiter cãna mellis et passule enucleate stomacho ieiuno. Salsa acetosa ꝓũgtiua acuta contra

zuccaria.

Lac caprinum

riantur pulmoni. Mirra sub lingua retenta pulmonē cōfortat si illō qd ex ea liquefit paulatine traijciat. Ampli⁹ succus caulīū clarificat⁹ cū mel le trāsglutitus pulmonē confortat ⁊ ꝯseruat: ⁊ vocem clarificat. Ampli⁹ pinee: amigdale: liquiricia multū mūdata iuuant pulmonē ⁊ eius canna les ⁊ pect⁹. Ampli⁹ vinū nouū dulce coctū: ⁊ ꝑ decoctionē a subiecta fece grossa depuratum plus ceteris ꝓdest pulmoni ⁊ ei⁹ cānalibus: ⁊ superio ri cāne ante cibū sumptū ⁊ post cibum. Pulmo vulpis mirabilē habet ꝓ prietatem in pulmonis hoīs ꝯseruatione ⁊ cōfortatione. Ad idem valent cancri fluuiales ⁊ ostree terrestres ⁊ limatie sunt optime scḋm ꝙ declara ui in quodā tractatu quē composui de emoptoica passione ⁊ ptisi: si quis videre voluerit videat: qꝛ volo me breuiter expedire. Cōfortāt pulmonē Pulmo vulpis

De corde.



Consequēter dicamus de cordis ꝯseruatione et ꝯfortatione. Et est sciendū ꝙ sumope fugiēda sunt ad iram ꝓuocātia ⁊ angustiā: qꝛ sicut testat sapiēs quidam cor duos hꝫ nociuos hostes. s. desperationē ⁊ tristiciam. Ex desperatiōe ꝓuenit torpor ⁊ pigricia. Ex tristicia vero senectutis festinatio. Hec ergo duo genera multum cordi nocēt: sꝫ tristicie nocumentū maius est: qꝛ naturalē calorē extinguit ⁊ spi ritū ꝓfundat ⁊ cōpositionē cordis dissoluit ⁊ tandē interficit. Uōs ergo iram ⁊ tristiciā eas a corde suo expellat ⁊ leticie: gaudio: paci: exercitio de lectabili ⁊ venationi cū auib⁹ venatoꝝ intendat. Nam hec gaudiū leticiā et audaciā generāt ⁊ aīm ꝯfortant. Uti cibis subtilib⁹ puta carnib⁹ pullo rum: colūbaꝝ: gallinaꝝ: perdicū: turturum: agnoꝝ: capreoloꝝ: ⁊ ceteris ci bis subtilē sanguinē generantib⁹ ꝓuenit in cordis ꝯseruatione. Amplius euitādus est aer fetidus nebulosus impurus. Nō em̄ pōt spūs vitalis cō seruari nisi cū attractione boni aeris ⁊ boni odoris: ⁊ ex hoc etiā cor ꝯser uatur. Uinū bonū subtile odoriferū est de maxime ꝯfortantib⁹ cor. Nihil reperit qd adeo ꝯfortet cor ⁊ spm̄ ⁊ calorem naturalē euigilet sicut bonū vinum odoriferū vetus moderate sumptū in estate mediocriter lymphatū vinū em̄ sanguinē mundificat: ⁊ ei⁹ tenebrositatē remouet ꝑcipue si cum sonis ⁊ melodijs sumat. Multum etiā iuuat sedere in locis amenis vt vi ridarijs ⁊ pratis. s. vbi sunt herbe odorē delectabilē ꝓducentes. Et in orto vbi sūt cursus aquaꝝ ab alto cadentiū ad ima suauiter ⁊ sine magno stre pitu. Strepitus em̄ ledit aīm ⁊ auditū. Et dicūt sapiētes ꝙ audire instru menta musicalia expellit ab aīo strepitū ⁊ a corde tristiciā ⁊ stuporē. Sed nota ꝙ dilectus soci⁹ ⁊ amicus bon⁹ ⁊ solatiosus narrationib⁹ ⁊ instrumē toꝝ delectationib⁹ supplet melodiā. Et vt sit vnū dicere virtus cordis cō seruat subtilib⁹ cibis ⁊ ꝯueniētibus: odore laudabili tranquillitate: gau dio ⁊ dimissione eoꝝ q̄ tristari faciunt: ⁊ renouatione reꝝ delectabiliū pu ta vestiū ⁊ similiū ⁊ habitatione cū dilectis. Et nota ꝙ syrupus cōposit⁹ ex succo buglosse vtriusqꝫ ⁊ seta cruda sūme ꝯfortat. Nā hec sumpta sim plicia vel ꝯposita ꝯfortant cor. Et est notandū diligēter ꝙ eoꝝ q̄ ꝯfortant cor: quedam sunt temperata vt iacinctus: aurum: argentū buglossa. Alia sūt calida sicut duronicū: zedoar. musc⁹: ambra ⁊ seta cruda: ⁊ ambo ben: crocus. Et gariofoli sunt mirabiles ⁊ lignū aloes crudum: ⁊ melissa ēt se mē ei⁹ ⁊ cardomomū: cubebe: smaragdus ⁊ enula ⁊ mirabolani. Alia sunt frigida puta margarita; carabe; camphora; corallus; sandali; ⁊ rosa et

Ira ⁊ tristicia multum nocent cordi

Confortātia cordis

Uinū bonum

Amicus bonus.

spodium ⁊ lutum sigillatuȝ. Et ex eis est coriandrum siccum ⁊ humidum
sed vsuȝ coriandri inhibeo nisi ante preparetur modo cõsueto: q2 aliter ha
bet naturam veneni. Amplius scias ꝙ oua gallinaꝝ mirabiliter cõfortãt
cor: generant em̃ sanguinem cordi proportionabilẽ: vnde mirabiliter com
petunt in cordis seruatione ⁊ habentibus cor debile naturaliter.

De stomacho.



x sanitate stomachi totius corporis sani
tas noscitur dispensari. Nam stomachus se habet in
animalibus sicut radix in arborib⁹. Sicut em̃ a radi
ce venit alimentũ ad totã plantaȝ: vnde si radix non
nutriatur tota planta arescit: ⁊ si nutrimentũ nõ sit
planta nõ diu durat: sic etiaȝ si stomachus nõ nutria
tur ⁊ cibus in stomacho nõ digeratur totũ corp⁹ are
scit: ⁊ similiter si digestio corrũpatur in stomacho mẽ
bra cetera nõ nutriũtur. Error em̃ notabilis factus in prima digestiõe nõ
corrigitur in secũda nec in tertia: ⁊ sic alimentũ est ineptum ad hoc vt cõ
uertatur in nutritum: ⁊ per consequẽs deficit vita. Et cũ vita per alimen
tum consistat multũ sollicitari debemus in custodienda stomachi sanita
te. Ad custodiendam igitur stomachi sanitatẽ iubent quidem sapientum
semel in mense vomitũ prouocare cum aqua calida ⁊ aliquãto aceti. Hoc
em̃ mundificat stomachum a supfluitatibus cibi ⁊ potus ⁊ humorib⁹ ma
lis. Amplius comedere vuas passas in ieiuno cũ granis suis stomachum
confortat ⁊ rectificat eius malam complexionẽ. Absinthium. ⁊ spica nar
Empla-strum.
di in potu eum confortant ⁊ sanũ eum conseruant. Emplastrum ex masti
ce ex ligno aloes confortat stomachũ ⁊ eius malam complexionẽ rectifi
cat. Amplius potus absinthij soluit stomachi duriciez ⁊ expellit ab ipso
grossos fumos. Et volẽs conseruare stomachuȝ vtatur cibo facto ex aui
Aqua fri-gida.
bus sicut perdicibus: turturib⁹ iuuenibus in aqua coctis. Caueat ne co
medendo aquã frigidaȝ bibat nisi forte in fine comestionis si fuerit ea as
Sirupus
suetus ⁊ aliter nõ ⁊ parum bibat ex ea. Amplius syrupus rosatus aro
matizatus cũ ligno aloes stomacho prodest ⁊ sanitatẽ eius conseruat. Di
cit aristoteles ꝙ sumere in ieiuno drag. iij. electuarij de ligno aloes ⁊ reu
barbaro confortat calorẽ stomachi ⁊ adiuuat digestionẽ: ⁊ eius orificium
a fleumate mũdificat: pcurat appetitũ ventositatem remouet. Et simili
ter aqua rosarũ cum mastice ⁊ carnib⁹ citoniorũ rectificat stomachũ. Am
Ista no-cent sto-macho.
plius inunctio stomachi ex oleo de mastice digestionẽ eius ⁊ complexio
nem rectificat. Amplius multũ approbo vsum coriandri conditi in cuius
condimẽto addatur ligni aloes drag. i. gariofiloꝝ spice nardi sandali mu
scatelli an. drag. semis cinamomi electi: melani piperis an. drag. i. et se
fiat puluis. Fiat ergo. iij. libre coriãdri cõditi ⁊ addatur predictus puluis
Ampli⁹ euitent genera fructuũ: scȝ poma: pira: mespila: auelane: grana pi
ni: ⁊ euitent omĩa lacticinia ⁊ medulle ⁊ cerebella ⁊ marie quadrupedũ.
Et vniuersaliter omnia ĩteriora magnoꝝ animaliũ quadrupedũ: vti tamẽ
possunt cerebella galloꝝ ⁊ gallinarum ⁊ ceterarum auium preterꝙ auiũ
degentiũ in ripis aquaꝝ. Pellicula interior stomachi gallinaꝝ mirabileȝ
proprietatem habet in stomachi homĩs conseruatione. Et scias ꝙ omẽs
medicine ⁊ omĩa facientia abominationẽ stomacho inimicantur. Ampli⁹

retentio fecuz ꝛ ventositatū est de his que debilitāt stomachū. Et coitus immoderatus maxime debilitat stomachū. Suspecti igitur de stomachi debilitate ꝛ passionibus eius cōtineāt. Amplius vigilie īmoderate summe debilitāt stomachū ꝛetiā dimissio exercitij. Et vomit⁹ laboriosus debilitat stomachū īmo ipsius ꝯtinuatio mortē inducit. Et hoc vidi ꝑ experientiaz attamē vomit⁹ nō laboriosus est innatiuus ꝛ laudabilis ex ꝑte purgationis. Amplius ex debilitantibus stomachū sunt ceruisia ꝛ vinū nouū non defecatū. Et similiter potus inter duas comestiones digestione stomachi adhuc nō ꝯpleta stomachū debilitat. Amplius scias ꝙ mentis curiositas ꝛ ingenij sollicitudo sunt de his que maxime stomachū debilitāt. Sūme vitāda est repletio nauseatiua ꝛ multiplicatio ferculoꝝ ꝛ eoꝝ interruptio ꝛ similiter eoꝝ difformitas ꝛ mēse ꝓlongatio ꝛ mala masticatio ꝛ potus multiplicatio. Hec eniz omnia digestionē corrūpunt ꝛ stomachum debilitant. Hec sufficiant de conseruatione sanitatis stomachi. Ceruisia nocet.

De epate.



Onsequēter dicamus de sanitatis epatis ꝯseruatiōe. Dicam⁹ ergo ꝙ decoctio reubarbari: reupōtici: abscinthij: eupathorij rose ꝛ lacce admistrata in ieiuno ꝯfortat epar debilitatū. Et similiter electuariū de lacca rosis. Et similiter comestio carnū subtilium laudabiliū puta ꝑdicū iuuenū ꝛ similiū cū ciceri⁹ decoctaꝝ vel assataꝝ nō ad carbones sed cū aqua calida hec enim melior est assatura. Nā illa q̄ fit ad carbones nō euadit ab adustione vel siccitate nimia nisi custodiatur diligēter. Sed assatura q̄ super aquā fit calidā equaliter ꝛ vniformiter fit: ꝛ ab adustiōe securatur. Vue passe ꝛ ficcus albe epar magnificāt. Nā quoniā epar in dulcibus delectatur ideo facilius ea apperit ꝛauidius. Et huius ꝓbatio est cōsequenter si anser vel gallina ficubus sit impinguata carnes eoꝝ pingues erunt ꝛ humide ꝛ delectabiles ꝛ ius eoꝝ delectabilissimum. Ficus vero ꝛ vue passe si comedentur in ieiuno epar deopilāt ꝛ ꝯfortāt ꝛ eius ꝯplexionē rectificāt. Et similiter pulli parui modica aqua decocti in cibo sumpti epar ꝯseruāt et confortāt. Amplius notādū ꝙ vsus maloꝝ granatoꝝ dulcium ꝛ vuarū passaꝝ magnificat epar ꝛ intantuz eius malā complexionē rectificat ꝙ comedentē ridere facit. Vinū etiā subtile in substantia moderate sumptū epar calefacit ꝛ deopilat ꝛ confortat ꝛ cōseruat: ꝛ eius sanitas totū corpus in sanitate ꝯseruat. Amplius scire debes ꝙ intromittere cibum super cibū scilicet indigestū ꝛ error ordinis eius est ex rebus magis nociuis nō solū epati sed etiā stomacho. Et similiter potare subito aquā frigidā in ieiuno ꝛ post balneū coitū ꝛ exerciciū quādoq; ꝑducit ad infrigidationē vehemētē epatis ꝛ ydropisim. Et si aqua frigida quis indiguerit ꝓpter epatis inflāmationē nō recipiat eā solaz sed cum aliquantulo vini vt non infrigidetur vehementer. Nec traijciatur impetuose trāsglutiēdo sed paulatim sugendo. Amplius scias ꝙ omnia viscosa epati nocent ex parte qua faciunt accidere opilationem. Et ex eoꝝ summa est frumētū nō omne sed glutinosuz. Et supposito ꝙ bene digeratur in epate causabit in membris sequenti⁹ opilationē. Et similiter vinū dulce opilat epar ꝛ deopilat pulmonē. Huius autē causa est quia vinū dulce nō gradatim venit ad epar; ex eo ꝙ epar multuz diligit ipsum quia dulce ꝛ propter

Confortācia epar.

Usus granatoꝝ ridere facit

Nocentia epati.

Frumētū glutinosū opilat.

facilē eius penetrationē q2 potus ⁊ quia calidū quare nō moratur ea quā titate qua separetur fex ab eo īmo ꝑuenit ad epar cū grossitudine sua. Inuenit enim vias scilicet meseraicas paratas: sunt eniꝫ ample ⁊ vene in epatis substātia sūt valde stricte. Cū ergo ad epar ꝑuenit nō moratur quā titate qua digeratur immo expellitur subtile in venas strictas velocitate sue penetratiōis ⁊ remanet sedimen ꝑpter viaꝝ cōstrictionē. Sed in pulmone ꝯtrariū euenit. Nā ad pulmonē venit vinū dulce cuꝫ iam colatū est a via meatuū mery ꝑ viā resolutiōis ex meatibus strictis ad amplos. Aut ex via concaua cū iā dimisit fecē. Et vadit adhuc illuc cū sit colatū ⁊ transit ex meatibꝰ strictis ad āplos quare colatur vice alia. Et bene scias ꝙ medicine in quibus est amaritudo qua fiat apertio: est stipticitas quedā qua fiat confortatio: ⁊ odor cōueniēs substātie spiritus ꝓhibēs a putrefactione: sunt inquātū huiusmodi medicine epati cōuenientes: ⁊ huiusmodi sūt cinamomū sticados: absinthiū: mirra: spica: crocus ⁊ similia. Scias ꝙ auellane cōuenientes sunt epati omni quoniā nō sunt vehemētis caliditatis ⁊ sunt aperitiue ⁊ eaꝝ chymus est bonus. Et epar lupi ⁊ carnes limatiaꝝ ꝯuenientes sunt epati cū proprietate q̄ est in eis. Et similiter species endiuie ⁊ specialiter illa in qua est maior amaritudo. Epati eniꝫ calido cō petūt ratiōe ꝓprietatis ⁊ deopilatiōis ⁊ amaritudis alicuiꝰ stipticitatis Si igitur epar sit calidum species endiuie administrentur cum melle vt earum frigiditas temperetur. Et hec de epatis conseruatione.

De splene.

Splen ridere facit



Onsequenter de splene dicendum est. Nā splen est instrumentū ridendi. Habentes enim splenem bene dispositū ⁊ fortē ad mūdificandū sanguinē grossum ⁊ turbidū ex quo corpus non potest bene nutriri naturaliter sunt leti ⁊ sine tristicia. Et per oppositum splene existente debili sanguis grossus ⁊ turbidus manet in venis ⁊ monetur ad cor ⁊ ad cetera mēbra corporis ⁊ ideo reddit hominē tristē ⁊ melencolicum. Bene ergo sollicitari debemus de sanitatis ipsius cōseruatione. Cōfortetur enim corpus splenis cum cibis bene nutrientibus ⁊ deopilantibus cuiusmodi sunt gallina cocta cum modico brodio: ⁊ carnes pulline ⁊ eduline cum modico aceto cōdite ⁊ lac nouiter mulsum cū modica zuccara ⁊ eligatur lac capraꝝ ⁊ camelinū. Hec eniꝫ splenis opilationē aperiunt ⁊ eiꝰ sanitatē custodiūt. Et vinū rubeū in cōmestione sumatur. Et generaliter omne quod impinguat ꝓdest spleni: omne eniꝫ tale restringit splenē ⁊ ipm̄ tēperate diminuit. Paruitas splenis significat bonā ꝯplexionē corporis ⁊ eius grossicies ꝯtrariū. Absinthiū etiā in potu cū melle sumptū prodest spleni ⁊ eius ꝯplexionē rectificat. Et dicūt medici ꝙ bibere aquaꝫ vel vinū q̄ diu steterint in vase tamarisci confortat ⁊ ꝯseruat splenē. Caueat q̄s a grossis ⁊ stipticis fructibꝰ. cuiusmodi sunt pira: mespila: sorba: coctana ⁊ similia: quoniā officia splenis ꝯstringūt ⁊ articulos debilitāt. Caueat similiter a grossis carnibus puta bouinis caprinis ceruinis ⁊ porcellinis. Et ab omni legumine ⁊ ab omni quod fit de lacte: puta caseo ⁊ lacte acetoso. Hec enim omnia epar ⁊ splenem ledunt ⁊ colerā nigrā generāt Et vtatur vino albo vel citrino quod splenem attenuat ⁊ opilationē aperit ⁊ eius grossiciē subtiliat. Et dicūt quidā empericoꝝ ꝙ sanitatem sple

Splēis ꝑuitas bona.

De vino.

nis conseruat: vt quādo ire velis sinistrū pedē ante dextrū moueas τ hoc in ascendendo τ descendendo seruetur. Hec sufficiant de splene.

De intestinis.



Dicamus quomodo intestina in sanitate cōseruantur quod fit cū a fecibus in eis ꝯtentis mūdantur τ similiter dū ab humore viscoso qui in eis multiplicari ꝯsueuit: vel ex regiminis malicia vel ex debilitate mundantur nā hic humor interdū impedit exitū fecū naturalē. Mundantur ergo intestina a fecibus τ humore viscoso cum potu aque mellis in ieiuno τ cū comestione ficuū siccaꝝ pinguiū in ieiuno τ cum potu aque decoctionis eaꝝ. Et ad idem valet brodiū pingue agni annualis decocti cū bletis. Et ad idem valet brodiū galli antiqui decocti cū polipodio τ aniso. Amplius scias ꝙ vue passe nō enucleate in ieiuno comeste pre ceteris intestina confortant. Amplius dicunt quidā ꝙ risum decoctū in recenti lacte comestū intestina confortat τ nutrit. Uolēs autem sanitatem suoꝝ intestinorum conseruare caueat ab omni cibo acetoso acuto grosso τ viscoso. Abstineat a pane azimo τ a carnibus animaliū magnoꝝ domesticorū τ siluestriū: bouz: vaccaꝝ: lepoꝝ τ porcoꝝ domesticoꝝ: anseꝝ: anatum domesticoꝝ τ siluestriū τ ab interioribus animaliū. Et a piscibus ꝑuis recentibus τ salitis. Caueat τ ab assatis ex piscibus τ carnib⁹. Abstineat a caulibus: rapis: pomis: piris: mespilis: sorbis τ similibus. Amplius abstineat ab omnib⁹ generib⁹ oleꝝ ꝑterꝙ a ruta: bleta: feniculo: petrosilino τ similib⁹ calidis sicut mēta τ eruca nā in alijs ab istis est inflatio. Amplius abstineat a generibus lactis τ eoꝝ q̄ sunt de lacte. Cucurbita cucumeres τ citonia in inimicantur intestinis. Amplius nuces amigdale humide τ fabe specialiter humide τ vniuersaliter legumina specialiter humida nocēt habētib⁹ intestina debilia. Ampli⁹ mora celsi multū nocēt intestinis τ similiter granata accetosa suspecti ergo de egritudinib⁹ intestinorum abstineāt a ꝑdictis τ sciāt ꝙ ventositatū retētio multū debilitat intestina τ quandoqȝ producit ad idropisiȝ τ generat tenebrositatem visus τ epilentiam τ vertiginē exercitiū post cibū immediate τ similiter potus aque frigide τ vinum plurimum post cibum immediate nocent vlceribus nocumento mirabili: τ similiter coitus immoderatus specialiter super cibum multū debilitat intestina. Dixerunt sapientes ꝙ alleū coctum cū carnibus pinguibus edi mitigat intestina τ impetuosam eoꝝ remouet ventositatem τ inflationem consumit. Comedere etiā allia cruda sicut faciunt gallici dolorem intestinorum curat τ grossam repellit ventositatem τ ideo alleum dicitur tyriaca rusticorum.

Mundificatio.

Alleuz mitigat dolores.

De renibus.



Quod pre ceteris conseruat renes et confortat qū debiles sunt i ꝓpria operatione puta ad attrahēdū ꝓpriā aquositatē vrinalē sāguis dicit spinachia cū carnib⁹ arietis decocta τ comesta. Ad idē valēt vue passe bū enucleate. Renes eni nutriūt τ feculentiā vrine mūdificāt. Semina melonum post potum comesta cum zuccara idem operantur. Et similiter pulpa melonum cum zuccara comesta ad idem valet. Ampli-

Semina melonum prouocāt vrinam.

us farina ordei cum lacte preparata renes impinguat ⁊ eorum sanitatem conseruat. Amplius ad idem valent pinee ⁊ amigdale cum penidijs comeste. Omnes fructus frigide nocent ⁊ similiter acetum ⁊ carnes grosse sicut caprine bouine ⁊ lac acetosum. Et omnes herbe frigide multū nocent renibus: sed rapa prodest aliquantulum. Et scias ꝙ lacti omnino inest proprietas mirabilis in confortatione renum ⁊ comedere renes cum aliquibus alijs impinguat renes ⁊ confortat lac camelinum comestū renes confortat aggregat ⁊ consolidat. Amplius vinum passulatum aliquantulū ponticum renes confortat. Et coitꝰ immoderatus ⁊ balneum immoderatum ⁊ odire tranquillitatem et quietem ⁊ multum vti cibis diurecticis ⁊ potibus renes debilitant ⁊ rarificant ⁊ calorem eorum innatum exalant.

De vesica.

die blase



Scias ꝙ electuaria calida puta dyagalanga dyatriompiperō ⁊ similia confortant vesicam. Potꝰ aque frigide in ieiuno visicam debilitat. Etiam sepe comedere vix preseruat vesicam ab egritudine. Amplius panis tritici preparatus cum butiro vel cū melle magnam habet proprietatem in conseruando vesicam. Amplius drag. semis de ligno aloes quolibet die in potu sumpta valet contra frigiditatem vesice ⁊ eam confortat. Nihil adeo ledit vesicam sicut longa vrine retētio vltra voluntatem mingēdi. Amplius comedere carnes bouinas ⁊ herbas frigidas: ⁊ cibaria frigida ⁊ aquam frigidam bibere in ieiuno multas egritudines generat in vesica. Et super omnia vsus aceti ledit vesicam sicut dicit galienus.

De ano.



Anus est membrum de facili lesionem suscipiens ⁊ cum susceperit difficulter curatur quare indiget bono regimine cum cibis ⁊ alijs rebus conuenientibus. Sanitatem igitur ani custodire cupiēs non sedeat diu super terrā vel super frigidum actu. Amplius abstinere debet a carnibus bouinis ⁊ vniuersaliter a carnibus grossis siluestribus ⁊ generantibus coleram. Colera enim suo acumine ledit anum. Caueat ab omnibus generibus acruminum. Sedere enim aliquando aliquandiu supra lapidem calidum in stupha anum confortat. Nam sua propria caliditate actuali consumit humiditatem superfluam ani. Est enim anus velut totius corporis emunctorium: vnde ad ipsum fluunt multe humiditates. Amplius cibi stiptici non competunt habentibus anum debilem nec fructus frigidi. Utantur carnibus arietis castrati iuuenis pinguis cum modico brodio. Euitent cepe

super omnia quoniam orificia venarum aperit. Etiam sedere in sede facta de corio leonis anum confortat. Et similiter sedere in sede facta de corio thauri et forte cerui et quorumdam aliorum quorum eorum habent proprietatem in calefaciendo et confortando anum cum quis sederit super eis.

De emorroydibus.



Ed quia quidam solēt pati emorroydas in processu etatis eorum quasi naturaliter sicut mulieres patiūtur fluxum menstruorum. Nos volumus hic ponere vnum paruum capitulum regiminis sanitatis eoruz qui emorroidibus vexari solent ne forsan ex errore regiminis plus grauentur. Tales autem tempore quietis scilicet tempore quo non vexātur ab emorroydibus si forsan dubitarent nimium fluxum futurum euitare debent omnia accuta falsa et similia dulcia inflammabilia frixa assata et maxime si sint arida. Et vitent omnia inflammantia sanguinem puta iram: coitum: exercitium forte stupham et balneum. Hec enim sanguinem accuunt et inflammant. Amplius talibus non competūt vina acuta fortia nec species valde calide. Et vniuersaliter nihil aperitiuum venarum eis est conueniens. Et vniuersaliter vitare debent omnia ledentia anum et inrestina. Amplius vitare debent omnia generantia sanguinez grossum et melancolicum quia talis sanguis est materia emorroydarum et huiusmodi sunt carnes grosse animalium siluestrium: vt puta carnes ceruorum: leporum: boum et similium et auium degentium in ripis aquarum. Et vinum eorum non debet esse nimis grossum ne sanguinem melancolicum generet nec nimis subtile ne apperiat orificia venar̄ nec nimis forte et acutum ne sanguinem reddat nimis mobilē et subtilem sit ergo vinum mediocre et calore et fortitudine et debilitate odoriferum et boni saporis. Amplius cauere debent a medicinis laxatiuis et attractiuis habentibus maximam caliditatez et acuitatem vel nimiam subtilitatem que specialiter ab aloe scamonea in quibus virtus est fortis in apperiendo orificia venarum. Etiam cauere debent a clistetibus et specialiter acutis et pungitiuis ne ex eis emorroydes prouocentur ante tempus debituz a natura. Tamen laudo quod procurent habere ventrem laxum cum aliquibus lenibus remollitiuis cuiusmodi sunt cassiafistula brodia pinguia et pureta boraginum et bletatar̄ cum oleo oliuarum et brodium caulium Ad idem valet comestio ficuum siccorum in principio mense et etiam valēt fructus humidi puta pruna bene matura et vua et similia. Uentris constipatio consueuit ledere multū patientes emorroydas tempore fluxus eor̄ et ergo bonuz est ante illud tempus procurare ne feces in intestinis remaneant. Scias quod extremitates porcorū conueniunt patientibus emorroydas: et similiter extremitates vituli. Non enim permittunt emorroydas nimis fluere. Ad eandem intentionem potest valere risum et amidum et alia stiptica delectabilia: puta pira et coctana: non quidem ante cibuz: ne ventrem constipent: sed post: et maxime tempore quo fluunt si timeamus de eorum fluxu immoderato. Ad idem valet sirupus rosarum mixtus cuz

Uitare debent.

aqua ferrata ⁊ maxime in estata. Et etiam applicatio aliquorum stiptico
rum ab extra puta rosaruz mirtillorum bulitorum in aqua ferrata ⁊ dein
de expressorum: ⁊ in estate. Sed in hyeme frigatur saluia in multo oleo ro
sarum ⁊ applicetur in saculo: ⁊ hec sufficiant.

De iuncturis.



Pponamus hic de regimine illorũ qui do
lores iuncturarum pati solent: non quidem curatiuo
sed magis preseruatiuo. Euitanda sunt q̃ iuncturas
debilitãt ⁊ que materiam doloris iuncturarum mul
tiplicant ⁊ que materias ad iuncturas fluere faciunt
et vtendũ est his que iuncturas confortant ⁊ materi
as diminuunt ⁊ eas ad iuncturas fluere non permit
tunt. Suspecti igitur de iuncturaꝝ dolore caueant a
fumo argenti viui ⁊ etiam a fumo omniũ metalloꝝ ⁊ a fumo eoꝝ quibus
alchimiste in eoꝝ subilimationibus vti cõsueuerũt. Hoc eniz neruos sum
me debilitat ⁊ iuncturas. Amplius caueant ab aceto quia neruos ledit: ⁊
idem facit accetositas citri: ⁊ vniuersaliter omnia accetosa. Amplius lac
⁊ omnia lacticinia nocent neruis ⁊ iuncturis: ⁊ etiã pisces recentes iũctu
ras mollificant. Et assiduatio comestionis pomoꝝ generat dolorẽ iunctu
rarum ⁊ neruoꝝ: ⁊ idẽ potest intelligi de alijs fructibus accetosis frigi
dis. Amplius allia ⁊ omnia alia acrumina nocent neruis ⁊ iuncturis. Am
pli⁹ scias ꝙ nauseatiua satietas maxime vitanda ẽ ab his q̃ suspecti sunt
de doloribus iuncturarum. Etiam vitandũ est exercitiũ forte post cibum
immediate: ⁊ coitus immoderatus post cibũ. Et idem intelligatur de bal
neo. Nam hec sunt cause quare materia indigesta fluit ad iuncturas ⁊ ner
uos. Similiter potus immoderatus ⁊ maxime vini post cibum ⁊ sine ci
bo est euitandus. Est enim causa indigestionis vel maxime corruptionis
que est magna causa doloris iuncturaꝝ. Etiam euitandus est somnus di
urnus immediate post saturitatẽ. Est enim causa reumatis: vnde materi
am reumatisantem ad iuncturas multiplicat. Cibaria autem talium ho
minuz debent ad aliqualem grossiciem declinare ne humor generatus ex
Dieta. eis sit aptus fluere ad iuncturas propter subtilitatem. Debent ergo eorũ
cibaria esse melancolica grossa non quidem in tantum ꝙ causetur indige
stio: sic enim lederẽtur ab eis. Et propter eandez rationem cibaria eorum
non debent esse nimis calida ne vias apperiãt ⁊ humores ex eis generati
fluxibiles fiant. Nec nimis frigida ne causent indigestionem. Euitent car
nes salsas ⁊ pisces salsos: ⁊ vniuersaliter omnia digestioni repugnantia
cuiusmodi sunt carnes bouine ãtique ⁊ dure valde ⁊ carnes porcine mul
tum antique ⁊ carnes animalium siluestrium magnorum antiquoꝝ ⁊ spe
cialiter salsoꝝ. Et propter eandem rationem euitare debent cibaria facta
de pasca azima ⁊ panem azimum. Hec enim omnia digestioni repugnant.
Unde si continuentur causant indigestionem ⁊ maxime si recipiantur in
magna quantitate. Uerum est tamen si carnes bouine perfecte digerãtur
satis est cõueniens eis. Quoniam sanguis generatus erit laudabilis qua
litatis ⁊ grosse substantie. Carnes cõuenientes eis sunt carnes vituli vni
us anni ⁊ carnes cuniculorum ⁊ leporum iuuenum. Pisces non multũ cõ
ueniunt suspectis de dolore iuncturarum. Et si vti contingat piscibus vtã

tur bonis piscibus: sicut sunt pisces marini laudabiles nō bestiales: non sine squamis: vnde garnati: rogeti sole plaicis sunt eis conuenientes ꝛ similiter ostree marine ꝛ etiam mole. Et laudo ꝙ decoquantur in vino ꝛ addatur in decoctione cynamomum frustratim incisum. Carnes volatiliū paruoꝝ non multū eis competunt propter eaꝝ subtilitatem. Et similiter leguminum genera suspectis de doloribus iuncturaꝝ non competūt. Habent enim duriciem ꝛ ingrossitatē ꝛ substantie grossiciē ꝛ digestionis difficultatem ex quibus concluditur vsus leguminum iuncturas ledere. Et omnes suspecti de doloribus iuncturarum debent vti fleubothomia vel farmatia vel vtraqꝫ in principio veris ꝛ ante tempus in quo iuncturarū dolores eius cōtingere solent. Sed quia hoc magis ptinet ad regimen curatiuum transeo. Sufficit ergo ad presens scire ꝙ fleubothomia vel farmatia vel vtraqꝫ secundū ꝙ melius videbitur expedire in temporibus determinatis in regimine sanitatis talium hominū ꝛ secundū diuersitatē cōplexionum eoꝝ scꝫ quā ab influētijs ꝛ etiā corporibus celestibus quibꝰ subiecti sunt est expediēs ad eoꝝ conseruationē ꝛ preseruationē. Quibus autem cōuenit fleubothomia ꝛ quibus farmacia hic dicendū est. Si enim corpora sunt sanguinea tunc iuncturarū dolor ex sanguine contingere solet vel ex omnium humorum plenitudine ꝛ tunc non est dubium fleubothomiā competere. Et si vnus alioꝝ humorū a sanguine dominetur cōuenit farmacia. Amplius non obliuiscaris ꝙ vomitus est conueniēs valde ad preseruandum a doloribus iuncturarum ꝛ specialiter inferioꝝ diuertēdo materiam ꝛ eradicando. Amplius vitari debet ira ꝛ tristicia. hec enim digestionem corrumpunt. Et vniuersaliter omnia digestioni repugnantia puta voracitas comestionis prolongatio mense: diuersitas ciboꝝ ꝛ vinoꝝ in eadem mensa decuriositas nimia circa agibilia ꝛ comedere cibaria digestioni repugnantia vel ratione qualitatis vel ordinis vel modi preparandi euitanda sunt ab his qui suspecti sunt de iuncturarum dolore. Et est notandum ꝙ assiduatio lotionis extremorum in aqua salsa naturaliter vel artificialiter est de conseruantibus sanitatem iuncturarum corpore non existēte plectorico. Potest etiam fieri lotio ex decoctione camomille sticados ꝛ rosaruꝫ. Et si forsan iuncture sunt frigide addatur ebulus in dicta decoctione. Super omnia suspecti de dolore iuncturarum solicitari debent ne eorum venter sit constipatus sed laxus quod si sic benequidē sin autem procuretur cum clisteri resolutiuo communi ꝛ cum cassiafistula. Et caueant a frigore extremorum immoderato.

De euacuatione.

Vomitus

Constipatio nocet.

De membris generationis.



Dicamus consequenter de illis que confortant membra generationis. Et quia generationis membra ordinata sunt a natura ad actum generationis qui consistit in spermatis generatione et fermentatione ꝛ eiusdem per actus coitus conuenienti emissione ꝛ in prolis finali generatione: illa q̄ ad hec iuuāt mēbra generatiōis cōfortāt. Et qꝛ deffectꝰ coeūdi ꝛ generādi iterdū ꝓuenit a ꝑncipalibꝰ mēbris nō in

tendimus in isto capitulo loqui de isto quia de confortatione membrorum principalium superius dictum est. Notandum quod actus coitus vsitatus modo et hora conuenientibus est de his qui maxime confortant membra generationis. Sic enim mulierum mamille melius lactant et lac generant ex vsu lactationis: modo qualitate: quantitate et hora conuenientibus et ex deassuefactione lactationis totaliter perit actus lactationis et generationis conuenientis lactis et interdum lacte corrupto malam acquirente qualitatem mamilla destruitur: sic suo modo intelligo de membris generationis que ordinantur ad actum coeundi. Perit enim actus si act⁹ nō assuescatur. Et interdum ex spermatis detenti corruptione nō solum seminaria vasa sed etiam totum corpus corrumpitur. Sperma enim corruptum in toto corpore se habet ad modum veneni. Unde sicut parum veneni sufficit corrūpere totum corpus ita et spermatis corrupti aliquantulum sufficit corrumpere totum corpus. Usus ergo moderatus coitus est vnum ex his que confortant membra generationis. Habet etiam coitus moderatus quamplurima alia iuuamenta et immoderatus quamplurima nocumēta que inferius apparebunt vbi de coitu specialem faciemus mentionem. Sufficit enim ad presens scire quod coitus moderatus et debite assuefactus membra generationis corroborat et cōfortat et immoderatus debilitat et etiam totalis dimissio. Ille ergo qui sanitatem membrorum generationis desiderat fugiat illa que coitum debilitant et impediunt: et vtatur his que coitum confortant. Debilitantia autem coitum et virtutē eius sunt res meditatiue: sicut horribilitas coeundi. Tanta enim videtur esse horribilitas in actu coeundi quod nisi esset delectatio admixta: ne dum homines sed etiam alia animalia fugerent actum coeundi. Unde quidam homines eleuati spiritu contemplationis hunc actum totaliter abhorrent et ideo debiles sunt in actu et membra generationis debilitant. Et non solum horribilitas sed etiam verecundia et antecessio intellectus ad cor facit deficere ab actu coeundi ex quo membra generationis debilitātur. Amplius scias quod balnei multiplicatio est ex his que debilitant membra generationis in actu coeūdi: et etiam frequentatio fleubothomie et precipue arteriarum et venarū que sunt retro aures. Ab his ergo cauere debet qui sanitatem membrorum generationis desiderat. Abstineat etiam a quibusdam quorum vsus nocet actui coitus. Quedam enim nocēt desiccando: et quedā nocent infrigidando et stupefaciendo: et quedam vtroque modo. Unde agnus castus vaporatus et bibitus nocet. Et etiam herba basiliconis. Camphora abscindit coitum infrigidando et exsiccando: et similiter semen caulium. Unde tale semen sumptum post cibum corrumpit sperma. Et similiter vsus coriandri debilitat coitum infrigidando et desiccando. Acetum etiam et omne acetosum abscindit coitum infrigidando. Qui ergo desiderat sanitatem membrorum generationis debet vti multiplicantibus sperma et calorem innatum et spiritum ventosum. Hec enim sunt necessaria in coitu. scilicet materia exuberans: calor incitans et ventositas erigēs. Quedam iuuant ad actum coitus multiplicando sperma: et alia confortādo calorem: et alia vētositatem generando. Et quedam sunt que ab omnibus his modis coitum iuuant et membra generationis cōfortant et conseruāt. Et de numero horum sunt medicine quedam et quidam cibi. Dicamus ergo de cibis. Meliores enim cibi sunt carnes edi pinguis masculi et carnes

Impedientia coitum

pro

ouine et cicer ⁊ cepe absq; frictione carnis: frixio namq; prohibet confortationem carnis ⁊ multitudinē nutrimenti eius: q̃r frixio desiccat. Ad idez valent galline ⁊ pulli colūbini impinguati ⁊ ꝓprie allaude ⁊ oua sorbilia proprie puluerisata cū cynamomo ⁊ pipere ⁊ galanga ⁊ sale scici: ⁊ oua piscium: ⁊ caro piscium calida. Et si fuerit illic frigus resiste cum zinzibere et pipere ⁊ macropipere ⁊ cynamomo ⁊ similibus. Et cibus de rapis ⁊ napis: ⁊ cibus de caulibus: ⁊ cibus de bancijs: ⁊ proprie de bancijs: postq̃ bene decocta est caro earum valent ad idem. Et de illis quibus fit iuuamētuz sunt cerebella paruarū aniuz ⁊ butyrū ⁊ lac. Et similiter cibus qui fit de tritico cocto cū multa aqua vsq; quo fiat sicut puls ⁊ rizi cū lacte et caro cū lacte ouino. Et ꝯferūt in secūdis mēsis speragi eruca ⁊ capita ⁊ porri cardoꝝ ⁊ menta ꝓprie ipa em̄ ꝯfortat mēbra: spermatis valde ⁊ eiꝰ vsus fortitudinem facit super sperma quare forte fit desiderium. Et sciendum q̄ ille qui assiduat comestionem passeruz ⁊ bibit super eam lac loco aque sine cessatione est: erectus ⁊ multi spermatis. Amplius cepa frigatur cuz butyro donec rubea fiat ⁊ dissoluatur in decoctione ⁊ frangātur sup eam oua ⁊ erit cibus conueniens in conseruatione mēbrorum generationis. Sunt autem quidam quoꝝ complexiones sunt calide: desiderātes tamen conseruationem ⁊ confortationē mēbrorum generationis. Et his competunt lac acetosum ⁊ lac dulce: ⁊ pisces assati calidi ⁊ melones ⁊ citruli cucumeres ⁊ cucurbite ⁊ fructus ⁊ olera humida omīa ita q̄ lactuca ⁊ semē portulace addunt eis in spermate q̄uis cōmuniter noceant. Et albumen oui est plurimi iuuamēti multiplicans sperma. Et cerebella animalium et medulle eorum ⁊ cancri fluuiales cōferunt eis. Auicēna quarto. Nascētibus em̄ omnibus vite discrimē interitusq; imminet. Infantia vero q̄ in septimum vsq; annum protenditur tota in alendo versatur id quod ꝑ septem ceruos illos quos rabby venatus fingitur nō obscure licet intelligi. Post infantiam pueritia sequitur que fabulaꝝ auditione admodū delectari consueuit. Hinc illi captiuitas vastatioq; ab episcopatibus narratur. Amplius granum pini bene confortat. Et etiam carnis anatum sperma multiplicat. Comestio passerum

De conseruatione cutis ⁊ similium.



Onsequenter dicamus de conseruatione cutis ⁊ musculorū ⁊ membroꝝ exteriorum totius corporis. Hec em̄ conseruātur balneationibus in aqua calida suaui aut in balneo aereo mediocri cū mūdificatione conuenienti. Corporis autem mundificatio fit cū suaui cutis fricatione ⁊ leui inunctione cū oleo oliuarum antiquo odoris suauis in tempore hyemis vel cū oleo rosaꝝ ⁊ violarum in tempore estatis. Etiā sciendū est q̄ inūctio facta in balneo cū melle despumato mirabiliter mūdificat a sordicie ⁊ extrahit q̄d est sub cute de supfluis humoribus ⁊ ꝑ poros exire facit. Hoc idem facit farina fabarū ⁊ ciceruz cū fricatione pāni asperi. Hec em̄ calorem viuificant ⁊ cutez attenuāt. Amplius scias q̄ multus motus iuncturaruz confortat corpora fleumatica. Extremitates aūt lauentur cum aqua calida in hyeme: ⁊ cū frigida in estate. Et dixerunt sapientes q̄ fricare vngues manuum ⁊ pedū cū aqua ⁊ aceto cōser- Mundificatio corporis

nant eos a confractione denigratione et etiam ne abscondantur: inūctio cum sale et oleo mixtis eos confortat et specialiter plus prodest eis aqua calida ꝙ frigida. Calciamentum strictum ledit digitos pedum: est enim causa suppositionis digitorum pedum vnius supra alium: et distortionis eorum. Item ire per lutum temporibus frigidis et nudis pedibus pre ceteris ledit cerebrum et infrigidat et debilitat oculos et est causa distillationis vrine. Et scias ꝙ ludus palme ambabus manibus simul in alto proiciendo brachijs multum confert quoniā eorum conseruat sanitatē. Amplius scias ꝙ fricatio pedū quando fit ieiuno stomacho eoꝝ grauedinem et itinerādi lassitudinem et duriciē remouet. Et similiter fomētatio pedū et crurium in aqua confractionez: siue concussionem et tremorem ex lassitudine et longa itineratione remouet omnino.

Calceamēta stricta.

Capitulum. vij. de regulis regiminis sanitatis appropriatis sexui feminco



Onsequēter dicamus de regimie sanitatis mulieribus appropriato. Sunt em̄ quattuor appropriata mulieribus: puta impregnatio: parturitio: lactatio: et per cōsequēs mamillarum conseruatio et menstruoꝝ euacuatio: de quibus breuiter dicam⁹: et primo de impregnatione. Sunt em̄ quedaz mulieres simpliciter steriles et maleficiate q̄bus hoc capitulū nō deseruit Et alie que nō sunt steriles sed nō de facili impregnātur et tamē sunt sub latitudine sanitatis. Primo ergo nos ponemus regimē talium mulierum antequā impregnentur ad hunc finez ꝙ facilius impregnentur. Secundo earūdez ponemus regimē postquā sunt impregnate vt fetus possit ad debitum finem venire. Tertio eorūdem ponemus regimē cum actu parturierint et pturierunt. Quarto ponem⁹ regimē lactātiū. Quīto ad hoc ponemus regulas quib⁹ scietur matricis cōseruatio et de mēstruoꝝ debita euacuatione et alijs. Quantum ad primū notandū ꝙ quedā mulieres nō sunt bene fecunde de peraccidēs ratione alicuius maleficij a quo bonū est precauere quantum est possibile. Et interdum ꝑpter maliciā figure aut cōpositionis matricis et colli eius. Et etiā propter malum motū commixtionis viri cum muliere. Et etiam ꝑpter vsum quarūdam rerū conceptionem impedientium. Primo ergo nos ponemus aliqua ex quib⁹ maleficia potuerint precaueri et euitari. Si em̄ serapinum in camera posueris siue hypericon omnia demonia fugabūtur. Unde hypericon dicitur a multis fuga demonis. Item lapis magnetis portatus ad idem valet et concordiam facit inter virum et mulierem. Ad idem valet adamas quem quidam false dicunt esse magnetem. Amplius cor turturis portatum fugat demonia et portantem reddit hominibus gratiosuz. Item pitus auis comesta incantatione ligatos soluit et prosperitatem tribuit. Tyriaca exhibita cum decoctione hypericon maleficium tollit. Et hypericon emplastratum renibus maleficium tollit. Amplius corallus si teneatur in

Fuga demonum.

donio soluit maleficia. Amplius squilla integra suspensa in limie hostij maleficium tollit. Et idem est de arthemesia. Ad idem etiam valent radix peonie portata. Item si vir portet secum cor coturnicis masculi et vxor cor femelle semper conuenient. Item si quis portauerit semper secu͂ yringum insidias demonum no͂ patietur. Si au͂t mulier no͂ sit bene fecu͂ ea propter maliciam complexionis naturalis vel accidentalis cum materia vel sine materia vtatur contrarijs in complexione ꝛ purgantibus materiam peccantem. Sed quia difficultas impregnationis vt plurimuꝫ fit ex mala complexione frigida ꝛ humida cuꝫ materia vel sine materia ideo ad ha͂c inclinandu͂ est: ꝛ de ea tractanduꝫ. Ista em͂ indiget calefacie͂tibus et desiccantibus matricem ꝛ euacua͂tibus humiditatem eius superfluā. Unde ierapigra est eis conueniens farmacum. Et ex eis que exhibentur sunt calide confectiones puta tyriaca ꝛ metridatum ꝛ theodoricon ꝛ dyacalamentum cum decoctione arthemesie vel abrotani vel calendula. Urina elephantis potata est mirabilis in impregnatione: ꝛ similiter limatura eboris ꝛ siseleos. Simplicia quibus ego consueui vti in hoc casu et in quibus inueni iuuame͂tuꝫ sunt hec: matricaria: arthemesia: abrotanum: calendula millefolium: camedreos: camepitheos: squilla: rubea tinctoruꝫ: spica: blactebizantie: ameos ꝛ costus. Ex his igitur potest fieri syrupus et vinum tempore vindemiarum et balneum. Et quia hoc habet locum in regimine curatiuo de huiusmodi transeo. Amplius debes scire ꝙ coagulum leporis suppositum post menstruorum mundificationem iuuat ad impregnationem. Medicine autem simplices pessariorum sunt hec: oleum de balsamo: oleum de ben: oleum de lilio: costus niger et adeps anseris: blactebizantie: muscus ꝛ spica: cyperus: anetuꝫ: ameos: ysopus: bdellium: nux cipressi et gariofili et cordumeni. Et vt sit ad vnuꝫ dicere calida stiptica sunt materia pessariorum mulierum habentium matricem frigidam et humidam. Amplius debes scire ꝙ fleubothomia saphenarum iuuat multum ad impregnandum. Primo quidem quia matricem mundificat. Secu͂do quia facit matricem ad inferius descendere: ex quo semen viri perfectius ad eam descendit et attingit. Uerum est tamen ꝙ fleubothomia est conueniens magis in causa calida ꝙ frigida: immo in causa frigida forte non competit nisi propter causas predictas. Amplius exercitium et stupha sicca et cibi subtiles et clisteria calida et exsiccatiua competunt mulieribus habentibus matricem humidam et pinguem. Similiter vinum forte ꝛ rubeum et tyriaca talibus conueniu͂t. Et inunctio matricis ex oleo de lilio est eis conuenie͂s: et similiter ex melle albo. Interdum etiam mulieribus non bene fecundis competunt dissoluentia ventositatem impedientem conceptionem. Que autem sunt illa satis est manifestum: puta diacyminum: anisum: ameos: feniculus: semen rute: agnus castus: castoreum et similia et in potionibus et in pessarijs et vnguentis. Amplius scias ꝙ testiculi ferris mirabilem habent proprietatem in faciendo mulierem fecundā. Et similiter matrix leporis et coagulu͂ eius. Ex his igit͛ cu͂ limatura eboris ꝛ siseleos fiat puluis quo mulier vtatur mane ꝛ sero cu͂ brodio ciceru͂. Uel cu͂ decoctio͂e arthemesie Matrix leporum.
Nota ꝙ prima materia recepta i͂ matrice hꝫ naturā lactis sex primis diebus: ad hu͂c calore͂ lactis opat͛ calor naturalis in spmate leporis remissus calor matricis ita ꝙ ista materia dealbat͛ sicut lac. Interdum au͂t ꝛ raro

frigida competunt vt mulier efficiatur fecunda in electuarijs syrupis et balneis: et quia illa satis nota sunt etiã ingrediuntur regimẽ curatiuũ transeo. Regimen autem mulieris nõ bene fecũde propter maliciam figure seu compositionis matricis et colli ipsius nõ vniuersaliter haberi põt. Solũ enim malicia situs recipit curã: puta quando est matrix nimis alta: nam per fleubothomiam saphenarum et per ventosas crurium descẽdit et conceptio fit facilior. Debẽt aũt vir et mulier cõmisceri adinuicẽ hora modo et figura cõuenientibus ad hoc vt sequatur fecũdatio. Hora aũt naturalis et conueniẽs est postquam facta est administratio illorũ que menstrua mundificant: et est perfecte mulier mundata ab eis. Et quãdo mulier nõ est famelica nec crapulata nec ebria: et quãdo nõ est calefacta nec infrigidata in excessu: et prima digestio est completa et tempus aduenerit suscipiendi alium cibũ. Et eligatur hora qua mulier coitum appetit nõ propter aspectum vel confricationem sed naturaliter. Debent aũt vir et mulier tanto tempore prolongare coitum quod sperma sit digestũ. Nec debẽt tantũ differre quod ambo spermata corrũpantur. Si enĩ accidat illud vtantur coitu secũdum modum qui nõ est ad impregnandũ. Deinde dimittant ipm rãdiu quod sciatur quod sperma bonum iam aggregatũ sit. Amplius prolonget vir ludum cũ muliere cuius cõplexio est bona cum mãmillarum tactu suaui et verbis amicabilibus et tactu pectinis eius et obuiet ei nõ permiscendo se ei permixtione vera. Cũque mulier desiderat et affectat permisceatur ei fricando de ea quod est inter anum eius desuper et vuluam. Ille enĩ est locus delectationis eius. Consideret ergo horã in qua fit ipsius mulieris fortis adherentia et eius oculi incipiũt mutari in rubedinẽ: et eius anhelitus eleuari: et verba eius balbutire: et tũc mittat illuc sperma oppositũ ori matricis dilatãdo locũ eius illic parũper scilicet tanta dilatatione ne ingrediatur aer exterior et nõ est bonum vt vir expleat suũ desiderium ante mulierem immo simul parũ vel mulier ante. Et in seminum emissione vir adhereat mulieri fortissime secundum figurã quod mulieris crura sint eleuata parumper.

Nec vir statim descẽdat sed adhereat donec videat anhelitum mulieris quietatum et quod nodi oris matricis quiescũt muliere iacente parum eleuatis coxis et euerso dorso. Et tunc descendat et mulier remaneat horula vna supina constrictis pedibus et retento anhelitu. Et si dormierit post illud erit melius ad conceptionẽ et si contingat ipam conuerti fit ad dextrũ latus. Amplius scias quod suffumigatio cũ aromatibus calidis stipticis est de his que preparãt matricẽ ad concipiendum. Et nõ debent talia aromatica calida boni odoris ante conceptionẽ odorari desuper per nares: quia impedirẽt impregnationẽ cum essent causa motus matricis ad superiora: sed post impregnationẽ competit odor eorum desuper per nares et nõ per inferius: quia ex hoc impeditur aborsus. Nam matrix et fetus mouentur ad partem superiorẽ aromaticis applicatis naribus. Amplius dico quod mulier desiderans impregnari et esse fecũda cauere debet a sterilizantibus et conceptionem impediẽtibus. Mulier enim volens cõcipere nõ comedat os de corde cerui nec secum portet matricem caprinam nec lapidem vocatum gagates: impediunt enim conceptionem. Item caueat a comestione granorum edere nigre. Amplius nõ portet secum os de corde cerui: nec smaragdum: nec zaphirum. Hec enim impediunt actum coeundi. Amplius nõ portet secum radicem pimpenelle nec bibat coagulum leporis

Hora impregnationis

Suffumigatio

post partum nec teneat scolopendriam suspensam supra lectum. Item apis comesta reddit mulierem sterilem sed partum facilitat. Amplius non portet secum auriculam mule vel corium nec comedat limaturaz ferri: nec succum mente nec matricem mule: reddunt enim mulierem sterilem. Et vniuersaliter vitanda sunt omnia actuz coitus impedientia que superius dicta sunt a muliere volente concipere. Nos autem hic volum' addere quedam que multum valent ad concipiendum. Lolium enim et thus suffumigata disponunt mulierem ad concipiendum: et similiter nepita. Item theodoricon anacardinum perspessarium immissum cum modico scamonnee sine dubio concipere facit si post immediate mulier coierit cum viro potenti. Amplius ad idem valet melissa suffumigata et vulua leporis assata et comesta. Et spuma quam habet lepus circa os quando rodit herbam si bibatur a viro vel muliere. Quidaz dicunt φ suppositorium vel pessarium vel sacculus de nigella matricem mundificat ⁊ ad concipiendum disponit sed teneatur parum: quia nigella est aliquantulum violenta. Amplius aqua cicute exhibita mulieri infecunde mane: eadem die ad vsum concipiendi eam conuertit. Item fiat vnguentum ex cerebro gruis et axungia anseris vel leonis et ex eo inungatur virga virilis cum vir debet coire cum muliere et concipiet. Item lapis qui inuenitur in cerebro aquile portatus ad idem valet et similiter lapis inuentus in vulua cerue. Item post menstrua lauet mulier pudenda cum vino puro rubeo et post suffumigetur cum vino decoctionis nepite et supponat sibi basiliconem et mentam maiorem et concipiet si deus voluerit Item fomentatio ex decoctione roris marini multum disponit ad conceptionem. Item alleum humidum tritum decoctum cum oleo rosaruz quousq̧ eius aquositas consumatur: suppositum est mirabile ad impregnandum. Amplius fenugrecum tritum cum adipe anseris suppposituz multum iuuat. Amplius muscus cum oleo rosarum dissolutus suppositus multum confortat matricem ad concipiendum. Item inunganf vtriusq̧ sexus membra cum succo satirionis et superaspergatur puluis vulue leporis: facit enim vt sterilis concipiat. Et sic patet regimen mulieris ante impregnationem. Lolium.

De regimine pregnantis



Nunc restat ponere regimen mulieris pregnantis. Sunt enim quedam appropriata mulieri p̄gnanti que hic breuiter sunt apponenda. Debz em̄ mulier pregnans omnia euitare que aborsum possūt inducere et specialiter in principio impregnationis: tunc enim fetus in matrice est sicut flos in arbore q̄ ex leui causa cadit ab arbore. Et similiter in fine impregnationis ante tēpus partus puta in septimo vl' octauo mense. Tunc enim fetus est in matrice sicut fructus quasi maturus in arbore qui ab arbore ex leui motu descendit ⁊ sic fetus tempore illo ex causa leui efficitur abortiuus. Oportet igitur φ mulier pregnās euitet motum superfluum: saltum: percussionem: casum: ⁊ coitum proprie: et repletionem cibi; et iram: et tristiciam: et timorez proprie. Amplius Vitare debent.

euitare debet balneum: nisi apud propinquitatem partus. Et etiam omnia inducentia tussim: nam tussis fortis est causa aborsus. Et similiter intelligatur de sternutatione immoderata. Bonum est igitur vt solicite tur ne eius caput fiat reumaticum. Amplius euitare medicinas laxatiuas et per partes inferiores et superiores. Et ꝛ si necessitas cogat ad earum vsum fiat hoc cū cautela et sint medicine leues ꝛ benedicte. Amplius procuret habere ventris lenitionem cum cibis lenientibus cuiusmodi sunt brodia pinguia: et pureta de boraginibus et bletis cum folijs violarum: et oua sorbilia et cassiafistula cum aliquantulo spice et aqua quorūdam fructuū laxatiuorū. Nam lenitio ventris est pregnantibus multum vtilis. Amplius euitare debet balneum. Balneum enim facit abortire dupliciter. Primo quidem lubricando. Secundo faciendo fetum moueri ad aerem frigidum. Amplius euitare debet fleubotomiam ꝛ specialiter de saphenis nisi in casu magne necessitatis et hoc ingreditur curam egritudinis. Et scias ꝙ quanto fetus maior est tanto fleubothomia est deterior. Amplius euitare debet diuretica mēstrua prouocantia ꝛ partum facilitantia. Amplius euitare debet: sitim famem: repletionem nauseatiuam: frigus superfluum et calorem immoderatum et ventum australem: et similiter borealem post australem. Amplius bonum est ꝙ pregnans vtatur quibusdam electuarijs confortantibus embrionē quorum vnum est diamargariton. Amplius oportet ꝙ vehemens studiū sit in stomachis ipsarum pregnantiū quare oportet vt confortentur stomachi earum cum confectionibus ex zuccaro rosarum cum xiloaloe et mastice: et electuarijs factis cum zuccaro plurime et speciebus aromaticis in quibus non est multa caliditas: et emplastris stipticis calefacientibus et aromaticis. Amplius debet pregnans euitare vehementer pinguia et vehementer dulcia et potum aque: et sit contenta potu vini odoriferi: puri: subtilis: pauci. Interdum autem oportet mundificare stomachum pregnantis cum appetitus eius est valde corruptus. Ex quo ad hoc decoctio anisi et polipodij clarificata cum zuccaro rosarum est conueniens mundificatium. Nam humorem euacuat et appetitum rectificat ꝛ excitat. Abstineat pregnans a caseo sicco et acuto: et si forsan appetat assetur humidus super carbones. Amplius exercitium temperatum est ei conueniens. Cibaria eius debent esse facilis digestionis: boni nutrimenti et multi: indigent propter se et propter fetum. Amplius post cibum competit pregnantibus comedere citonia assata et proprie frixa: et similiter frustra ligni aloes indi et assiduetur comestio et fricatio manuum et pedum earum. Et similiter poma granata post cibum eis competunt. Et similiter coriandrum conditum. Et scias ꝙ mina citoniorum et bolus armenus est de his que sedant nauseam earum. Amplius scias ꝙ puluis cimini torrefacti in aceto infusi et origani scd̄m partes equales et castorei partis vnius tertia interdum competit eis ꝛ specialiter propter consumptionem ventositatum. Et scias ꝙ quando mulier pregnans indiget mundificatiuis propter immundiciam matricis et partium adiacentium melius est ꝙ mundificatio illa fiat a quarto mense vsq; ad septimū Et ꝙ fiat per supposita a parte inferiori ꝙ̄ per administrata per partes superiores.

Ista ꝯfortant.

Contra nauseam

De regimine appropinquantium partui.



Uliere autem appropinquante partui cōpetit exercitium et balneum et coitus et menstrua prouocantia et cetera partum facilitantia que scripta a sapientibus quasi sunt infinita. Sunt autē quedam partuȝ facilitantia a proprietate que est in eis sicut magnes detentus in manu sinistra. Et suffumigatio cum vngula asini vel equi vel cum oleo piscis saliti: et similiter corallus suspensusin coxa dextra. Et scias ꝙ mulieres menstruose huius temporis vtuntur pliris cū musco in facilitando partum. Amplius suffumigatio mirre multum competit: et suffumigatio cum galbano et castoreo commixtis cum mirra et felle vaccino. Amplius ad idem valet sulfur citrinum et spolium serpentis et fimus columbinus. Hec enim suffumigata partum facilitant et similiter asa fetida et castoreum in potu sumpta facilitant partum. Amplius sumere in potu cinamomum est bonum valde. Et similiter decoctio foliorum altee cum aqua et melle si sumatur in potu ad idem valet. Simplicia autem partum facilitantia sunt hec: cinamomum: cassiālignea: cortex cassiefistule: mirra: aristologia rotunda: custos: sauina: armoniacus: thus: rubea tinctorum: asa fetida: storax et castoreum. Ex his autem possunt fieri suffumigationes:, pillule: electuaria et similia. Amplius bonum vinum et odoriferum competit mulieribus partui appropinquantibus et subtilis dieta. Amplius scias ꝙ lana submersa in succo rute ⁊ supposita partum facilitat. Etiam scias ꝙ ciclamen aristologia: stasiphragia et cucumer asininus supposita partum facilitāt. Et similiter fel thaurinum. Amplius arthemesia cocta cum aqua calida: emplastretur super vmbilicum et crura et statim fetum educit. Etiam menta bibita cum aqua mellis partum facilitat. Etiam pimpinella trita et supposita statim fetum educit. Amplius caueatur ꝙ pira non sint in domo mulieris parturientis. Ad idem valet suffumigatio facta de cornibus et vnguibus caprarum. Amplius vngula muli portata sub camisia partum facilitat. Multa alia sunt partum facilitantia que ad presens obmittuntur propter breuitatem: et quia habent locum in regimine curatiuo.

De simplicibus.

Pira nocent.

De regimine enixe.



Unc restat ponere regimen mulieris enixe vsqȝ ad triginta vel ad quadraginta dies. Sciendū igitur ꝙ post partum immediate competunt cibi subtiles boni nutrimenti et multi ⁊ velocis digestionis sicut aqua carnium laudabilium: et oua sorbilia ⁊ vinum subtile et odoriferum: non nimis forte: non turbidum. Uitare debet autem mulier enixa omnia genera fructuum et olerum et frigidorum leguminum et acruminum. Et summopere caueat a frigiditate continentis: et specialiter vsqȝ ad tres dies. Jaceat igitur continue in lecto cooperta: cruribus tamē parū coopertis et eleuatis; comedat sepe et parū in vice. Nō balnee

vsqꝫ ad quattuoꝛ vel quinqꝫ dies. Trāsactis aūt quattuoꝛ aut q̄nqꝫ dieb⁹
balneetur bis vel ter in septimana. Et quanto magis appꝛopinquat ad
triginta vel quadraginta dies tanto potest vti grossioꝛi dieta et in sani-
tate consueta. Interdum autē fluit sanguinis multitudo imediate post
partum ex quo contingit mulierem periclitari. Huic autem accidenti ob
uiandū est cū ligatione bꝛachioꝝ doloꝛosa et cū appositione vētosaꝝ ma-
gnaꝝ ad mamillas sine scarificatione ⁊ cū appositione pānoꝝ infusoꝝ in
aceto supꝛa ventrē collirioꝝ stipticoꝝ puta rosaꝝ balaustiaꝝ ⁊ harabe ⁊
similiū. Et de illis quib⁹ inest ꝓprietas in hoc scd̄m ꝙ d̄r est suspēsio ster
coris poꝛcini in lana et suspendatur in coxa eius. Amplius enixe con-
tingere consueuit mamillarum doloꝛ et apostemata pꝛopter magnam la
ctis exuberentiam. Hoꝛum autem cura est lactatio per mulierem vilem.
Tale enim lac inconueniens est lactationi infantis. Et ad idem valet epi
thimatio mamillarum cum aqua decoctionis fabarum et oꝛobi et coꝛiā-
dri. Et quia hoc ingreditur regimen curatiuum transeo. Amplius scias
Minoratio lactis ꝙ linire mamillam cum cancro marino vel fluuiali contrito habet pꝛo-
pꝛietatem in lactis minoꝛatione. Amplius scias ꝙ epithimatio mamil-
larum cum aqua decoctionis rute est de his que lac minoꝛant. Interdū
etiam post partum non mundificatur mulier: sed retinetur sanguis coꝛ-
ruptus qui deberet euacuari et ex hoc possunt egritudines generari val-
de male: puta febꝛes et postemata et doloꝛ matricis: et sternutatio est ta-
li mulieri iuuatiua. Et vniuersaliter omnia humida quoniam naturali-
ter in substantiam aliti mutari non possunt nisi sit virtute excessus calo
ris naturalis qui vix in muliere reperitur et maxime in muliere enixa q̄
ex emissione sanguinis in partu dealbata est quod est signum frigidita-
tis maxime albedo namqꝫ scd̄m aristotelem est mater frigiditatis. Quā-
to enim mulier albioꝛ tanto scd̄m eum. Et similiter secundum auerroys
plus de frigiditate habere dicitur. Amplius suffumigatio cum capiti-
bus allecum salitoꝛum aut cum vngula equi aut asini valet ad idem. Et
ad vltimum fiat fleubothomia saphene: valet enim ad menstrua pꝛouo-
canda et pꝛohibet apostematis aduentum et repletionis nocumentum
Et fleubothomia vene curuature poplitis est foꝛtioꝛ in hoc. Et si contin-
De febre. gat enixam hoc tempoꝛe febꝛicitare aqua oꝛdei confert ei: et si non reti-
net menstrua et granata dulcia: quia febꝛes enixarum vt plurimum sunt
ex menstruoꝛum retentione cum sit curatio cum fleubothomia saphene
fit iuuamentum cum ea. Amplius scias ꝙ talibus mulieribus inter-
dum inflantur ventres earum et tunc eis competit in potu dyamarte et
reliqua dissoluentia ventositates. Amplius eis competunt oꝛiganum se
rapinum et mastix cum equalitate. Amplius interdum talibus mulie
ribus contingit doloꝛ matricis. Et cura eius est sedere in aqua calida de-
coctionis aneti et camomille et inungere locum matricis cum oleo vio-
lato dulci tepido. Et si foꝛsan in loco matricis contingant vlcera curen-
tur cum vnguento albo rasis ⁊ similibus vnguentis conuenientibus vl-
ceribus supꝛa membꝛa neruosa. Hec sufficiant de regimine enixe.

De regimine lactantis.



Nunc restat dicere aliqua breuia de lactantis regimine sed ante dicemus lactantis conditiones quarum prima sumitur ex parte etatis. Debet enim eius etas esse sanitatis et complementi et est etas iuuentutis a vicesimoquinto ãno vsqꝫ ad tricesimum quintum. Hoc enim tempore lac debet esse perfetius sicut et totius corporis mẽbra a quibus lac habet exordium. Secunda conditio sumitur ex parte habitudinis et figure: debet enim esse boni corporis et collum habere forte et pectus magnum et amplum: et debet esse bonorum musculorum et dure carnis; et magnarum venarum et medie habitudinis inter maciem et pinguedinem. Tertia conditio sumitur ex parte mamillarum. Oportet enim eius mamillas esse magnas decẽter et solidas nec debent esse extranee magnitudinis nec laxe et molles: sed debent esse medie inter molliciem et duriciem. Et extremitates papillarum mamillarum non debent esse nimis parue ne infans in earum compressione laboret. Quarta conditio sumitur ex parte morum ipsius. Debet enim esse bonorum morum et laudabilium que tarde patiatur ab anime accidentibus puta: ira: tristicia: timore et similibus. Omnia enim corrumpũt lactis complexionem. Unde prohibendum est ne stolida lactet: malicia enim morum ipsius ad hoc perducit eam vt infantis paruam habeat solicitudinem et ei parum blandiatur. Amplius non debet esse luxuriosa et ebriosa nec crapulata. Hec enim lactis corrumpunt cõplexionem. Quinta conditio sumitur a substantia qualitate et quantitate lactis. Debet enim esse substantie mediocris: non nimis fluidũ: nec nimis grossum et caseatum: nec diuersarum partium nec spumosum. Eius quidẽ substantia experitur: mulgendo ex eo guttam super vnguem. Nam si fluat est subtile: et si non est grossum et spissum. Et scias ꝙ lac temperate substantie habet partes caseatas et aqueas equales. Experieris igitur cum in ampula ponitur: et paruz mirrhe super ipsum proijcitur et digito permiscetur. Per hoc enim scitur aquositatis ipsius et caseitatis quantitas que debent esse equales in lacte. Amplius quantitas lactis debet esse sufficiens ad infantis nutritionem. Amplius color lactis debet attinere albedini et sapor dulcedini. Non enim in lacte debet esse amaritudo: salsedo: nec acredo: nec color viridis. Amplius nutrix non debet esse somnifera: nec grauis somni. Nam propter hoc multe nutrices dimiserunt infantes fame deficere: et eosdem lactando suffocauerunt obdormientes super eos. Amplius multũ considerandum est ꝙ lac nutricis non sit antiquum nec nimis partui propinquuz. Sit igitur duorum mensium: vel mensis cũ dimidio ab hora partus. Et sit partus naturalis et masculus et sit mulier que abortire non consueuit. Amplius considerandum ꝙ nutrix sit complexionis porportionalis infanti quam debet nutrire: et specialiter sit infra latitudinem temperate complexionis vel prope. Qd si infans forte colericus sit non est maluz ꝙ nutrix sit fleumatica vel ꝙ eius regimen sit declinans ad fleumaticum. Scimus enim ex supradictis ꝙ regimen melius complexionum lapsarum debet esse per contraria et non per similia. Et si forsan lac nutricis fuerit grossum et mali odoris: melius est vt non detur nisi postꝙ mulctuz fuerit et in aere moram fecerit. Et si fuerit vehementis caloris non detur aliquo modo ieiuno. Amplius si lac fuerit grossum; con

Conditiones lactãtis.

De moribus.

ueniens est vti subtiliantibus: puta oximelle diuretico cum decoctione o/
rigani montani: ysopi: epithimi ⁊ similium. Amplius in cibis eius vtatur
croco: ⁊ vtatur exercitio moderato. Et si forsan mulier fuerit calide com/
plexionis: dabimus ei in potu oximel simplex cum vino subtili simul siue
separatim. Et si forsan lac nutricis fuerit subtilius ꝙ oportet: desinat ab
exercitio: ⁊ cibis vtatur ingrossantibus sanguinem ⁊ precipiatur ei vt diu
dormiat ⁊ vtatur vino dulci grosso ⁊ robusto: nisi fuerit quod prohibeat.
Interdum contingit quod in mamillis nutricis est nimia lactis exuberā
tia: ex qua contigit lac in mamillis corrumpi. Huic autem accidēti reme
diatur ex vsu eorum que pauci sunt nutrimēti ⁊ ieiunio: exercitio: balneo
⁊ vigilia: ⁊ similibus: ⁊ emplastro mamillis ⁊ pectori apposito ex cimino ⁊
aceto: aut lentibus coctis in aceto: aut fabis aut luto abluto cum aceto:
⁊ per potū rei salse ⁊ comestione mente. Et ad idem valet mucillago psillij
epithimata cum aceto. Amplius scias ꝙ ruta ⁊ ozimum gariofilatum e/
pithimata: ⁊ interius sumpta lac minorant. Et similiter ex armoniaco et
aceto: vel ex armoniaco ⁊ vino. Et ad idem etiam valet epithima ex radice
caulium. Amplius fiat linimentum ex mucillagine fenu greci: lacca: ⁊ li/
targiro ⁊ oleo rosato. Amplius scias ꝙ cancer marinus ⁊ fluuialis contri
tus ⁊ epithimatus habet proprietatem in isto: ⁊ forte interius sumptus.
Et similiter si timeamus caseationē lactis in mamillis: liniantur cū oleo
de menta ⁊ de viola sarracenica: ⁊ hoc cum mamillarum complexio decli
nat ad frigidum. Et si ad calidum: quod satis potest tactu discerni: epithi/
mentur mamille cuꝫ mucillaginibus frigidis: ⁊ oleis frigidis: ⁊ succis fri/
gidis notis. Et scias ꝙ acetum vini cum oleo rosariꝫ: conquassatuꝫ ⁊ cale
factum linitum super mamillas est de resoluentibus caseationem calidā
Et ex prohibentibus caseationem frigidam est epithimatio cum aqua de/
coctionis feniculi ⁊ balsamite ⁊ aneti: ⁊ fenugreci ⁊ similium. Et similiter
epithima ex oleo de lilio ⁊ nasturcio camomilla ⁊ costo: valet ad idem. Et
quia hoc ingreditur regimen curatiuum transeo. Interdum autem nu
trix non habet lac sufficientis quantitatis pro nutrimēto infātis: cuius
causa potest esse penuria nutrimēti: vel malicia complexionis in toto cor
pore: vel mamillaꝝ caliditas vel frigiditas: vł debilitas attractiue mamil
laꝝ. Qđ si penuria nutrimenti sit causa nutriatur iure facto ex ordeo: ⁊ fru
mēto: ⁊ leguminibꝰ. In iuribꝰ quoqꝫ ipsius ⁊ cibis ponēde sunt radices fe
niculi ⁊ semē eiꝰ anetū ⁊ nigella. Quidā aūt dixerūt ꝙ comedere vbera oiū
⁊ capraꝝ cū lacte qđ ꝯtinēt valde ē iuuatiuū ꝑpter hoc qđ in eis existit de
similitudie aut ꝑpter ꝓpietatē q̄ in eis est. Amplꝰ scias ꝙ drag. i. vermiū
terrenorum siccorum in aqua ordei continue sumpta multis diebus valet
ad lactis multiplicationem. Et similiter elixatura capitum piscium salsa
torum valet ad ideꝫ sepe potata: ⁊ fiat elixatura in aqua aneti. Hic impro
bat opinionem auicene ⁊ notat rationem commentatoris probando ꝙ ge
neratum ex semine ⁊ sine semine differunt specie sic ꝙ agens est diuersum
⁊ recipiens diuersum ⁊ sic receptum erit diuersum. Sed diceres stante ea
dem causa materie effectus erit idem numero verum est stante eadeꝫ mē
sura ⁊ materia eque disposita. Sed sic non est quia tempus raptim tran/
sit ⁊ non reuertitur idem numero. Amplius ad idem valet butirum ⁊ si
samum: ⁊ valet decoctio raphani in vino. Amplius mamille liniantur ex
stercore sturdorum cum lacte asine ⁊ oleo more emplastri: ⁊ lac prouoca/

bitur. Etiam fricare mamillas blandis manibus lac multiplicat. Et si in mamillis videatur abundare calor: nutriatur ordeo et spinachijs: et similibus declinātibus ad frigiditatē. et si eis videatur dominari frigus sit eius nutriens subtile ad caliditatem declinans. Et ad hoc conferunt semē baucīarum: et ipsemet baucie. Etiam scias quod approximatio ventosarum sub mamillis absque sacrificatione multa compressione augmentat mamillarum caliditatem: et attrahit materiam lactis ad mamillas. Quod si forsan velimus rectificare odorem lactis ex eo quod sit odoris mali dabimus in potu vinum boni odoris et similiter nutriemus cum cibis boni saporis et delectabilis odoris. Euitare debet nutrix ea que sanguinem permiscent menstruum: et lactis odorem corrumpunt: et ipsius minuunt quantitatem. Debet igitur euitare coitum quantum potest: et ebrietatem: et satietatem nauseatiuam: et exercitium et balneum immoderatum: et similiter iram: tristiciam vigiliam et genera acruminum. Et vniuersaliter omnia que sanguinem cōturbant et consumunt: et malum humorem generant. Quomodo autem mamillarum magnitudo valeat impediri: et earum magnitudo debita procurari. sufficienter haberi potest ex supradictis capitulis; de regulis regiminis sanitatis ex parte habitudinis. De ventosis.

De conseruatione matricis.

De matricis autem conseruatione et debita mēstruorum prouocatiōe: quia satis patet ex dictis superius in isto capitulo: propterea volo breuius pertransire. Sciendum igitur quod menstrua temperata in qualitate et quantitate et in tempore suo currentia secundum consuetudinem naturalem in omni spacio: sunt cause sanitatis mulierum: et mundificationis corporis earum ab omni nocumento in quantitate et qualitate: et faciūt ipsas acquirere castitatem et paucitatem desiderij. Et mensura equalis menstruorum est vt menstruetur mulier in omni mense vsque ad triginta dies. Et est diligēter notandum quod menstrua naturaliter fluunt in qualibet lunatione semel: et si fluunt plus vel minus: non est ex toto secundum naturam. In quibusdam autem fluunt in prima quadra: puta in puellis: et in quibusdam in secunda: puta in iuuenibus: et in quibusdam in tertia: puta puectioribus et in quibusdam in quarta: puta senioribus. Et incipiūt mēstrua fluere in mulieribus communiter post decimumquartum annum: quibusdam citius: quibusdam tardius: secundum diuersitatem complexionum et habitudinum et similiter regionum et similium. Et communiter durāt vsque ad quinquagesimum annum. Et in quibusdam non durat vltra tricesimum quintum: et in quibusdam solum vsque ad quadragesimumquintum annū. Quedam enim mulieres sunt ita male complexionate quod nō possunt vsque ad quinquagesimum annum peruenire: et in talibus menstrua citius naturaliter deficere cōsueuerunt: Quādo autē menstrua alterātur a dispositiōe propria naturali sūt cā debilitatis mulierum et alteratiōis forme: et paucitatis cōceptiōis aborsus et debilitas fetus. Multū igitur sollicitari debet me

Mēstruorum prouocatio

dicus ꝙ mẽstrua nõ alterẽtur a dispositione propria naturali. Que autem sit dispositio menstruorum naturalis ꝛ propria: scitur ex colore ꝛ substantia eorum. Et diuersificantur secundum diuersitatem complexionis: habitudinis regionis etatis ꝛ regiminis. Et hoc potest experientia disci: puta videndo colorẽ ꝛ substantiam menstruorum diuersarum mulierum: in complexione: etate: habitudine: ꝛ sic de alijs. Sed quia hoc nõ pertinet ad presens opus: transeo. Sufficit autem ad presens scire ꝙ si menstrua alterentur a dispositione propria naturali: siue talis alteratio sit ex mala dispositione totius vel matricis sunt causa nocumentorum supradictorum. Studendũ igitur est ꝙ sint in propria naturali dispositione conseruando vel reducẽdo si nõ fuerit. Qđ quõ fieri potest: sufficienter haberi potest ex supradictis capitulis sumptis ex diuersitate complexionis: etatis ꝛ habitudinis: ꝛ ex his que superius in hoc capitulo dicta sunt de his que matricẽ confortant. In hoc igitur terminetur regimen sanitatis appropriatum sexui femineo: ꝛ per consequens secunda pars huius tractatus.

Alteratio menstruorum.

Tertia pars. Capitulum primũ de regulis sumptis ex parte elementorum nostro corpori occurrentium ab extra.



Non debet esse terra cuius habitatio eligit lutosa nec scenosa nec fetẽs: nec limosa: nec sup quã ṽtus metalli sit superãs: nec sulphurea: nec aluminosa nec iqua sint vel fuerit mortuorũ cadauera: nec malis herbis aut arborib⁹ fecũdata sed bonis: puta vineis salicib⁹ arbore pini ꝛ similib⁹ amicabilibus nostris corporibus. Sunt enim quedam plante que multum inimicantur nobis: sicut experientia docet de arbore nucum ꝛ de alijs multis arboribus: vt persico ꝛ populo arbore sambuco ꝛ ficũ. Terre igitur fecundate his arboribus non sunt bone habitationis. Et similiter intelligatur de herbis: Sunt enim quedam venenose herbe quibus terra fecundata non est conueniens habitationi vt est elleborus: esula solatrum mortale ꝛ similia. Et per oppositum fecundata bonis herbis ꝛ odoriferis est conueniens habitationi nostre. Amplius nõ debet esse terra cauernosa inter montes inclusa: nec nimis montosa. Et terra melioris habitationis debet esse discooperta ꝛ ab oriente ꝛ a septentrione. Nã illi duo venti sunt magis purificantes aerem illius habitationis. Unde ꝛ in mansionibus bonum est fenestras esse septentrionales ꝛ orientales: non meridionales nec occidentales. Et hoc verum est regulariter: sed interdum contingit per accidens ventum septentrionalem esse deteriorem meridionali. Possibile enim est ꝙ ventus transeat per aliquam partem septentrionis nimibus occupatam vel adustam: vel minerosam: vel lutosam: vel corruptam aliquo modorum corruptionis supradictorum: et sic ventus septentrionalis erit impurior ꝛ minus eligibilis. Et similiter intelligitur de parte orientis. Bonum est igitur interdum per accidẽs fenestras habitabilis terre seu spiracula esse a parte meridiei vel occidẽtis q̃uis regulariter contrarium sit eligibile. Uicinitas quoq aquarum onu

Herbe venenose

cium currentium multarum ⁊ mundarum: que in hyeme cito infrigidantur: ⁊ in estate cito calefiunt. Et similiter pratorum viridiū nō vmbratorꝫ multis arboribus: est res conueniens habitationi ⁊ adiutorium prebens. Propinquitas aūt marium facit terram habitabilē esse multe humiditatis: vnde talis terra est multū reumatica. Sed in partibus septētionalibus talis propinquitas est habitationi conuenientior. Nam ex hoc terra fit temperata in actiuis qualitatibus. Nisi em̄ esset maris propinquitas nimis declinaret ad frigus propter solis distantiā a capitibus eorꝫ nec esset magnus lapsus in humido: eo ꝙ illa terra declinat ad siccum plus alijs terris habitabilibus. Unde ex marium propinquitate non est tantus excessus in humido: sicut in partibus meridiei. Unde maris propinq̄tas in partibus meridiei est minus habitationi conueniens. Naꝫ ex hoc terra calidior efficitur ⁊ humidior ꝙ oportet: ⁊ disponens corpora ad egritudines putridas. Similiter propinquitas maris ex parte orientis terrā habitabilē humidiorem facit ꝙ ex parte occidentis: ⁊ ideo magis est vituperabilis in sanitatis regimine ꝙ in partibus occidētis. In partib⁹ em̄ occidentis est tanta humiditas in aere cōtinente ex maris vicinitate: sicut bene scitur ex principijs naturalis philosophie. Et similiter in partibus orientalibus ⁊ occidentalibus eorū qui nō sunt nimis septētrionales: vituperabilis est mariū propīquitas. Et propinquitas ad aquas dulces claras currentes: que in estate cito calefiunt; ⁊ in hyeme cito infrigidantur est eligibilior.

De aqua.



T non soluꝫ cadit electio in terra habitabili: sed in aqua potabili: qua pluribus modis vtimur in regimine sanitatis: puta bibendo: balneando: et in eadem cibaria decoquēdo. Debem⁹ igitur primo considerare ꝙ aque origo sit in terra laudabili: non fetida nec minerali. Amplius considerandū est ꝙ non sint aque stātes: cuiusmodi sunt lacunales: puteales: stagnales: sed fontales ⁊ currentes per terrā arenosaꝫ: vel lutosam luto libero: nō fetido: nō corrupto. Et sint currētes ad orientem vel septētrionē: ⁊ proprie ad oriens estiuuꝫ. Aque autem currētes ad meridiem ⁊ occidentē male sunt. Etiam aque eligibiliores sunt: cū multum distant a principio originis. Et debent esse soli ⁊ ventis discooperte. Et debent esse sapore quasi dulces: ex quibus vinū parum tolerat que cito calefiunt ⁊ infrigidātur: leues: clare: ⁊ subtiles: in quibus post morā parū vel nihil residet. Notandum etiā ꝙ pondus est ex iuuantib⁹ experimentis ad cognoscendum aque bonitatē. Aqua em̄ que est leuior: vt in pluribus est melior. Et scitur vt si in aquis duo panni eiusdē pōderis madefacti ⁊ post siccati fuerint: ⁊ deinde ponderetur: q͛ aqua cuius pannus leuior erit melior. Quod si forsan nō possum⁹ inuenire aquas leues: subtiles: ⁊ claras: sed sint turbide ⁊ grosse: decoctio ⁊ sublimatio eas subtiliat ⁊ rectificat. Nam grossities aque propter frigus inspissans: vel propter admixtionem partium terrestriuꝫ sub aqua propter earuꝫ subtilitatem ⁊ aque spissitudinem descendere non valentiuꝫ ex decoctione corrigitur: ex eo ꝙ per decoctionem ⁊ sublimationē aqua subtiliatur: ⁊ rarefit per frigoris ammissionem; et partes terre que primitus ab aqua descendere non poterant

Experimētum aque

propter aque spissitudinem et earum paruitatem propter quaz erant im potentes sine potentia eorum non erat tantum extensa aquam scindere seu superare propter eius nimiã spissitudinem seu grossitiem ⁊ earũ par uitatem que ab eis aufferri nõ poterat cuz virtus talium illam excedere non possit: in aliquo gradu potẽtie ⁊ ad fundum descendere: per aque decoctionem ad descensum habilitãtur ex eo ꝙ aqua fit rarior ⁊ ad scindendum aptior. In aqua igitur pura nõ habet locũ decoctio seu sublimatio siquidem sit pura in substãtia per priuationẽ admixtionis partiũ terrestrium: ⁊ in qualitate per priuationẽ frigoris inspissantis. Sunt aũt stolidi medicorum qui dicũt aquam per decoctionem ingrossari: ex eo ꝙ subtile resoluit ⁊ euaporat: ⁊ residuũ ingrossatur. Unde apparet ꝙ aque pluuiales subtiliores sunt: nõ pluuialibus. Et sic qḋ remanet post decoctionem erit grossius. Nos igitur dicim⁹ ꝙ vel ipsi supponũt aque puritatem in substantia ⁊ qualitate: ⁊ sic oportet ꝙ homogeneũ sit illud quod resoluitur ei quod remanet: cũ tota aqua fuerit homogenea ante decoctionez. Qḋ aũt vna pars euaporet ⁊ alia remaneat: cõtingit ex hoc quod vna ps aque est ab igne vl' sole magis passa quã alia. Et causa quare vna pars magis passa est ab igne vel sole est propinquitas ad agens. Et sic patet ꝙ eorum argumentatio nõ habet locum in aqua pura ⁊ homogenea. Unde puto ꝙ aqua pluuialis si eleuaretur ab aqua pura ⁊ homogenea: nõ esset subtilior ꝙ̃ aqua a qua eleuatur quantũ est de per se. Unde bene verũ est quãdo dicitur ꝙ tempore euaporationis est subtilior seu acutior eo ꝙ subtiliata est a calido: sed postꝙ̃ infrigidata ⁊ inspissata est: est eque subtilis et forte minus subtilis: eo ꝙ magis patitur a frigido propter subtilitatẽ accidẽtalem quã acquisiuit a calido eleuãte. Sed nota ꝙ aque pluuiales regulariter sunt subtiliores ex eo ꝙ nõ eleuanť ab aquis puris: sed ꝑpter earum subtilitatẽ sunt putrefactibiles magis. Unde si dubitam⁹ de earũ putrefactione: laudo ꝙ decoquam⁹ eas. Naz decoctio obuiat putrefactioni. Si aũt ipi arguant de aqua nõ pura siue maculata in substãtia per admixtionem partiũ terrestrium: sic ꝙ nõ valet eoꝝ argumentatio: eo ꝙ partes terrestres post decoctionẽ nõ remanent cũ aqua: sed descendunť. Et si remanerent vtiqꝫ esset substantia eius grossior quã ante: ex eo ꝙ minus esset de aqua ꝙ̃ ante: ⁊ partes terrestres nõ essent diminute. Unde si ex partibus terrestrib⁹ ⁊ aqueis fieret vnũ mixtum indissolubile per decoctionem: sicut patet in vino ⁊ in multis alijs liquoribus qui liquores ꝑ decoctionem inspissantur vtiqꝫ aqua per decoctionem. Sed non ita accidit aque quia talium partium terrestrium admixtio per decoctionez descendit per modum superius dictum. Plus igitur facit decoctio ad aque subtilitatem per descensum partium terrestrium ꝙ̃ possit facere ad grossitiem per subtilis euaporationem. Et si eorum argumentatio sit in aqua inspissata a frigore in qua non fit admixtio partium terrestriuz patet ꝙ argumentatio nõ procedit. Nam quod resoluitur homogenium est ei qḋ remanet post euaporationem: nisi ꝙ subtiliatum est per frigoris ammotionem. Amplius sciendum ꝙ admixtio aceti cum aqua rectificat ipsius grossitiem. Amplius scias ꝙ fortis aque commotio de vase in vas: ⁊ deinde proiectio lapillorum paruoruz in eandem aquã ab alto cadentiũ: aquã grossam rectificant ⁊ subtiliant. Amplius scias ꝙ aqua vehemẽter frigida: cuiusmodi est aqua glaciei ⁊ nimium complexionibus temperatis nõ

De aq̃ pluuiali.

Aqua mixta cum aceto.

est conueniens: sed debet esse aqua infrigiditatis fortitudine temperata. Aquas enim vehementer frigidas aut vehemēter infrigidatas: nō tolle rat nisi vehementer sanguineus. Et si forsan nō illico nocumentum fece rit cum quis magis processerit nocumentum facit. Scias ꝙ bibere aquā ieiuno stomacho ꝛ post exercitium ꝛ balneum ꝛ in ebrijs crapulatis: ꝛ in siti mendosa ꝛ cū natura circa nutriens laborat, in digerendo vehemēter nociuum est. Et si multa necessitas fuerit bibere eam: oportebit vt prius temperetur: ꝛ cum eadem sepe os abluatur. Et si hoc non sufficit cum va se bibat stricti orificij ꝛ hoc quidem ebrio confert ꝛ stomacho ieiuno. Et si forsan aliquis ieiunus post exercitium a potu abstinere nō potest bibat vinum cum aqua calida temperatum. Amplius sitim habens mendosaꝫ aquam gurgitando nō bibat sed paulatim suggendo. Et siti quidem men dosa impeditus: scire debet ꝙ superdormire ꝛ sitim tolerare ipām sedat: ex eo ꝙ humor eam faciens digeritur ꝛ corrigitur: sed cum digestio impe dit propter potum: redibit sitis mendosa. Nam humor sitim faciens non corrigitur nec digeritur. Amplius scias ꝙ bibere multam aquā frigidam nō competit in regimine sanitatis: quod si forsan sit necessariuꝫ: sit post sufficientem comestioneꝫ. Aqua tepida nauseā facit: sed calida stomachū debilitat: sed raro sumpta stomachum lauat ꝛ ventreꝫ laxat. Amplius scias ꝙ aqua frigida confortat omnes virtutes in suis operationibus: quando sumitur cum equalitate scilicet digestiuam: attractiuam: reten tiuam: ꝛ expulsiuam. Et confert habentibus raritatem ꝛ cursum: quicū ꝙ cursus sit: ꝛ ex quocūꝙ membro: sed nocet neruis ꝛ habentibus opila tiones ꝛ apostemata. Amplius scias ꝙ aque ferree confortāt omīa visce ra ꝛ addunt in coitū. Unde conferūt spleneticis epaticis; ꝛ stomatichis et vniuersaliter habentibus viscera debilia.

Aqua bibita stomacho ieiuno nocet.

Sitis mēdosa

Aqua frida multa nō ꝯuenit in re. sa.

De aere



Mplius cadit electio in aere nos circūdā te sicut ꝛ in aqua ꝛ in habitabili terra. Aer enī est ne cessarius in regimīe sanitatis dupliciter. Primo qui dem propter refrigerationē spirituum ꝛ caloris inna ti. Secūdo propter expulsionē fumosarum superflui tatum obnubilantium spiritum ꝛ calorem innatum Sicut enī in exterioribus nos videmus ꝙ ignis sine euentatione aeris suffocatur ꝛ extinguitur: sic etiaꝫ imaginari debemus ꝙ spiritus ꝛ calor innatus indiget aere ipm nutrien te: conseruante: ꝛ obtemperante. Obtēperatio igitur caloris inati fit per aeris attractionē: ꝛ eius deputatio fit per aeris expulsionem. Primū qui dem fit per motū attractionis: qui dyastoles nominatur: ꝛ scdm per mo tum expulsionis: qui sistoles dicitur a sapientibus. Si igitur aer attra ctus sit fetidus et impurus: corrumpitur calor ꝛ spiritus innatus. Mul tum igitur debet medicus sollicitari circa aerem in sanitatis regimine.

Aer igitur debet esse bone substantie: cui non admiscetur aliquid ex vaporibus nec fumositas extranea. Non enim debet esse aer turbidus: nec nebulosus: nec malis vaporibus admixtus. Hic enim aer humores conturbat: et animam contristat. Et debet esse discoopertus celo: et non inter parietes ꝛ tecta constrictus. Et vt sit ad vnū dicere oīno euitari de

Tempore epidimie.

bet aer qui sit inclusus non euentatus. Unde verum est ꝙ tempore epydimie in quo accidit aeris putrefactio: cõmunis est eligendus aer inclusus. Unde tempore illo bonũ est inhabitare solaria: sed aliter aer discoopertus melior existit. Considerandũ est ꝙ cũ aere nõ misceantur vapores lacuum ꝛ profunditatũ aquaꝝ putridam continentiũ et terraruꝝ que non sunt libere sed laxe: de quibus supra dictũ est. Et vniuersaliter locorũ vbi nascũtur olera qualia sũt caules: et eruca ꝛ similia et arbores viscose male: cuiusmodi sunt ficus et nuces. Aer em̃ cui tales permiscentur vapores est euitandus in regimine sanitatis. Amplius eligẽdus est aer in quo sufflent boni venti: ꝛ ex terra alta vl' equali. Amplius multũ debemus sollicitari ꝙ aer non excedat in aliqua primarũ qualitatuꝝ: quod si forsan cõtigerit obtẽperetur per arteꝝ ꝗ̃tuꝝ possibile est. Amplius aer ex parte sue complexionis diuersificatur: quoniã si calidus fuerit dissoluit virtutem et corpus laxat. Sed si caliditas fuerit tẽperata trahit sanguinẽ ad exterius: vnde colorem rubificat: et si multũ calidus fuerit aer citrinat colorem: multũ sudare facit: diminuit vrinam: digestionem debilitat. Aer frigidus est contrarius: ventrẽ constringit: digestioneꝝ fortificat: vrinã efficit multam: sudorẽ diminuit et egestioneꝝ. Aer humidus cutẽ lenit: ꝛ corpus humectat. Siccus cutẽ desiccat ꝛ corpus denigrat. Nota ꝙ saturnꝰ est prima stella erratica ꝛ gratia sue influentie dat anime virtutẽ discernendi ꝛ raciocinãdi: ꝛ dr̃ saturnus quasi satur in aruis per contrariũ. Unde cum sit frigidissimus et siccus influit caristiã ipso regnante. Sed iupiter influit magnanimitatẽ. Unde iuppiter fuit quidaꝝ vir qui expulit patrem suum a regno suo ꝛ dicitur quasi iuuãs patrem per contrariuꝝ et illud attributũ est vni planete qui magnanimꝰ est ꝑ influentiã ita ꝙ puer natus eo regnãte fit magnanimꝰ ꝑpter cõstellationes elementoruꝝ.

De igne.



Amplius cadit electio ĩ igne quo plurimis vtimur modis in sanitatis regimine nos: puta calefaciendo ꝛ cibaria decoquẽdo. Multũ igitur cõsiderare debemꝰ in sanitatis regimine ex qua materia sit ignis quo vtimur. Non em̃ debet sapere naturaꝝ aliquorum venenosoꝝ aut metalloꝝ nec debet esse materia ex terra fetida corrupta: nec limosa: nec scenosa. Nec materia debet esse putrida vel corrupta: nec debet esse materia male qualitatis vel cõplexionis. Unde debent euitari ligna ex arboribus male cõplexionis: vt ficus: nuces: ꝛ sambucus ꝛ similes. Et similiter omĩa ligna crescentia in terra corrupta: ꝛ ligna ex antiquitate corrupta. Et euitari debent carbones marini. Nam ignis taliũ carbonum facit cadere in pessimas egritudines: sapit em̃ naturam veneni. Et similiter euitandus est ignis ex carbonibus lignorum quibꝰ homines communiter vtũtur: ex eo ꝙ mala qualitas lignorum ex quibus fiũt predicti carbones que cum fumo exalare debuisset per violentiã remansit in eisdem inclusa que postea cum incendũtur sine flamma ad actuꝝ reducitur. ꝛ corporibus nostris infert notabile nocumentum. Unde multum cauere debent magni domini quibus est cura de sanitatis custodia ꝙ eorum cibaria talibus carbonibus non decoquãtur: ꝛ vniuersaliter ꝙ

Electio lignorum

De carbonibus.

eorum calor non appropinquet suis corporibus. Ignem autem arborū siccarum ꝛ terre libere satis approbo ꝛ ignem lignorum laudabilium non viridiū ꝛ vniuersaliter ignē lignoꝝ perhibentiū flāmam claram ꝛ sine fumo. Ignem autez inclusum non euētatū vitupero. Itē laudo ꝙ ignis appropinquet nostris corporibus per mediuz ꝛ non immediate: quia nimis corpora nostra desiccaret. Itē magis laudo ignē a parte posteriori ꝙ anteriori. Itē laudo ꝙ aliquis ꝛ immediate post cibum multum non calefaciat se. Nam ex hoc debilitatur digestio. Item vitupero ignez stupharum quia calor est inclusus non euentatus.

Capitulum secundum de exercitio.



Testificati sunt sapientes ꝙ exercitium temperatum ꝛ equale ante cibum sanitatem causat ꝛ conseruat licet immediate post cibum sanitatem impediat. Exercitiū enim ante cibū calorem naturalem fortificat: ꝛ ex hoc appetit⁹ in sto macho vigorat: ꝛ mēbra copiosius recipiūt alimētū ꝛ alimētū per membra pfectius diffunditur: ꝛ pori aperiuntur: ꝛ ex hoc superfluitates tertie digestiōis liberius expellūtur. Itez per exercitium in eo qui exercitari consueuit prouenit duricies quedā organorum: ex qua difficilius patiuntur ꝛ redduntur fortiora ad ceteras actiones. Item per exercitiuz motus spirituum vigoratur: ex quo superfluitates euacuari ꝛ per poros humores liberius expurgari est necessariū Exercitium igitur moderatum non permittit humores nec eorum superfluitates in corpore adunari: quibus in corporibus multiplicatis indigemus farmatia vel fleubothomia que q̄uis purgent corpus: tamen corpus inueterant. Et specialiter medicina laxatiua: que vt plurimū in se habet naturam veneni. Et non solum euacuat nociuum: sed magnam partez caloris ꝛ spiritus qui sunt fundamenta vite nostre. Bene igitur potest dici ꝙ exercitium est motus volūtarius in quo requiritur anhelitus magnus ꝛ frequens ꝛ velox. Et ad ipsum quidem conuersus peragendum secundū modum sue equalitatis ꝛ in hora sua non indigebit aliquo medicamentorum que necessaria sunt in egritudinib⁹ materialibus: ꝛ in egritudinibus que eas sequntur. Et hoc quidem est verum supposito ꝙ reliquum regimē conueniens sit ꝛ rectum. Non igitur meretur dici exercitium nisi ex eo proueniat in anhelitu magnitudo ꝛ frequentia. Hoc enim est signum fortitudinis caloris innati: ex quo contingunt plura iuuamentorum supradictorum. Non est igitur negligendum exercitium volentibus sanitatem conseruare. Bonum est igitur tempus vsus ipsius exercitij adinuenire. Non enim oportet tempore exercitij multitudinem crudorum ꝛ indigestorum humoꝝ seu ciborum secundum ventrem seu in vasis contineri. Periculum est enim eos attrahi ad omnes alias particulas anteq̄ benigni fiant: siquidez digestio fit in quiete: ꝛ motus specialiter fortis impedit digestionez. Et vniuersaliter dico ꝙ corporibus valde repletis: siue sit repletio ex humoribus laudabilibus vel nociuis: non competit exercitium. Nā exercitium non est sufficiens ad euacuandum talium corporum plenitudinem. Unde solum humores commouet: eos ꝛ ebulire facit ex quo pericu

Exercitiū moderatū laudat

Euacuacio purgat ꝛ ĩueterat.

Motus corpora turbat

culum est febres ⁊ apostemata ⁊ opilationes que ad hoc sequūtur in corporib⁹ generari. Talia igitur corpora anteꝙ̄ exercitentur: specialiter forti exercitio: competit fleubothomari ⁊ farmacari secundum exigentiam humorꝫ peccantiuꝫ. Amplius quia per exercitiū expelluntur superfluitates tertie digestionis que celebratur in membris: ⁊ sic poros expurgat: ⁊ superfluitates existentes in eis euacuat: melius est ante cibaria suscipiēda exercitiū inchoare: sic quidem ꝙ prior cibus iam sit in stomacho: epathe ⁊ venis perfecte digestus: ⁊ iam appropinquat tempus suscipiendi alium cibum. Unde diligenter notandum ꝙ non puto ꝙ exercitium sit necessariuꝫ propter expulsionem superfluitatum immediate suscepti cibi in stomaco ⁊ venis iam elaborati. Nā talis cibus adhuc non est digestus in membris: ⁊ per cōsequens adhuc non instat tempus expulsionum superfluitatum tertie digestionis: sed puto ꝙ necessarium est propter expulsionem superfluitatuꝫ cibi suscepti ante hunc. Unde dico ꝙ exercitium serotinum quod fit ante cenam non est propter expulsionem superfluitatum cibi suscepti in prandio eiusdem diei: sed cibi suscepti in cena diei precedentis. Uel oportet dicere ꝙ omnes digestiones essent complete: ⁊ perfecte cibi immediate sumpti anteꝙ̄ inchoaretur exercitium. Quod videtur mirabile ex eo ꝙ corpus remaneret sine cibo plus ꝙ̄ oportet: ⁊ in corpore colera multiplicaretur: ⁊ corpus consumeretur. Sed in isto est materia cōsiderandi. Hoc est igitur verum tempus inchoandi exercitium. Quod si exercites ante humoribus digestis: replebis corporis particulas: ⁊ si post coleram in corpore generabis ampliorem. Huius autem temporis cognitio est vrinarum color. Naꝫ aquosus quidem in digestionem significat: seu denotat: ⁊ ꝙ adhuc non instat tempus: exercitij inchoandi. Rubeus vero ⁊ coloratus similiter ⁊ sanguineus ex multo tempore digestionem fuisse factam significat: ⁊ tempus exercitandi seu actualiter agendi precessisse. Sed color temperatus: puta rubeus temperate non igneus: significat secundaꝫ digestionem fore factā de propinquo: ⁊ nō de remoto ⁊ tunc est tempus inchoandi exercitium seu actualem operationem circa illud. Purgande sunt tamen prius superfluitates que sunt in intestinis ⁊ in vesica: alias enim aliquid ex his ad venas corporis trahent propter fortitudinem caliditatis resoluentis in exercitijs. Sciendum propter ea ꝙ illi qui custodiosius ⁊ subtilius locuti sunt de exercitio docuerunt corpora per fricationem conuenientem ad exercitia preparari: ⁊ specialiter cum quis intendit ad exercitiuꝫ fortius. Si enim quis ad fortiores venerit motus anteꝙ̄ molliat totum corpus: ⁊ superfluitates subtiliet: ⁊ poros dilatet qui fiunt: fricationibus moderatis ⁊ demum super infusione olei dulcis: periculum est erumpere vasa.

Fricatio. Periculum quoqꝫ est ne superfluitates: impetu spiritus mote poros opilent. Si vero paulatim per fricationem precalefaciens: premoliat quidem solida: ⁊ presubtiliet humida: ⁊ poros dilatauerit: periculum nulluꝫ est: nec rumpi aliquam viam: nec poros obstrui eis qui exercitantur. Fricet igitur sindone totum corpus: quousqꝫ moderate calefiat. Sufficiant autem plures manuum circunductiones ad hoc vt corpus calefiat: absqꝫ oppressione enormi. Et enim his fientibus apparebit rubor bene floridus: bene supercurrens super totum corpus: ⁊ tunc est: tempus superinfundere liquorem olei; ⁊ fricare nudis manibus: fricatione media inter

duriciem ꝛ molliciem: sic ꝙ corpus non collidatur: stringatur: vel exoluatur plus debito: sed in sui natura custodiatur. Hec autem fricatio que preparat ad exercitium in primis debet esse in immissionibus manuum leniter: deinde paulatim augeri ꝛ ad fortius ducere: vt comprimatur quidem caro manifeste autem non constringatur. Hec autem fortis fricatio est quidem non multo tempore: sed semel vel bis in vno quoq; membro fienda. Si enim amplius fieret corpus induraretur: ꝛ in his qui augentur augmentum impediretur. Est autem hec fricatio fienda secundum omnem differentiam positionis: longum: latum ꝛ transuersum q̄tum est possibile vt vniuersi musculorum nerui ex omni parte fricentur: ꝛ ad exercitium preparentur: poros scilicet dilatando: ꝛ solida: ꝛ spissa rarefaciendo ꝛ rara inspisando: ꝛ mollia indurando. Quantitas autem ꝛ qualitas et modus circa exercitium in sanitatis regimine offerendus certis litteris denotari non possumus: sicut nec quantitas ciborum offerendorum.

Qn̄o exercitiū mensurari debet.

Nam secundum diuersitatem complexionum: et habitudinum: ꝛ etatum regionum :| regiminum : ꝛ consuetudinum : aliter ꝛ aliter exercitium est mensurandum. Sunt enim quidam indigentes exercitio fortiori: maiori: vehementiori: ꝛ velotiori: ꝛ isti sunt qui vtuntur cibo ampliori: ꝛ sunt fortium virtutum seu complexionum animalium motiuarum: habentes lacertos ꝛ neruos fortes: ꝛ iuncturas aptas: siue conuenientes ad motum: ꝛ cum hoc non habent calorem naturale consumptiuum nimis fortem. Talibus inq̄ competit exercitium maius fortius ꝛ velotius ꝛ similiter vehementius. Illis autem in quibus deficiunt alique istarum conditionum enumeratorum non competit exercitium adeo forte. Verbigratia. Ponamus ꝙ deficiat vltima conditio ꝛ ꝙ sit homo habens calorem fortem acutum multum cōsumptiuum ꝛ cum hoc habeat omnes conditiones priores talis vtiq; non indiget exercitio adeo magno nec ita forti ꝛ similiter intelligatur in alijs conditionibus. Et si sit reperire aliquem in quo omnes conditiones deficiant ꝛ opposite reperiantur scilicet qui parum comedat ꝛ eius animales virtutes motiue sint debiles et similiter organa ad motum deputata ꝛ cum hoc habeat caliditatem satis consumptiuam talis vtiq; indiget minimo exercitio. Et per extrema potes de medio iudicare quid sit faciendum. Quantitatem igitur exercitij offerendi similiter ꝛ qualitatem sola ratione cognoscere experientia pretermissa multum difficile est. In experientia igitur consideremus quomodo se habeat exercitatus in prima die et secunda ꝛ sic deinceps. Optima enim natura mensuras omnium offerendorum manifeste adepta est. Tantum enim appetit exercitium et taliter quantum ꝛ qualiter eidem est oportunum. Et similiter intelligatur circa cibos et somnum et sic de alijs que nostris corporibus offeruntur propter regimen sanitatis. Quod vtiq; verum est supposita bonitate morum. Nam propter maliciam consuetudinis et morum natura temperata potest appetere quid quale et quantum quod eidem non est conueniens. Sed lapsi multum mensuras exercitiorum et ciborum minime naturaliter sunt adepti. Quidam enim appetunt plus exercitari quam oporteat et quidam minus. Sunt enim quidam naturaliter

Secundū diuersitatem complexionis diuersificatur regimen.

fleumatici ꝛ in quorum corporibus frigidi continentur humores ꝛ qui fri gore recēti sunt congelati ꝛ ociosi effecti sunt. Hi enim appetunt minime moueri ꝛ exercitari sed sunt somnolenti ꝛ ad ocium naturaliter inclinati ꝛ tales exercitando non debent insequi naturalem appetitum. Sunt etiā quedam calidiores ꝛ humidiores vel naturaliter vel accidentaliter ꝛ cum hoc sunt apti ad motum ex membrorum leuitate ꝛ organorum abilitate Hi vtiq; plus appetunt exercitium ꝛ in eodem plus delectantur ꝙ opor teat earum complexionibus. Isti ergo vt immediate dicti non debent pro prium appetitum imitari in mensura exercitij. Nota diuersitatis est hec causa: quia secundum ꝙ virtus celestis inuenit materiam dispositam sic operatur in illam. Quantitas autem exercitij quam litteris possumus de scibere est quousq; homo sudare incipiat ꝛ anhelitus augeri ꝛ color corpo ris rubefieri ꝛ mēbra lassari īcipiūt ꝛ tumor mēbroꝝ diminui. His ei appa rētib⁹ debet cessari ab exercitio: ꝛ elegi debet exercitium temperatum secū dum exigentiā illius qui exercitatur: ꝛ vniforme: ꝛ equale: in quo omnia membra exercitantur: ꝛ huiusmodi est exercitium parue pile. Exercitium enim fortius corpus nimis euacuat: ꝛ debilitatem inducit: ꝛ hoc bene ma nifestatur in exercitantib⁹ se forti exercitio. Exercitium autem debile eua cuatur: dū nō euacuat nec pōt per ipsū ꝯsumi quod dissolutuꝫ est: sed exer citiū porportionatum proportionabiliter consumit ꝛ dissoluit: ꝛ substātiā membrorum augmentat ꝛ corpus impinguat: ꝛ vniuersaliter temperatū ꝛ proportionatum exercitium conseruande sanitatis est mirabilis causa.

Den icar-ceratis

Et malicia que propter priuationem accidit exercitij manifestatur in in carceratis: quia eorum facies cacochimice fiunt: ꝛ eorū color est impurus ꝛ omnes operationes eorum sunt lese. Et hoc non solum accidit homini bus: sed auibus cantantibus sicut volucribus in cauernis detentis. Ex ercitium autē quod vni est forte ꝛ improportionatū: alteri est debile: ꝛ al teri porportionatum. Huius autem cognitio ab experientia dependet et ratione. Si autem aliquis exercitetur alio modo quā exercitio parue pile puta peditando: equitando vel nauigando: semper est laborandum ꝙ om nia membra corporis exercitentur: siquidem in quolibet membro est super fluitas tertie digestionis: que per exercitium solet euacuari. Quod si quis exercitatur peditādo: bonum est interdū inclinari: ꝛ lapides manibus le uare: ꝛ interdū proijcere: ꝛ iterdū caput eleuare ꝟsus posteriora: ꝛ retro re spicere. Et interdū membra extendere ꝛ anhelitum continere: ꝛ musculos ventris aliquantulum extendere. Nam anhelitum retinendo confortatur naturalis calor: ꝛ pori aperiuntur: ꝛ per eosdem superfluitates expellun tur. Debet auteꝫ anhelitus retentio esse cum extensione musculorum pe ctoris: sed extentio musculorum ventris debet esse parua. Nam per hanc extensionem superfluitates pectoris ꝛ pulmonis ad membra nutritiua ex pelluntur: ꝛ per extensionem musculorum ventris superfluitates vlteri us inferius expelluntur. Sed habentes debile dyafragma caueant a constrictione anhelitus: ne superfluitates ad cerebrum mittantur: vt

Retentio anhelit⁹

bene apparet in his qui multum laborant in sufflando instrumenta tubarum: in quibus vene inflantur in facie: et eorum facies rubedi nem adipiscuntur. Modi exercitiorum sunt valde multi: quos hic omnes enumerare non oportet. Solum autem hic dicemus gene rales modos exercitiorum: et eorum exempla ponemus ex quibus

poterunt speciales modi sufficienter intelligi. Dicamus igitur ex primo quod de numero exercitiorum quoddam est exercitium solum: quoddaz autem exercitium et opus. Exemplum primi: vt ludus parue pile. Exemplum secundi: vt fodere: arare et domificare. Amplius exercitiorum quoddam est vniuersale totum corpus occupans: et aliud est particulare. Exemplū primi vt ludus parue pile: et peditare. Exemplum secundi: sicut vox est exercitium pulmonis: et stare super pedes est exercitium dorsi: et scribere est exercitium manus et texere pedum pro parte et tibiarum et sic de singulis. Amplius quoddam exercitium est magnum quoddam paruum: quoddaz mediocre. Exemplum primi: vt ambulare longam viam: vel luctari longo tēpore. Exemplum secundi: vt luctari breui tempore: vel ambulare paruam viam et breuem. Exemplum tertij vt ambulare mediocrem viaz: vel luctare tempore mediocri. Exercitiuz magnum est causa maciei. Mediocre causa est augmentationis temperate in carne et calore naturali: sed exercitiū paruum aliquantulum calefacit. Amplius exercitiorum aliud est velox aliud tardū: aliud mediocre. Exemplum primi quando aliquis currit velociter. Exemplum secundi: quando aliquis mouetur lente. Exemplum tertij: quando aliquis mouetur mediocriter. Exercitium velox primo calefacit et postea corpora inspissat et indurat: sed tardum corpora remollit et poros aperit: mediocre vero corpora in sua natura cōseruat. Amplius quoddam est exercitium forte aliud debile aliud mediocre. Forte dicitur dupliciter. Uno modo ex eo quod motus velox coniungitur magnitudini. Uerbigratia. Si quis currit longnam viam velocissimo cursu tale vtique dicitur exercitiū forte. Et ex hoc patet qnid est debile et mediocre. Et etiaz patet ex his que sit operatio exercitij fortis isto modo sumpti et debilis: et mediocris. Alio modo dicitur exercitium forte ex resistentia passi: et in tali exercitio non cadit velox et tardum. Uerbigratia. Eleuatio magni oneris et similiter luctari cuz forti bene resistenti: et vniuersaliter operari circa materiam quamplurimum resistentem et non bene obedientem est exercitiū forte. Non quia in eo coniungatur velocitas magnitudini: sed ex resistentia materie. Et ex hoc patet quid est exercitium debile et mediocre. nam quando materia non resistit est debile: et quando mediocriter resistit est mediocre. Et operationes istorum exercitiorum patent ex dictis sufficiēter. Et postquam aliquis per modum supradictū sufficienter fuerit exercitatus fricatio fieri debet. et hec fricatio debet esse multa ad asperitatem declinans propter duas causas: Una est vt superfluitates subcutanee emundentur que ab exercitio sunt transmisse. Et alia est vt corpus solidetur et vapores boni retineantur: vt ab his que ab extrinseco accidunt non alterentur. Et debet hec fricatio simul ac velociter fieri: immo si totum corpus simul et semel exalarent. Et bonum est vt hec fricatio fiat cum oleo dulci. Et sic patet quod fricatio fienda est ante exercitium et post: ad diuersas intentiōes Unde fricatio ante exercitium debet esse mollis et lenta vt durisiem non operetur. Sed illa que fit post debet esse multa et ad asperitatem declināss Hec breuia sufficiant.

Fricatio post et āte exercitiuz

Capitulnm tertium de fricatione.



Utilitates fricationis.

Fricatio intentionem habet in superfluitatum tertie digestionis euacuatione sicut est exercitium. Et similiter in caloris membrorum confortatione et ad multa alia. Unde sermonem de fricatione in precedenti capitulo inchoatum complere volumus in isto breui capitulo. Primo igitur dicemus fricationis vtilitates propter quas competere potest in sanitatis regimine. Secundo dicemus fricationis tempus et mensuram et modum. Tertio dicemus fricationis modos et species generales. Sciendum igitur propter primum quod preter vtilitates fricationis dictas in capitulo precedenti preparantis ad exercitium sunt ipsius fricationis plurime alie vtilitates. Est igitur ipsius exercitij vna vtilitas communis: puta expulsio superfluitatum tertie digestionis. Unde in his qui exercitari non possunt propter corporis debilitatem vel propter infirmitatem alicuius membri specialis vel propter incarnationem non est fricatio negligenda. Nam per fricationem materia subtiliatur: pori aperiuntur et calor in membris confortatur: et sic superfluitates liberius expelluntur. Et per consequens membra perfectius nutriuntur: et appetitus vigoratur: siquidem naturalis appetitus incipit a membris tertie digestionis. Amplius sciendum est quod per fricationem membra rara inspissantur et spissa rarefiunt et dura mollificantur: et mollia indurantur et temperata in sua naturalitate conseruantur. Corporibus igitur raris competit exercitium non solum propter expulsionem superfluitatum et reliqua que dicta sunt: sed vt aliqualiter inspissentur: et minus passibilia efficiantur. Et similiter suo modo intelligatur de corporibus spissis et duris et mollibus. Amplius est alia vtilitas fricationis. Nam per eam lassitudo a membris remouetur. Unde hec fricatio est bona post exercitium immoderatum ex qua aliquis incurrit lassitudinem. Amplius fricatio iuuat cum tempus est dormiendi: quoniam corpus alleuiat et humiditates ad iuncturas fluere prohibet. Multum autem sollicitari debemus ne puerorum corpora fricentur cum duricia et asperitate ne forsan ab augmento impediantur. Tempus fricationis que fit propter expulsionem superfluitatum idem est cum tempore exercitij. Et non loquor de fricatione preparante ad exercitium: sed de fricatione supplente vices exercitij. Et est diligenter notandum quod secundum diuersitatem complexionum et habitudinum et ceterorum naturalium et non naturalium diuersus est vsus fricationis et mensura et modus: vt superius dictum est de exercitio. Unde considerandum est non solum in ratione sed etiam in experientia: vt de exercitio est declaratum. De speciebus autem fricationis in generali dicendum est quod sunt sex simplices: nouem composite. Sunt enim tres simplices secundum quantitatem: puta multa pauca et mediocris: et tres secundum qualitatem: puta aspera: lenis et mediocris. Uel possunt nominari si placet fortis debilis et mediocris. Fricatio multa est causa maciei corporis et temperata carnes augmentat temperate: sed pauca in augmento operationem non habet: sed aliquantulum calefacit. Operatio fortis et aspera fricationis est obturatio pororum et duricies corporum. Sed debilis et lenis operatio est apertio pororum et asperitatum corporum remollitio: et media medium tenet inter has. Ex his simplicibus autem proueniunt nouem composite. Nam fricatio multa potest componi cum forti debili et mediocri et sunt tres. Et similiter pau

Capitulo de morbo

Species fricationis

ca potest componi cum forti debili ꝛ mediocri ꝛ sunt sex cum primis. Et si militer temperata inter paucam ꝛ multam potest componi cū debili forti ꝛ mediocri inter fortē ꝛ debilem ꝛ sunt nouem cum primis. Et quid iste fricationes composite in corporibus operentur: satis haberi potest ex sim plicibus. Que etiam species fricationis quibus corporibus competant satis haberi potest ex his que dicta sunt de exercitio in capitulo ꝑcedenti

Capitulum quartum de balneo.



Ost considerationem exercitij et fricationis sequitur consideratio balnei: ex hoc ꝙ balneū membra exteriora lauat a sordicie que in superficie membrorum per exercitiuꝫ forsan est derelicta. Amplius si aliquid sit derelictum sub cute quod per exercitium ꝛ fricationem non sit sufficienter resolutum de superfluitatibus tertie digestionis: per balneuꝫ resoluetur Nam balneum resoluit ea que sunt propinqua cuti. Ampli⁹ in his q̄ exercitari nō possunt vel propter mēbroruꝫ debilitatem vel propter incarcerationem vel aliam impotentiam balneuꝫ aliqualiter supplet vices exercitij. Amplius balneum membra exteriora calefacit ꝛ humectat temperate quē forte per exercitium ꝛ fricationem fuerunt aliqualiter desiccata ꝛ in frigidata. Unde satis est rationabile post exercitiū ꝛ fricationem de balneo determinare. Sunt autem ipsius balnei aliqua iuuamenta puta sōnū prouocare: opilationes aperire: ꝛ ventrē resoluere ꝛ digestionē ꝯfortare: ꝛ nutrimētū ad cutis superficiē attrahere ꝛ vētrē interdū ꝯstringere: ꝛ fatigationē remouere. Amplius balneū interdū calefacit interdū infrigidat: desiccat ꝛ humectat. Calefacit q̄dē obuiatiōe prima sua actuali caliditate aeris ꝛ aque: digestioneꝫ hūoris frigidi ꝯfortando sed infrigiditat resoluendo plus debito calorē ꝛ spiritū eēntiali frigiditate aque. Unde ꝛ si aqua est actualiter siue accidentaliter calida: naturaliter tamē est frigida. Unde ex longa sui applicatione ad corpus: corpus infrigidat ꝛ effeminatū facit. Amplius sua humiditate calorem suffocat naturalem ꝛ hebetat. Et sic corp⁹ infrigidat. Ampli⁹ balneū sua humiditate corpus hūectat: similiter attrahēdo alimētū ad mēbra: sed resoluēdo desiccat ꝛ poros apiendo ex qua apertiōe calor simul cū humido exalat. Amplius scias ꝙ balneū indebite administratū et q̄b⁹ nō oportet hꝫ plurima nocumēta inferre hoī: puta cor debilitare si multū quis morā in eo fecerit ꝛ nauseā ꝛ sincopiꝫ īducere ꝛ hūores q̄etos mouere: ꝛ ad putrefactionē ꝑparare: ꝛ cū hoc eos ad mēbra debilia declinare. Uñ accidūt apostemata ī occulto mēbroꝝ: ꝛ ī sup̄ficie eoꝝ. Et comedēdi desideriū deijcit: ꝛ coeūdi debilitat ꝟtutē. Uñ possum⁹ ꝯcludere ꝙ corpa hūana multū repleta hūorib⁹ ꝛ habētia stomachū ꝛ cor debilia ꝛ neruos debiles ꝛ iūcturas nō debēt lōgā morā ī balneo trahere. Ampli⁹ scias ꝙ īterdū balneo vtimur ī regimīe sanitatis ad carnē ī pinguedīe minuēdā ꝛ interdū augmētandā. Balneū enim in ieiuno administratum corpore existente famelico corpora macrescere facit. Et balneum cito post cibum completa prima digestione ꝛ inchoata secunda multum iuuat ad impinguandum. Debemus autem eligere balneum cuius fabrica est antiqua: ꝛ cuius aer est amplus ꝛ aqua dulcis Et debet balneator mensurare ignem secundum naturam illius qui balneum vult ingredi. Et diligenter notandū ē ꝙ balneum suo aere calefa-

Nocumen balnei.

Electio balnei

cit et dissolvit: et sua aqua humectat: et interdum infrigidat. Unde quamvis aer sit humidior aqua tamen aqua plus humectat. Et hoc contingit ex hoc quod corpori perfectius adheret et applicatur. Et hoc etiam contingit: quia aer naturaliter est calidus: et etiam virtute stellarum semper aliquid resolvit a nostris corporibus coadiuuante eius subtilitate. Debent autem in balneo bene ordinato esse tres case. Quarum prima est infrigidans et humectans: secunda calefaciens et humectans: et tertia calefaciens et desiccans. Corpora igitur temperata in quibus non queritur resolutio sed solum temperata calefactio et humectatio non indigent tertia casa: sed prima et secunda: sed corpora in quibus queritur resolutio et corporis maceratio vel desiccatio indiget tertia casa.

Tempus balneandi.

Tempus autem balneandi in sanitatis regimine est post exercitium et ante cibum. Nec statim post exercitium aliquis est balneandus donec membra perfecte quiescant. Si autem queramus resolutionem superfluitatum morandum est plus in balneo: et quousque appareat aliqualis contractio in pulpis digitorum. Quod si solum queratur membrorum calefactio et humectatio: minor mora erit in balneo: et statim cum membra incipiunt rubere et notabiliter calefieri: cessabitur a balneo. Et non erit multum irrationabile corpori bene carnoso: etate media: et sufficienter calida super infundere aquam non calidam: sed tepidam. Ex hoc enim caliditas et humiditas roborantur in membris. Multum autem caveri debet quod in exitu balnei non bibatur aliquid vehementer calidum: nec vehementer frigidum. Nam primum perducit ad ethicam et paralysim. Secundum autem corrumpit virtutem membrorum principalium: et forsan perducit ad hydropisim. Amplius in exitu balnei sollicitus esse debet de capitis coopertura et totius corporis: et specialiter in hyeme: ne corpus exponatur ad recipiendum frigiditatem: ad quam paratum est propter pororum aperitionem inductam a balneo.

Balnei coitus.

Colerici.

Sunt autem quidem qui ingredi balneum in ieiuno dubitant ex eo quod colera in eorum corporibus augeatur: et his competit ante ingressum balnei recipere bucellam panis intinctam in succo granatorum vel in vino multum lymphato. Et sunt alii qui ex ingressu in balneum: et specialiter post cibum opilationes incurrunt: et his competit bibere oximel vel syrupum acetosum cum radicibus si sint calide complexionis: vel dyatriompiperon: vel dyamentastrum si sint frigide complexionis. Balneum autem ex aquis sapientibus naturam farmacorum vel metallorum nullo modo competunt in sanitatis regimine: sed bene competunt in cura multorum morborum. Sed quia non intendimus de egritudinum cura: de his balneis nullam faciemus mentionem. Amplius est diligenter notandum quod in sanitatis regimine interdum fit stupha: et interdum balneum. Balneum non potest fieri sine aqua sed stupha bene fit in aere sine aqua. Et huius proprietas est magis resolvere quam humectare: imo talium stupharum proprietas est multum resolvere: et maxime superfluitates exterius existentes. Et quia in talibus stuphis interdum ponuntur herbe secundum diversitatem herbarum in eis positarum diversi sunt earum effectus: quandoque enim multum calefaciunt: et similiter exsiccant: et competunt in multum frigidis et humidis. Quandoque multum calefaciunt et non multum desiccant. Quandoque non multum calefaciunt: sed multum desiccant secundum quod fit medicus ordinare cognoscens virtutes simplicium ingredientium stuphas et modum mensurandi ignem

scđm exigentiam eius qui stuphari debet. Sed bene scias φ nullomodo debet fieri stupha corpore existente plectorico: nec immediate post cibum nam corpore existēte plectorico per stuphas humores discurrūt et ebulliūt et preparantur ad putrefactionē: et possunt apostemata causari in membris occultis ⁊ manifestis. Et si aliquis stuphetur post cibū immediate impeditur cibi digestio ex eo φ calor moueť a centro ad circūferentiā. Et sic calor moueť a loco digestionis: ⁊ per cōsequēs digestio debilitatur et alimentum trahitur indigestuȝ ad mēbra ⁊ possunt causari opilationes: apostemata: febres ⁊ cutis defedationes ⁊ hydropes. Ulterius diligēter notandum φ balneū quo indiget corpus temperatum supposito cōueniēti exercitio ⁊ sufficienti ⁊ similiter fricatione nō est nisi ad abstergenduȝ sudoris vestigia per excitiū derelicta ⁊ ad calefaciendū ⁊ humectandū mēbra temperate. Unde tale balneū debet esse ex aqua tepida vel quaȝ solis feruoribus estas calefacit. Non em̄ debet esse notabiliter calida. Et bonū est φ in balneo ꝓijciantur rose vnico feruore bullite. Notandū φ colūne pedum ad ꝯseruationē visus ⁊ auditus ⁊ memorie sepe lauari debent atqȝ fricari cum aqua moderate caliditatis ⁊ talis lotio fieri debet in sero circa introitum lecti longe a cibo ⁊ specialiter diebus illis quibus nō cenare cōtingit. Ampliꝰ capitis lotio nō tardeť vltra viginti dies: nec fiat in hebdomada plus φ̄ semel et nunφ̄ stomacho repleto sed ante prandiū vel longe post ip̄m ⁊ ante cenam si proponatur cenare.

Indigestio cibi.

Lotio pedum multum prodest

Capitulum quintum. De coitu.



Oitus scđm veritatē iuuamentum habet in expulsione supfluitatum tertie digestiue quare cōpetit in sanitatis regimie. Unde nō approbo opinionem dicentiū coitum nō conuenire in sanitatis regimine sed bene verū est φ coitus nō habet necessitatē sicut exercitium cibus ⁊ potus ⁊ similia. Hec em̄ cōmunia sunt cuilibet etati: sed coitus soli adolescētie. Jmmo etiaȝ adolescētes possunt viuere sani sine vsu coitus sicut apparet in multis viris venerabilibus qui toto eoꝝ tempore viuunt ꝯtinenter ⁊ sani: sȝ saniores essent si vterenť coitu moderato. Naȝ supfluum alimenti in φ̄to ⁊ non in quali qđ post eius fermentationē in vasis seminarijs sperma noīatur coitu ꝯuenientius expellitur: nec ē alia via ꝯuenientior. Unde periculū est si per coitū nō expellať φ putrefiat et ad aliqđ simile veneno cōuertetur ⁊ causabit pessimas egritudines ⁊ tandem mortē. Per exercitium em̄ ⁊ balneū ⁊ fricationem expelluntur supfluitates mēbrorum tertie digestiue: superfluitates quidem mēbrorum ⁊ impuritates que sunt supfluitates in quali. Sed est quedā membrorum tertie digestionis superfluitas quedā puritatis ⁊ purissima ad conseruationem speciei ordinata hec aūt conseruata per coitum expellitur in aīalibꝰ perfectis. Nec est alia via magis cōueniens ad hanc superfluitatem expellandam: q2 nō sufficit exercitium: fricatio vel balneum: ⁊ specialiter cum talis materia est fermentata in vasis semiarijs. Et sic patet φ coitus est iuuatiuus in sanitatis regimine. Sunt autem ipsius coitus alia iuuamēta specialia φ̄ plurima. Corpus em̄ repletum alleuiat ⁊ aīam hylarem et quietam facit: iram quoqȝ sedat ⁊ sollicitudinem remouet. Jmmo quādo

Coitus expellit supfluitates corporis.

ꝙ eius occasione quis a melācolia sanatur ꝛ appetitum cibi confortat et somnū inducit. Amplius si quis amore mulieris tm̄ tristetur vt quasi ad mortem deueniat vtatur multo coitu licet ea nō potiat quā diligit sedat eius furiosus amor. Amplius coitus moderatus caput alleuiat oēsq; sensus. Et nō solum cōfert in sanitatis regimine: sed etiam in cura multarū egritudinum. Sed q2 nō intendim⁹ in hoc ope de egritudinū cura: de huiusmodi vtilitatib⁹ nullā penitus faciem⁹ mentionē. Ex dimissione autē coitus specialiter cōsuetis accidit corpis grauitas ꝛ frigiditas ꝛ difficultas motuū ꝛ finaliter ex coitus dimissione ꝛ spmatis abūdantia ꝛ frigore ipsius ꝛ ei⁹ ꝯuersione ad venenositatē accidit: vt spma mittat ad cor ꝛ cerebrum vaporē malum ꝛ venenosum sicut accidit mulierib⁹ ex coartatiōe matricis. Et est notandū ꝙ sicut coitus moderatus habet plurima iuuamēta: sic ꝛ īmoderatus ꝛ quib⁹ nō ꝯuenit infert plurima nocumēta. Inducit em̄ plus debilitatē oīm alia euacuatiōe ꝛ appetitiue destructionem et oculoꝝ ꝯcauitatē ꝛ cerebri ꝛ sensuū in eo situatoꝝ debilitatē. Corpa aūt habētes sicca: a coitu cauere debēt vt ab inimico mortali quo si q̄s multum vsus fuerit ethicā incurret. Etiam ꝯualescentes ꝛ debiles ꝛ macri et quoꝝ ventres ꝛ ilia subtilia sunt: ꝛ quoꝝ nerui sunt debiles ꝛ vene stricte coitum oīno euitare debēt. Coitus em̄ multus ꝛ frequēs neruis nocet et oculos ledit ꝛ vires corpoꝝ destruit ꝛ ad seniū cito adducit: vñ parum cōpetit senib⁹. Corpa aūt fortia ꝛ grossa sanguīe plena: ꝛ venas amplas: ꝛ colorem rubeū hñtia ꝛ pilos multos sunt sufficiētia ad actū coeūdi: ꝛ spāliter in fine adolescētie ꝛ maxime si vtant nutrientib⁹ ꝛ augmentantib⁹ spma ꝛ bibūt vinū dulce ꝛ grossum ꝛ multū dormiāt. Et est diligēter notandum: ꝙ coitus q̄ ꝯuenit in sanitatis regimie debet esse a sano desiderio et naturali qđ quidē desideriū nō excitat appetit⁹ aut intuitus aut prurit⁹ aut ardor aut fortis imaginatio: sed ꝓmouet ipm multitudo spmatis ex repletione cū spū ventoso ꝛ ad hoc iuuat sanitas virtutis. Debꝫ aūt quis intantum vti coitu ꝙ eius appetit⁹ cōfortetur ꝛ sentiat se leuiorem ꝛ magis gaudentē. Nō debet aliquis vti coitu corpe repleto cibo vel post cibū immediate sicut nec tūc est exercitandū: nec corpe existente multū famelico. Hoc em̄ magis est ꝑnecās calorē naturalē ꝛ magis trahens ad liquefactionē ꝛ ethicā ꝛ arefactionē. Et si contingat aliquē īmediate coire post cibum oportet prius ipm moueri paulatim vt cibus descēdat ꝛ nō natet: deinde dormiat. Hora aūt coeūdi est post cōplementū prime ꝛ scđe digestiue: ꝛ tertia iam incoata: ꝛ debet expleri coitus ante exercitiū ꝛ fricationē. Et si aliquis in principio noctis esset in tali dispositione tūc esset hora ad coitum cōuenientissima. Nam somn⁹ succedit ei longus ꝛ accrescit cuꝫ eo virtus ꝛ semē figit in matrice: ꝛ sic ꝯceptio fit facilior ꝛ ex coitu minor inducit debilitas. Amplius q̄ vult coire nō debet esse vehementer calefact⁹ nec infrigidatus licet post calefactionē minus noceat ꝙ post īfrigidationē. Ampli⁹ coitus euitari debꝫ post oēs euacuatiōes fortes: sicut post vomitum ꝛ fluxum ventris ꝛ fleubothomiā ꝛ post fortes motus corporeos Et silr̄ cū īstat post fortē irā: vel tristiciā: vel post forte gaudiū: ꝛ similiter tps emissionis stercoris ꝛ vrine. Ampli⁹ mulieres ꝑgnātes dubitātes aborsum: euitent coitū: sicut prius dixi. Amplius in actu coeūdi nullomodo retineatur spma. naꝫ hoc ꝑducit ad destructionē vni⁹ vel duoꝝ testiculoꝝ Ampli⁹ diligēter est notandū: ꝙ in coitu sunt figure incōueniētes ꝛ cōtra

Amor hereos.

Coitus debet fieri a naturali appetitu

legem & mores ex quibus corpora possunt incidere in maximũ nocumẽtũ sicut si ascendat mulier supra virum mala est figura: ex ea eñ timetur inflatio & vlceratio virge et vesice propter laborem eiectionis spermatis et dubitatur cursus alicuius in virgam ex parte mulieris. Nec igitur coitus figura penitus est fugienda. Conuenientem autem fuguram coeũdi & vtilem ad ꝯcipiendũ dixi in capitulo de regulis appropriatis sexui femineo. Modus coitus.

Amplius scias ꝙ coitus cũ infantibus & masculis est fedus & abomīabilis in lege ꝓhibitus & ex vna parte est nocibilior & ex alia minus nocius. Nocibilior quidem quia natura indiget in tali coitu motu plurimo vt sperma educat: & minus nociuus est qꝛ minus expellitur de spermate ꝙ cum muliere & cum minori delectatione. Etenim delectatio magna in coitu vna est de causis inducentibus debilitatem: & ideo qui plus in coitu delectantur plus debilitantur.

Capitulum sextum.

De comestis & bibitis.



Ordo naturalis expostulat vt post ꝓdicta determinetur de comestis & bibitis si quidẽ post exercitiũ & balneũ & coitum cibus est necessari⁹: similiť et potus. Primo igiť determīabitur de cibo & potu in generali. Scdo aũt de singulis maneriebꝰ ciborum & potuũ in speciali vt nostra doctrina sit sufficientior et vtilior. Post eñ exercitiũ coitum & balneũ corpus remanet inanitũ cui debeť refectio. Unde videm⁹ ꝙ post talez inanitionẽ sequiť cibi appetitus & desideriũ. Naturalis eñ appetitus incipit inanitione mẽbroꝝ & terminať ad inanitionẽ factam versus orificiũ stomachi ad quã sequitur sensus talis inanitionis q̃ fames appellatur & desideriũ. Et hmōi fames inducitur ad ostẽdendũ necessitatez cibationis. Post hoc ergo desideriũ nõ est tardãda cibatio eo ꝙ famẽ tolerare: stomachũ replet malis humoribus. Attrahit eñ stomachus ex vicinis partibꝰ qua retinent qđ melius & vtili⁹ est: & dimittunt abire qđ pei⁹ est & inutile. Unde videm⁹ manifeste ꝙ famẽ tolerãtes multas aquositates emittunt ab ore & satis cito desinit coꝝ appetitus ꝓpter repletionem malã & innaturalẽ in stomacho causatã. Unde appetitu deficiẽte nõ est comedendũ sed accipiendũ iulep: vel syrupũ acetosum vel aquã calidã et tantuz est ieiunandũ donec appetitus venerit vel excitetur. Et redeat quibus recte pactis cõmestio subsequi debet. Et est valde cauendũ ne stomachus a deo repleať ꝙ tendať siue torqueatur & multũ grauetur & anhelitus angustietur & pulsus velociteť. Et similiter repletio nauseatiua & fastidium inducẽs multũ est euitãda & specialiter ex malis nutrientibus Nam si fastidium fit ex grossis nutrientibus ꝓueniunt iuncturaꝝ dolores & renum & podagra & asma & grossicies splenis & epatis & vniuersaliter egritudies fleumatice & melãcolice. Et si fastidiũ fit ex humoribꝰ subtilibus ꝓueniũt febres acute & maligne: & apostemata multũ acuta. Multum igitur euitanda est repletio nauseatiua. Non igitur est comedenduz quin locus remaneat vacuus in stomacho: nec ex toto debet desiderium sopiri: sed retineri debent alique reliquie appetitus & hoc specialiter est obseruandum in habentibus appetitum fortem. Sunt eñ quidã qui oŕuz

Cibatio nõ est tardanda: p⁹ desideriũ.

appetitus naturaliter inclinans eos multū sopitus est. Et isti forte plus debent comedere ꝙ̄ appetunt. Et in hoc multū consideranda est experiētia que omnium rerū scđm dictum cōmune magistra est considerando hoc est aduertēdo circa subtilitatem ꝛ quātitatem cibi quā quantitatē aliq̄s pfecte et etiam meliori modo sine corruptione pōt digerere scđm plures dies. Nam quantitas offerendorū nō potest certis litteris denotari. Et si aliquis forsan hanc repletionē nauseatiuā incurrat statim euomat. Et si forsan euomere nō possit somni ꝛ exercitij incrementū recipere debet. Et sumenda sunt que ventrē soluunt: ꝛ sequenti die parū sumendū est de cibo. Amplius multū cōsiderari debet ꝙ appetitus nō sit ebriosi vl' fastidiosi. Talis eñ appetitus nō est preco suscipiēdi cibum: vnde recurrendū est ad alia signa. s. ꝙ sentiat stomachum vacuum ꝛ ꝙ expulse sint egestiones cibi prioris ꝛ ꝙ vrine sint digeste. His eñ apparētibus tempus est recipiēdi cibū dato ꝙ nō vigeat appetitus ꝛ specialiter si aduenerit hora in qua ꝯsueuit cibari ꝛ nō acciderit error in priori cibo vel in aliqua qđ digestionem impediuerit prioris cibi. Et est diligenter notandū ꝙ quidā sunt indigentes plurimo cibo ꝛ quidā pauciori ꝛ quidā mediocri. Naꝫ habentes calorem fortē ꝛ corpus magnū ꝛ multū exercitantes ꝛ vniuersaliter habētes virtutes naturales cibatiuas fortes indigēt multo cibo. Et per oppositum quorū calor est debilis ꝛ corpus paruū ꝛ virtutes cibatiue sunt debiles ꝛ parū laborātes indigent pauco cibo. Et mediocres inter istos indigent mediocri cibo. Hoc igitur est qđ potest declarari de cibi q̄ntitate per rationem. Nō tamē debet ꝑtermitti expientia sicut prius de fricatione et exercitio dictū est: ꝛ sicut dictum est de multo ꝛ pauco sic suo modo intelligatur de subtili ꝛ grosso. Nam habētes calorē fortem ꝛ mēbra dura ꝛ virtutes cibatiuas fortes ꝛ multū laborantes indigēt cibis grossiorib' cuiusmodi sunt carnes bouine porcine ꝛ anatū ꝛ similia. Et per oppositū quorum mēbra sunt debilia: mollia: humida: ꝛ rara: ꝛ calor debilis: indigēt cibo subtili cuiusmodi sunt oua sorbilia ꝛ aqua carnis. Et mediocres indigent mediocri cibo. Etiam dico ꝙ quidā sunt indigētes cibo multi nutrimenti: quidā pauci: quidaꝫ mediocris. Homies macilienti quorū calor est multum resoluēs ꝛ laborantes multū indigent cibo multū nutriente cuiusmodi sunt oua sorbilia ꝛ oua dura ꝛ aqua carnis. Et per oppositū homines pingues pleni fleumate habētes carnes humidas nō multum laborantes ꝛ habētes calorem obtusum ꝛ lentū: indigent cibis pauci nutrimenti cuiusmodi sunt olerū genera ꝛ fructuū ꝛ caseus ꝛ mediocres indigent mediocri: sicut eñ se habet extremū ad extremū ita mediū ad mediū. Amplius sciendum est ꝙ oīs hoīes indigent cibo boni nutrimēti. Unde si aliquis vtatur cibis mali nutrimenti q̄uis ei forsan in presenti non noceant vel propter consuetudinē vel virtutū fortitudinē ꝛ digestiue bonitatem imposterum tamen ad malas veniet egritudines. Quidam tamen sunt quipꝑter consuetudinem ꝛ quandā nature proportionabilitateꝫ preeligere debent cibum parū deteriorem. Unde si quis consuetus sit vti malo cibo nō subito debet mutare cōsuetudinem sed paulatim. Quod si forsan consuetudinē mutare nō possit ꝓpter aliquam causam specialem bonum est ꝙ sollicitus sit in purgando humores qui generantur a tali cibo et sic preseruabitur ab infirmitate. Si aūt cibus consuetus ꝛ desideratus nō sit malicie notabilis nō mutetur. Nam maliciā paruam corrigit natu

De vacuitate stomachi.

Dieta.

Mutatio consuetudinis.

ram bonitate digestionis z longitudine cõsuetudinis. Sed si fuerit mali cia notabilis z magna nõ est corrigibilis a natura. Unde falsum opinan tur credentes malũ cibum notabiliter longitudine temporis z bonitate appetitiue posse corpus in sanitate debita cõseruare sine operationum sensibili lesione. Dicamus igitur recapitulãtes de cõpositis qđ in simpli cibus dictum est ꝙ quidã sunt indigentes cibo multi nutrimenti facilis digestionis z boni chymi cuiusmodi sunt oua sorbilia z aqua carnis z vi num odoriferum z subtile. Et talia cibaria cõpetunt habentib⁹ digestio nem debilem z a quoꝝ corporibus: facta est plurima resolutio cuiusmodi sunt ꝯualescentes z indigentes augmẽto z vniuersaliter debilem digesti uam habẽtes: z quoꝝ corpora sunt multũ resolubilia z calore extrinseco et intrinseco. Alij sunt quibus ꝯpetunt cibi multi nutrimenti z difficilis digestionis: boni chymi cuiusmodi sunt caro annualis agni z oua dura z similia. Hec eñ cõpetũt hoĩbus quoꝝ calor est fortis valde z multuz exer citantibus z habentibus fortem digestiuã z mẽbra dura z spissa. Est autẽ tertium mẽbrũ his ꝯtinuũ qđ nullis ꝯuenit iudicio meo puta cibus mul ti nutrimenti facilis digestionis z mali chymi puta caro equina z anatũ et vaccina. Sunt etiam alia cibaria que sunt difficilis digestionis z mali chymi z pauci nutrimenti que etiã in sanitatis regimĩe nõ ꝯueniunt z hu iusmodi est caro salita z salsi pisces. Amplius sunt quidã indigentes cibo facilis digestionis z pauci nutrimẽti z boni chymi cuiusmodi sunt lactu ca z malagranata z similia. Et hec cibaria cõpetunt corporib⁹ repletis et humidis debilem digestiuã habentib⁹ a quoꝝ corporibus nõ multa fit re solutio habentib⁹ tamen appetitũ bonũ. Sunt etiã alia cibaria que sunt subtilis nutrimẽti z nõ multi z mali chymi que nõ cõpetunt in regimine sanitatis cuiusmodi sunt pulmo z caro aĩalium brutorum et sic de simili bus de vtero nouiter egredientium. Ampli⁹ est cõsideranda cibarioꝝ qua litas actualis z virtualis. Actualis quidẽ qꝛ in hyeme recipiãtur cibaria actu calida z in estate frigida z in mediocrib⁹ tꝑibus mediocria. Et simili ter intelligatur de virtuali qualitate. Nam calida virtualiter cõpetunt in hyeme: z frigida in estate: z in tꝑibus mediocribus mediocria. Amplius qui multũ lapsi sunt in calido: indigẽt cibis frigidiorib⁹ z ecõtra. Et simi liter intelligaẗ in alijs qualitatib⁹. Amplius dico ꝙ illa que possũt esse causa corruptionis digestionis sunt euitãda: puta voracitas cõmestionis et mala masticatio: ferculoꝝ multa interruptio diuersoꝝ ciboꝝ z potuũ in eadez mensa sumptio: z multa potatio: z mala ciboꝝ ordinatio puta si grossa cibaria recipiãtur ante subtilia: nam ex hoc corrũpitur digestio: nã subtile digeriẗ ante grossuz z nõ habens exitũ in stomacho ꝑmanet plus debito z sic in stomacho corrũpitur z alium cibũ nõdum digestũ corrũpit Unde rationabilius est primo recipere subtilia cibaria z post grossa. Si enim digerãtur ante grossa descendent a stomacho z grossa remanebunt in stomacho vsqꝫ ad perfectam digestionem. Nam via que patet subtilio ri nõ patet grossiori. Sed hic est diligenter notandũ: ꝙ si aliquis paruz co medere velit de grossioribus z multuz repleri de subtilioribus tunc puto rationabilius esse ꝑmittere cibaria grossa. Naz in pauca q̃titate eque cito digeri possunt sicut subtilia in magna q̃titate. Unde in tali casu non est incõueniens premittere grossa. Si quis autẽ sciret ꝓportionare passuz ad agens vniformiter ita ꝙ tanta esset diuersitas inter grossum z subtile

Recapitulatio.

Cibaria mali chymi.

Dieta vitanda.

sicut est inter calorem fundi stomachi ꝛ eius oris tunc melius esset pone-
re grossum in fundo ꝛ subtile in orificio: sed q2 hoc quasi est impossibile ꝛ
error qui potest contingere permittēdo subtile est minor ꝛ magis corrigi
bilis: ideo subtilis premittendus est grosso. Amplius considerandū ꝙ
cibus primus nō sit lubrificatiuus: nam postꝙ erit digestus vel ante di-
gestionem trahet secū alium cibū indigestū. Amplius est aduertendū

Cibus primus non sit lubrificatiu⁹ dieta de fructibus.

ꝙ in principio nō sumātur fructus stiptici puta coctana mespila: nam et
hoc possit impediri descēsus cibi a stomacho. Unde verū est ꝙ habētibus
ventrem fluxibilem interdū talia cōpetunt in principio comestionis. Et
vniuersaliter cōsiderandū est ꝙ sanitatis cōseruator: nec fructib⁹ nec ole
ribus vti debet nisi in pauca ꝙtitate. Generant enī sanguinē aquosū ꝛ va
porosum ꝛ putrefactioni aptum. Si tamē fructib⁹ vti contingit in sani-
tatis regimine fructus stiptici sunt postponēdi alijs cibis sicut coctana
pira: amigdala: castanee: mespila: auelane. Et fructus laxatiui sunt p̄mit

Electio fructuum

tendi: puta vua: ficus: pruna: persica: mora ꝛ similia: nec post tales fruct⁹
est imediate comedēdus ali⁹ cib⁹ sed parū imorandum ꝛ supbibēdū aliqd
subductiuū vētris puta mellicratū vel vinū dulce vl' aliqd brodiū subdu
ctiuū. Tales aūt fruct⁹ maxie ꝯpetūt his q̄ aliqualē estuationē sentiūt i
stomachis eoꝝ vl' pp naturalē ꝯplexionē vel ꝓpter laborē vel balneū vel
aliqualē īfirmitatē. Nolum⁹ aūt plus loq̄ de fructib⁹: q2 de his inferi⁹ spe
cialiter loquemur. Amplius scias ꝙ in regimine sanitatis nō multū com
petunt saporum diuersoꝝ delectamenta ex quibus homo plus de cibo re-
cipit ꝙ deberet: vnde talia saporum delectamenta plus conueniūt egris

Medicinalis cib⁹ ꝓhibetur

ꝙ sanis. Amplius scias ꝙ in regimine sanitatis nō competit aliquod me
dicinale nisi forsan ad preseruandū sed nō ad conseruandū. Nam sicut de
proprietate cibi est conseruare sic de proprietate medicine est alterare. Ca
ueat igitur sanitatis conseruator ne vtatur aliquo sapiente naturam me

Hora comedendi.

dicinalem ad conseruandum licet bene ad preseruandum. Amplius hora
cōmestionis eligatur frigida: ꝛ si nō sit possibile eligatur locus frigidus ꝛ
sint hore cōmestionis tales ꝙ post eas homo possit quiescere ꝛ tandē dor
mire. Non etiam imediate post cibum est exercitandū sed primitus quie
scendum ꝛ dormiendum: non tamen vituperatur sed laudatur lenta post
cibum deambulatio ante somnum vt cibus descendat ad fundum stoma
chi in quo fit cibi melior digestio. Quod autē iuuat de cibi digestionē est
primitus parum dormire super dextrum latus vt cibus descēdat ad fun-
dum stomachi: deinde longiori tempore super sinistrum vt digestio perfi
ciatur. Nam decubitus super sinistrum latus plus confert digestioni om
ni alio decubito. In hoc enī decubitu epar amplexatur cibū in stomacho
sicut gallina ouum in pulli generatione et sic cibus in stomacho perfe-
ctius digeritur. Sed in fine somni iterum iacendū est supra dextrum vt
facilius cibus transeat ex stomacho ad epar ꝛ superfluitates digestionis
prime facilius descendant. Et est diligenter notandum: ꝙ si contingat ali
quem a proposito vel casu recipere cibum alicuius male qualitatis: puta
acetosū vel salsum vel ponticum satis est rationabile post eūdem recipe
re cibum qualitatis contrarie ad corrigendum maliciam primi: verbi grā
si quis recipiat cibaria acuta vel salsa ꝛ post talia recipiat ante eorum di
gestionem res humectantes ꝛ dulces vel saporem nō habentes erit cōue-
niens regimen; similiter intelligatur in alijs. Amplius summopere est ca

uendum q̄ post cibum digestione inchoata nō bibatur aqua vel vinū in q̄titate notabili. Hoc enī est de his que digestionis ebulitionem interrū-punt: sicut patet in potu bulliente si super infundatur aqua frigida: nam ab ebulitione desistit. Non est igitur bibendū donec cibus de stomacho descendat. Quod si sitis necessitatem inferat modicum aque sugendo paulatim bibat. Et q̄to plus fuerit frigida tanto minus de ea sufficiet. Amplius scias q̄ bibere vinum post cibum digestione iam inchoata facit cibum descendere de stomacho indigestū ꝛ facit accidere opilationes ꝛ earum egritudines ꝛ similiter putrefactionē. Amplius scias q̄ vehemēter famelicus nō debet primo recipere cibum subtilem quod si contingat stomachus terrebitur a grosso nec postea grossum recipere aut digerere potest: et sic cibus grossus corrumpetur. In tali igitur casu premittendus est cibus grossus paulatim ante subtilem: non enim postea terrebitur stomachus a subtili. Causa autem huius accidentis est ex eo q̄ in stomacho vehementer vacuo et inanito est calor intensus cui cibus subtilis nō est proportionatus. Unde recepto cibo subtili propter stomachi forte desiderium et cibi subtilis paucam resistentiam dispergitur cibus ad omnes partes stomachi: et sic quedam repletio fantastica causabitur: ꝛ sic os stomachi claudetur ꝛ terrebitur natura a cibo superueniente grosso nisi tantum interueniat spacium q̄ predicta repletio fantastica sedetur que non causabitur si cibus grossus recipiatur primitus in stomacho vehementer vacuo et famelico. Nam cibus grossus non dispergitur propter ei⁹ inobedientiam ad singulas partes parietum stomachi sicut dispergebatur subtilis. Amplius sollicitandum est in numero comestionū: et in hoc est multum consideranda consuetudo: et obseruanda vel paulatim si sit mala omittenda. Qui igitur in die semel comedere consueuit non subito se transferre debet ad duas comestiones nec contra: subita enim mutatio nocet. Et in hoc multum considerare debet medicus: verum experimentum illud quod potest ratione sciri: hic breuiter est dicendum. Quidam enim sunt quibus vnica comestio in die naturali videtur sufficere. verbigratia quorum virtutes sunt satis fortes et membra non multum resolubilia. Et parum exercitantes se et qui sufficientem cibum vnica comestione sumere possunt: et in humoribus fleumaticis habent habundantiam. Et vniuersaliter quorum corpora humida sunt et cum hoc cibaria quibus vtuntur sint aliqualiter grossa et viscosa et multum nutrientia et non faciliter resolubilia. Talibus enim sufficit cibus semel in die naturali: nisi consuetudo sit ad contrarium. Sunt autem alij quibus non sufficit vnica comestio in die naturali: sicut illi quorū virtutes sūt debiliores et calor est fortis ad digerendum ꝛ resoluendum: ꝛ quorum corpora sunt resolubilia et macillenta ꝛ ad siccitatem naturaliter vel accidentaliter declinantia ꝛ vtentia cibo subtili facile resolubili ꝛ digestibili et in q̄titate minori ꝛ cum hoc multum exercitantia. His igitur competit bina comestio in die naturali. Mediocribus vero ꝛ temperatis sufficit comedere ter in duobus diebus sic q̄ inter vnam comestionē ꝛ aliā interueniat spacium sedecim horarum. Sunt autem quidam quibus nō sufficit bina cōmestio in die naturali. Sed debent cibari ter vl' quater in die: sicut senes ꝛ cōualescētes ꝛ pueri ꝛ vniuersaliter debiles. Senes enī sūt sicut lucerna extinctioni parata. Unde si eis cibus nō sepe administre-

Famelic⁹ ex grossis cibarijs ē reficiend⁹

Regula numeri cōmestionum.

Senes et pueri ꝛ cōualescētes sepius et parū comedere debent

tur calor consumitur ꝛ extinguitur ꝛ si vna vice multum administretur eorum calor suffocatur vnde isti indigent sepe comedere ꝛ parum. Conualescētes sunt hmōi: indigent em̄ cibo vt deueniāt ad ꝓpriū statum: sed q̄a eorum calor est debilitatus nō possunt multū cibuꝫ simul digerere. Bonū est igitur ꝙ parcią̄t eoꝝ cibus vt corpus confortet et calor naturalis non laboret in digerēdo ꝛ eadem ratio est in pueris. Complexionib⁹ igitur hominum cōsideratis dicemus ꝙ fleumatici meli⁹ possunt ieiunare ꝛ colerici minime: sanguinei aūt ꝛ melancolici mediocriter nisi ꝙ melācolici magis se tenent ex parte fleumaticoꝝ: ꝛ sanguinei ex parte colericoruꝫ. Et inter hos om̄s temperati mediocres existūt. De etatibus etiam patet ꝙ infantes ꝛ specialiter animosi minus possunt ieiunare et senes a senectute maxime ꝛ mediocres se habent medio modo. Hec igitur sunt que scōm rationem dicere possum⁹ de numero cōmestionuꝫ. Est aūt diligenter notandum: ꝙ sunt quedā cibaria que nō sunt simul edenda puta lac ꝛ acetum ꝛ vniuersaliter acetosum: nec lac ꝛ pisces: nec lac acetosum cum raphano: nec carnes volatilium post risum conditū cum lacte: nec vti debem⁹ oleo vel pinguedine in cōdimēto ciboꝝ q̄ in ereo extiterūt vase. Ampli⁹ multum est considerādum quādo competunt cibaria grossiora in mane vł in vespere. Et saluo iudicio meliori puto ꝙ nisi reuma impediat ꝙ vespere grossior cibus ꝛ maior in q̄ntitate cōpetit ꝛ specialiter supposita noctium longitudine sufficiēti ꝛ ꝙ homo dormiat de nocte. Nā digestio fit in quiete: ꝛ in somno quiescūt virtutes aīales ꝛ fortificātur naturales. In somno em̄ melior fit digestio in stomacho in epate ꝛ in toto corpore sed suspecti de reumate abstineant a cena aut parum cenent ꝛ longe a somno.

Etatuꝫ cōsideratio.

Grossa cibaria.

Amplius diligenter est notandum: ꝙ aliquis volens sanitatem cōseruare nō multuꝫ bibere debet: nec in principio mense nec in medio sed differre debet potum vsq̄ ꝓpe finē comestionis ꝛ tūc tantum bibendum est ꝙ vera sitis sedetur. Est aūt vera sitis quedā estuatio in stomacho causata ex cibo recepto qui habet quodāmodo stomachuꝫ calefacere ꝛ exsiccare. Est enim fames appetitus calidi ꝛ sicci: ꝛ sitis frigidi ꝛ humidi: ꝛ qꝛ talis estuatio maxime contingit circa finem comestionis. ideo tunc est bibendum ꝛ nō ante nisi parum. Sciendū autem ꝙ triplex est potus: quidam enim est permixtiuus alius sedatiuus: ꝛ alius est sitis delatiuus. Potus igitur permixtiuus potest recipi simul cuꝫ permixtiuo cibo. Unde saluo meliori iudicio puto ꝙ talis potus non debet differri vsq̄ ad finem comestionis sed debet recipi in principio medio vel fine. Et iste potus maxime competit quando sumuntur cibaria grossa actualiter sicca et virtualiter sicut patet in laborantibus comedentibus panem siccum. Sed potus sitis sedatiuus regulariter et in hominibus bene dispositis debet differri vsq̄ ad finem comestionis. tunc enim est vera sitis propter estuationem cibi calidi ꝛ sicci. Non em̄ multum rationabile est ꝙ simul vigeat sitis et fames: qꝛ sunt appetitus ad contraria. Potus aūt delatiuus maxīe cōpetit cōpleta prima digestione: ꝛ tūc regulariter nō est maluꝫ bibere vt cib⁹ facili⁹ trāseat a stomacho ad epar ꝛ p̄paret stomach⁹ ad recipiendū aliuꝫ cibū: ꝛ si forsan ꝯtigat aliquē sitire nō p̄cedēte comestiōe ꝛ sine fame pōt p̄nosticari a medico sitis illa esse īnaturalis: ꝛ in tali casu interdū pōt cōpetere ante cibum: sed quia hoc exit limites regiminis sanitatis nō plus loquimur de isto. Pot⁹ aūt q̄ regulariter cōpetit in regimīe sanitatis nō

Triplex potus

Potus ꝑmixtus.

Potus sedatiuus.

Potus delatiuus.

est aqua sed vinum vel aliquid porportionabile vino: puta cernesia vel cerusarium vel pomeriũ vel mellicratũ vel aliquid simile: quibus omnibus vinum est melius. Et quia de his omnibus inferius tractabitur in speciali volo transire. Vinum autem quo vti debemus in regimine sanitatis non sit acutum nec igneum: nec grossum: nec dulce: ꝛ in estate sit albũ vel roseum: ꝛ in hyeme rubeum vel subrubeum ꝛ sit clarum ꝛ subtile ꝛ saporis amicabilis ꝛ odoris suauis. Et est hic diligenter notandum ꝙ quorundam magistrorum opinio est ꝙ magis eligendum est vinum debile sine aque admixtione: ꝙ̃ vinum forte cum aqua fractum ꝛ specialiter corporibus temperatis colericis ꝛ sanguineis: sed istorũ opinioni nullatenus acquiesco. Nam vina debilia cuiusmodi sunt gallicana multum sunt corruptibilia. Unde facilime corrumpuntur. Et huius rei signũ est ꝙ si vinũ debile gallicanũ dimittatur in aere per noctem in mane inuenitur corruptum. Unde puta ꝙ vinũ forte fractuꝫ cum aqua multũ est cõuenientius in sanitatis regimine nisi casu in quo vinũ debilius non sit adeo debile ꝙ sit nimis corruptibile in natura sua sicut vina gallicana. Ex his igitur patet ꝙ nectar non competit in regimine sanitatis in via potus. Et vniuersaliter vina sapientia naturam alicuius farmacorũ vel ratione vasis vel ratione permixionis. Etiam patet ꝙ vinum nouũ defecatum seu clarificatum magis competit in regimine sanitatis ꝙ̃ vinuꝫ antiquũ. Et est notandum diligenter ꝙ interdum aliquis patitur sitim mendosam in qua non estuat orificiũ stomachi sed guttur ꝛ pulmo arescit ꝛ os ꝛ palatũ vel propter puluerem aut motum aeris ꝛ calorẽ ꝛ siccitatẽ. Et in tali casu nõ expedit bibere sed sufficit gargarizare vinũ bene lymphatũ aut aquaticuꝫ ꝓpter partes predictas humectãdas: vel si magis placet succosos fructus masticare ꝛ abijcere vel modicum succi deglutire propter gutturis asperitatem ꝛ ariditatem erit expediens. Amplius scias quod in tali siti interdum iuuat attractio aeris frigidi per os ꝛ nares. Et est diligenter notandũ ꝙ secundum diuersitates complexionis etatis ꝛ sic de singulis attenditur diuersitas in administratione vini vel potuũ aliorũ. Quibusdam eñ complexionibus competunt vina fortiora ꝛ quibusdã debiliora: ꝛ quibusdam plus quibusdam vero minus: ꝛ quibusdam grossiora ꝛ quibusdam subtiliora. Et similiter intelligitur de etatibus ꝛ alijs. Homines igitur calidioris complexionis indigent vinis debilioribus ꝛ subtilioribus ꝛ indigent maiori quantitate. Et homines frigidioris complexionis indigent vinis fortioribus ꝛ minoris quantitatis. Amplius habentes neruos debiles indigent vinis debilibus: ꝛ habẽtes cerebruꝫ forte ꝛ neruos fortes securius possunt vti fortioribus. Amplius debiles indigent vinis ꝛ potibus magis nutritiuis ꝛ fortes minus. Amplius melancolici indigent bonis vinis. Tũ quia frigidi ꝛ vinũ calefacit. Tũ quia tristes ꝛ vinũ letificat. Tũ quia habent paucos spiritus ꝛ eos vinũ multiplicat. Quantitas autẽ mediocris potus quem homo habet recipere in mensa ad sitim sedandam ꝛ ad cibi permixtionẽ est quattuor librarũ minutarũ: sicut quidam sapiens testatur ꝛ experientia docet. Sed q̃titas potus offerendi sicut nec aliorũ potest litteris certis scribi: sed coniectura veritati propinqua. Quidã eñ sunt quibus sufficit minor quantitas ꝛ quibusdã maior: ꝛ in hoc multum debet attẽdi q̃titas cibi ꝛ qualitas. Nam secundũ aliã ꝛ aliã cibi q̃titatẽ ꝛ qualitatẽ diuersificabitur potus q̃titatis; sicut etiã diuersificatur sitis

De vino.

Opinio aliquorum

Nectar nõ competit

De siti mẽdosa

Cõsideratio circa etateꝫ ꝛ cõsuetudinẽ

naturalis. Unde qui plus comedūt ꝛ cibaria maiorē estuationē in stomacho inducentia plus sitiunt ꝛ indigent ampliori potu. Et quanto sitis est maior ꝛ intēsior ceteris paribus potus debet esse debilior ꝛ in q̄titate maior ꝛ econuerso. Amplius in exhibitione potus debet multū considerari qualitas ꝛ q̄titas stomachi capientis. Habentes enim stomachū siccum multū sitiūt ꝛ magnam quātitatem potus substinere non possunt. Et contrariū est de habentibus stomachū humidū. Nam isti parꝫ sitiūt ꝛ magnā quātitatem potus sustinere possunt. Hec igitur generalia sufficiunt de cibo ꝛ potu: quia inferius de his tractabitur in speciali.

Capitulum septimum de somno et vigilia.



Consequens est determinare de somno et vigilia ei cōtraria. Nā regule ex his sunt in regimine sanitatis plurimū necessarie. Est igitur diligenter notandū ꝙ somni vtilitas in sanitatis regimine si debite administretur est valde magnū bonū. Est igitur ꝑpendere q̄to somno natura iuuetur. Nā per somnum calor naturalis qui operaꝶ circa materiā nutrimenti in interioribus cōfortatur in quibus viget alimēti digestio: ꝛ sic melior fit digestio. Amplius per somnū quiescūt omnia mēbra exteriora a suis operationibꝰ. Et q2 digestio fit in q̄ete magis tūc viget digestio. Amplꝰ per somnū virtutes animales que fatigate sunt refocillantur ꝛ confortātur siquidem erāt fatigate per motū per q̄etem somni fortificantur. Unde in omni motione corporis cū ceperit quis dolere statim q̄escere remediū est. Non est aūt vera requies nisi in somno. Nā in vigilia organa sensuū sunt in actu secūdo ꝛ sic non potest corpus vere q̄escere. Unde etiā mēbra motiua non vere q̄escere possunt in vigilia propter colligantiā ꝛ propinq̄tatem ad organa sensuū q̄ sunt in actu secūdo: ꝑpter hoc igiꝶ nō potest homo esse diu sine somno. Si eniꝫ somnꝰ fuerit moderatꝰ cibus digeritur ꝛ corpus impinguaꝶ: dolor dissoluitur: animus confortaꝶ: calor naturalis augmentaꝶ: humores temperanꝶ: ꝛ mens clarificatur. Amplꝰ somnus est calefaciens ꝛ humectans: digestio aūt viget per calidū ꝛ humidū. Et sic apparet ꝙ somnꝰ bene adiuuat digestionem. Et q2 senes sunt frigidi ꝛ sicci ꝛ male digerunt indigent maxime somno: quapropter Galienꝰ in etate senectutis prouocabat sōnū cū cōmestione lactucarū: sed q2 lactuce sūt frigide ipsas cū aromatibꝰ comedebat. Et sicut somnꝰ debito modo exhibitꝰ multas habet vtilitates: sic ꝛ vigilia moderata ꝛ debito modo exhibita. Nā desideriū auget ꝛ famē excitat: partes exteriores confortat: ꝛ spiritꝰ ad exteriora mouet sine q̄bus nō possunt mēbra exercitari qđ tamē exercitiū est multū necessariū. Et sicut somnꝰ ꝛ vigilia moderata sanitatem ꝯseruāt: sic etiā si in debito modo exhibeantur sanitatē corrūpūt. Unde immoderatꝰ somnus preparat corpus ad apoplexiam epilentiam ꝛ paralisim ꝛ stuporē. Et vt sit ad vnū dicere generat egritudines humectantes ꝛ reumata ꝛ splenes ꝛ neruos laxat ꝛ pigriciā efficit ꝛ desideriū deicit apostemata ꝛ febres frequenter generat. Uigilia aūt immoderata corpus desiccat ꝛ virtutes animales debilitat ꝛ digestionem diminuit ꝛ preparat corpus ad egritudines consumptiuas. De vigilia autem innaturali q̄ est res contra naturam ꝛ de somno innaturali ꝛ ex quibus causis possunt pro

Utilitas somni.

Somnus calefacit ꝛ humectat

De vigilia

Nocumētū somni.

nenire non est hic dicendum quia hoc exigit regimen sanitatis ꝛ ingreditur curam egrtudinis. Sufficit autem ad presens scire ꝙ somno ꝛ vigilia in corporibus sanis possumus vti bene ꝛ male. Dicamus igitur modū vtendi somno. Sciendum igitur ꝙ post comestionem competit somnus: non quidem immediate: sed tantum immorandum vt cibus descendat ab orificio stomachi. Nec est post imediate laborandū nec mente studendo disputando vel legendo vel corpore exercitando. Hec enim impediūt cibi digestionem: sed quiescendū est: ꝛ audienda sunt aliqua musicalia quibus homo non sit multū intētus vel alique hystorie. Quod si forsan tardetur cibi descensus ab orificio stomachi parū ꝛ lente est deambulandū quousqꝫ sentiatur cibum descendisse ab orificio stomachi. Si enim quis ante descensuꝫ cibi a stomachi orificio dormire presumat: generantur rugitus ꝛ inflationes ꝛ dolores in ventre: ꝛ etiam somnus laboriosior ꝛ digestio corrumpit. Et postꝙ cibus descendit ꝛ fumi mulcebres ꝛ suaues fuerint eleuati ad cerebrum inducentes somnum tūc nature est satisfaciendum ꝛ dormienduꝫ. In estate quidem in loco frigidiori non reumatico cū pedibus non calciatis. Nam dormire pedibus calciatis inducit visus debilitateꝫ ꝛ totius corporis estuationem. Amplius omnia mēbra totius corporis debēt esse cooperta ꝛ melius ꝙ in vigilia ꝛ specialiter caput ꝛ puluinare debet esse altū ne cib⁹ regurgitet ad orificiū stomachi ꝛ in principio somni paꝝ dormiendū est supra latus dextrū. Hoc enim est iuuās ad perfectū cibi descensū et paꝝ ad digestionē. Quidā aūt magni asserūt huius contrariū. Dicunt eniꝫ ꝙ decubitus supra dextrū latus iuuat ad digestionem: quia tunc epar supponitur stomacho sicut ignis lebeti. Hec autē imaginatio est falsa. Nam epar non digerit cibum in stomacho calefaciendo ad modum ignis: sed amplectendo cibum in stomacho sicut gallina ouum. Et quia dormiendo supra sinistrum latus perfectius amplectitur: ideo perfectius digerit. Nō igitur dormiendum est supra dextrum nisi parum propter descensum ꝛ deinde supra sinistrum propter digestionem. Et in fine digestionis dormiendum est aliquantulum supra dextrum vt facilius descendat cibus de stomacho ad epar: ꝛ superfluitates prime digestionis liberius descendant. Quantitas auteꝫ somni sicut nec aliorum non potest certis litteris denotari. Debet autem somnus esse tantus ꝙ prima digestio sit completa: ꝛ ꝙ cibus transferit ad epar: vbi est locus secunde digestionis. Nec est forte malum intantum prolongare somnum ꝙ secunda digestio sit completa. Hoc autem tempus diuersificabitur secundum diuersitatem complexionum etatū ꝛ sic de aliis. Nam qui sunt calide cōplexionis ꝛ habēt digestiuā bonā ꝛ comedūt cibaria facilia ad digerendū ꝛ nō comedūt multū in ꝙtitate tales cito digerūt. Unde in talib⁹ forte sufficit somn⁹ breuis puta sex horaꝝ vel octo ad plus. Sed illi qui sunt istis cōtrarij .s. frigide ꝛ humide complexionis habentes digestiuam debilem ꝛ comedentes multum ꝛ cibaria non obedientia digestioni. Tales vtiqꝫ indigent somno longo puta decem vel duodecim horarum nec tales possunt comedere nisi semel in die naturali. Alij sunt qui medij sunt inter predictos in conditionibus prenominatis: et isti indigent somno mediocri. Amplius in hoc multum considerare debemus fatigationem virtutum animalium. Nam secundum ꝙ fatigatio vel lassatio fuerit maior ꝛ intensior secundum hoc opus est longiori somno et econuerso. Et quorum est mediocris; somnus

Moc⁹ dormiendi

Quātitas somni:

Tps sōni.

Signum. debet esse mediocris. Signū autem sufficiens somni est totius corporis le uitas ꝛ specialiter cerebri: ꝛ palpebrarū ꝛ oculoꝝ ꝛ descensus cibi a stoma cho: ꝛ voluntas ascellandi ꝛ mingendi. Grauitas autem palpebraꝝ ꝛ cere bri ꝛ totius coporis ꝛ somnnlētia ꝛ eructuatio sapiens naturam cibi preas sumpti significat somnū non esse sufficientem. Et est diligenter notādū ꝙ in q̄titate somni sicut ꝛ in alijs cōsiderare debemus secundū experimētū. Experiatur eniꝫ homo q̄titatē sōni vna die. Et sic etiā cōsequenter ꝛ pro culdubio perpēdat quantū dormire ipse debeat. Hec aūt experiētia de bet fieri supposito regimine eodē ꝛ equali seu temperato in predictis die bus. Et est diligenter notandū ꝙ homines tēperati vel prope supposito regimine equali in ceteris: tantū appetūt somnū q̄tū oportet ꝛ est eis ne cessariū. Nā optima natura tantū appetit q̄tū est ei necessariū. Et hoc est veꝝ nisi cōsuetudo obuiet. Sed in corporibus lapsis nō est confidendū in appetitu. Quidā eniꝫ plus appetūt somnū ꝙ oportet: ꝛ quidā minus sicut in exercitio superius memini me dixisse. In corporibus igitur tempera tis vtentibus regimine tēperato potest dici ꝙ q̄titas sōni est equalis q̄ti tati vigiliaꝝ vel ꝑpe. Amplius est sciendū de qualitate sōni ꝙ sōnus q̄to ꝓfūdior tāto melior ꝛ loquor de sōno naturali: de somno eīm innaturali vt stupore nō loquor. Et nota ꝙ ꝯualescētes ꝛ exercitati forti exercitio ꝛ mul tū comedentes dormiūt forti somno ꝛ ꝓfundo. Amplius est sciendū ꝙ cor poribus tēperatis non competit dormire supra ventrē ꝓpter colli tortio nem ꝛ stomachi cōpressionē: licet in habētibus digestiuā debilem cōferat digestioni. Amplius sciendū est ꝙ nullo modo dormiendū est supine. Hoc

Pronosticatio egritudinum Tertia primi. enim preparat corpus ad egritudines prius nominatas puta ad incubū ꝛ apoplexiā ꝛ stuporē ꝛ similia. Hec eniꝫ figura dormiendi facit superfluita tes declinare ad posteriora ꝛ sic retinētur ꝛ non incedūt per suos canales q̄ sunt in anteriorib' ꝛ fiūt causa predictarū egritudinū. Ampli' sciendū ꝙ sōnus naturalis ꝛ bon' est ille q̄ diem nō impedit. Nā dormire de die corp' preparat ad malas egritudines q̄ superius dicte sunt. Nā dies est luminosa cū strepitu ꝛ apta exercitio ꝛ vigilie: ꝛ nox est apta sōno. Tū quia frigidi or: tū q2 obscurior: tū quia q̄escētior: ꝛ quo ad animā ꝛ quo ad corpus. Hoc igitur tempus est magis aptū ad dormiēdū ꝛ dies ad laborandū. Et ideo ꝯcluditur ꝙ versus noctē melius est plus recipere de cibo ꝛ specialiter nisi noctes sint valde breues q2 melior fit digestio in nocte ratione sōni ꝛ qui etis ꝛ frigiditate aeris. Sed suspecti de reumate ꝛ passionibus oculoꝝ et auriū ꝛ ceteroꝝ sensuū abstineāt a cena. Et est diligēter notādū ꝙ ꝯpleto sōno studēdū est diligēter emūdare corp' a superfluitatib' multiplicatis nō solū ꝑ secessuꝫ ꝛ vrinā: sed etiā ꝑ alias ꝑtes tussiēdo ꝛ rascando ꝛ nares mūdando ꝛ caput pectinēdo ꝛ manus ꝛ faciem cum aqua tepida lauādo.

Emissio superfluitatum

Capitulum octauum de accidētibus anime.



Sicut accidentiū anime correctio ad philosophū moralē pertinet vt anima bonis habitibus informetur: sic ad medicuꝫ vt corpus in debita sanitate conseruetur. quot eniꝫ modis alteratur ex necessitate corpus tot sunt ꝓcurationū genera: ꝛ quia anime accidentia ex necessitate alterant corpus ꝛ eoꝝ correctio ꝛ moderatio ad medicū pertinet. Nā sicut mali homines sunt maliciā complexionis sequentes; sic plerūꝗ

eos sequitur complexionis malicia. Unde iracũdi ex frequenti ira vltra modum calefiũt ꝛ similiter suo modo intelligatur in aliis:hmõi autẽ aĩe accidẽtia quoꝝ correctio quodãmodo ptinet ad medicũ sunt:ira:gaudiũ: timor:tristicia:tediũ:ꝛ verecũdia. In ira quidẽ mouet calor ꝛ spũs subito et impetuose ad extra nõ totaliter relinquẽdo radicẽ sed accẽditur in radice primo ꝛ postea mouetur ad extra. Sed in gaudio calor ꝛ spũs mouẽtur paulatim ad extra:ꝛ interdũ totaliter radix puta cor relinquit denudatũ Unde mulieres ꝛ debiles corde ex cõtinuo gaudio syncopizãt qd non contingit ex ira. Unde ptingit hoiem mori ex gaudio ꝛ nõ ex ira. In timore calor ꝛ spũs subito mouẽtur ad intra ꝛ in tristicia paulatim sed in tedio et verecũdia duob⁹ mouentur motibus:modo ad intra modo ad extra sicut patet in tedio qd est tristicia de eo qd futurum est ꝛ inducit vigilias: dato enĩ ꝙ calor moueatur ad intra ex eo ꝙ tristatur: mouetur tñ ad extra ex eo ꝙ futurum est. Unde tristicia talis vigiliã inducit:sed tristicia de eo ꝙ iam preteriit inducit somnum:ꝛ similiter in verecũdia spũs primo mouetur ad intra ꝛ deinde reddit ratio ꝛ cõsiliũ et dilatatur illud qd est ꝯstrictum et egreditur exteri⁹ ꝛ rubificat colorẽ. Et sic manifestũ est ꝙ aĩe accidentia alterãt corpus. Unde igitur ira calefacit corpus q2 accenditur calor ꝛ spũs in corde ꝛ dispgitur ad singula mẽbra:ꝛ pcipue in habẽtibus calorem fortem ꝛ multos spũs. In habẽtibus enĩ calorem debilem cũ irascũtur ꝛ vindictam appetũt calor nõ põt cũ feruore dispgi ad extrema corporis:ꝛ sic remanent exteriora mẽbra albescẽtia ꝛ frigida nõ obstãte ꝙ calor sit accensus in corde. Unde videm⁹ multos iratos appetẽtes vindictã in actu irelinescere ꝛ in talib⁹ nõ est ira pfecta sed est quodãmodo timor cũ ira. Sed gaudiũ corpus infrigidat per viam resolutionis ꝛ distractionis caloris et spũs a fonte caloris. Sed timor infrigidat subito p viam suffocationis. Sed tristicia infrigidat paulatim ꝛ pviam desiccationis ꝛ ptisis. Non solum autem pdicta accidẽtia aĩe que se tenent ex pte appetitus irascibilis et concupiscibilis alterãt corpus:sed etiã quedã imaginationes que se tenent ex parte virtutis cognitiue:sicut videm⁹ manifeste ꝙ videre res rubeas ꝛ ipas imaginari mouet sanguinẽ:imaginatio facit casum. Et si qs imaginetur dolorẽ quem patitur sorti⁹ in aliquo mẽbro:incurrit dolorem. Unde imaginatio facit casum. Imaginatiões igitur imprimũt in res naturales:ex his satis est manifestũ ꝙ correctio accidentium aĩe spectat ad mediam. Dicamus igitur ꝙ ira nõ cõpetit in sanitatis regimĩe. Ira enim supcalefacit singula mẽbra ꝛ pter feruorem cordis omẽs actus rationis confundit:igitur cauẽde sunt eius occasiones nisi ꝙtum ratio pcipit aduersus illicita:iuxta illud. Irascimini ꝛ nolite peccare. Nam in licitis ꝛ honestis irasci est cõueniens interdũ ꝙuis nõ ꝯuenit in sanitatis regimine. Et est diligẽter notandũ ꝙ quidã sunt frigidi ꝛ maleficiati quibus interdum irasci pdest in regimĩe sanitatis. Ampli⁹ dico ꝙ tristia nõ competit in sanitatis regimĩe. Nam corrũpit naturã habentis infrigidat enĩ ꝛ desiccat ꝛ pprie maciẽ ꝛ extenuationẽ inducit:cor ꝯstringit ꝛ spiritũ obtenebrat. ꝛ ingenium hebetat ꝛ rõem impedit iudiciũ obscurat memoriam obtundit. Ideo vitanda sunt ei⁹ obiecta nisi ꝙtum ratio suadet ad detestationem vicioꝝ ad mẽtis pulchritudinem reformandã. Et est diligenter notandum ꝙ quidã sunt quoꝝ spũs sunt adeo mobiles ꝛ calidi: ꝛ sunt adeo pingues ꝛ carnosi ꝙ eis interdũ est bonũ tristari vt spũs calor hebetetur

De gaudio.
Verecundia.
Tristicia.
Ymaginatio agina casfacit

Gaudium et leticia confortāt virtutes.

ꝛ corpus aliqualiter maceretur. De gaudio aūt ꝛ mentis trāquillitate sciendum ꝙ gaudiū tēperatū cōpetit in regimine sanitatis: ex eo ꝙ est vnū de confortantibꝰ virtutem: virtus em̄ cōfortatur trāquillitate ꝛ gaudio sed gaudiū nō debet esse excessiuū: qꝛ inducit syncopim ꝛ mortem: ꝛ maxime gaudiū competit his q̄ multum curāt ꝛ sollicitudinibꝰ destruūtur et cerebro pūguntur. Et similiter his qui sunt in gaudio cōtinuo ꝛ īmoderatō interdum tristari cōuenit. Sed oīmode hoꝝ accidentium supfluitas omnis est euitāda. Et sicut est dictū de accidentibus aīe tenentibus se ex parte appetitus. Ita suo modo potest intelligi de affectionibus aīalibus tenentibus se ex parte appetitus imaginatiui. Non em̄ est conueniēs in sanitatis regimine vt aliquis ymagineť nimis intense. Nam ex tali ymaginatione mouetur spūs motu inordinato ꝛ relinquit locū digestionis ꝛ impeditur somnus. Et hec breuia sufficiant de accidentibus aīe dicta.

Ymaginatio nocet.

Capitulum nonum de temporibus anni.



D sanitatis regimē perfectum: oportet cōsiderare diuersitatē tempoꝝ anni. Unde in hoc est aliquid tpi sicut etati ꝛ cōplexioni. Non ideꝫ em̄ regimē debet esse totaliter in diuersis anni tpibus si quideꝫ corpa humana diuersimode habent se in diuersis tpibus ꝛ scđm diuersitatē cōplexionis corporū attendit diuersitas regiminis ꝑpter quod sciendū ꝙ sūt quattuoꝛ tpa anni: puta ver estas autūnus: ꝛ hyems. Hec aūt quattuoꝛ anni tpa scđm astrologos sunt scđm mutatiōes solis i vnaquaqꝫ circuli signoꝝ quarta incipientis a pūcto vernali et est primꝰ gradꝰ arietis ꝛ hoc initiū est tredecima die marcij vel circa. Et quodlibet horuꝫ tempoꝝ scđm astronomos durat per tres mēses ꝛ tria signa: ꝛ qꝛ sūt duodecim mēses ꝛ duodeciꝫ signa cuilibet tpi correspōdent tres mēses ꝛ tria signa. Durabit igitur primuꝫ tpus puta veris a tredecima marcij vsqꝫ ad tredecimum iunij: ꝛ a principio arietis vsqꝫ ad finem geminoꝝ ꝛ sic consequenter ꝛ scđm hoc oīa anni tpa sunt equalia vel ꝑpe. Medicus auteꝫ in temporum distinctione nō ꝯsiderat motū solis in circulo signoꝝ qui zodiacus noīatur. Sed ꝯsiderat alteratione in corporibus nostris ꝯtingentem ex tpibus: ꝛ qꝛ per experientiā videmus aliquā ꝑtem anni calidioreꝫ et aliquā frigidiorem: ideo coactus est medicus ponere distinctionē in tēporibus anni. Illud ergo tp̄s anni in quo est maioꝛ tēperies in actiuis q̄litatibus ꝛ passiuis vocať ver: ꝛ qꝛ talis tēperies nō durat per tres mēses sed minꝰ. Ideo ver scđm medicos est minoris spacij ꝙ scđm astronomos. Hoc aūt tempus scđm medicos est scđm diuersitatē regionū ꝛ annoꝝ: interdum incipit citius ꝛ interdū tardius ꝛ interdū plus durat ꝛ aliquādo minus: ꝛ interdū incipit anteqꝫ ingrediať primū initium arietis: hoc aūt tempus est tp̄s floꝝ ꝛ initiū pomoꝝ. Deinde seq̄tur estas ꝛ est tp̄us calidum ꝛ siccū. Hoc quidē tp̄us cōiter est multo maius vere sed in quibusdā regionibꝰ plus durat ꝛ in quibusdā minꝰ. Et similiter etiā in quibusdam annoꝝ reuolutionibꝰ ꝛ similiter etiā in quibusdā regionibꝰ citius incipit et in quibusdā tardius. Deinde sequiť autūnus qđ est tp̄us recte appositum veri eiusdē q̄titatis vel ꝑpe cū eo ꝛ est tp̄us satis temperatū in actinis ꝛ multū declinans ad siccitatē sicut estas precedens ꝛ habet magnam

Quattuoꝛ tpa anni.

De tpe veris.

Estas.

Autūnus

diuersitatem in horis. Unde dies multũ est calida ⁊ nox frigida: propter enim eius subtilitatem ⁊ siccitatem facile recipit impressionez caloris in die ⁊ frigiditatis in nocte. Unde multum distant noctes a diebus in calido ⁊ frigido: quod tamen nõ contingit in vere quia aer nõ est ita subtilis et siccus ⁊ nõ est a deo passibilis nec tantam recipiens impressionem. Uidemus em̃ ꝙ aqua calida ratione subtilitatis ⁊ passibilitatis citius congelatur ꝙ̃ frigida vel tepida: et similiter intelligatur de autumno respectu veris. Hoc autem tempus est tempus mutationis coloris foliorum et principium casus eorum. Et deinde sequitur hyems: ⁊ est tempus frigidum ⁊ humidum cuius initium est finis autumni puta cum folia ab arboribus ceciderunt: et eius finis est principium veris puta cum arbores incipiunt florere ⁊ aues cantare: ⁊ breuiter cum omnia incipiunt pullulare. Finis autem veris est estatis initium cum fructus ⁊ specialiter poma incipiunt apparere ⁊ herbe semen producere. Unde sciendum ꝙ tunc est tempus veris cum flores sunt in principio augmento ⁊ statu: sed cuz flores declinant ⁊ fructus sunt in principio augmento ⁊ statu est temp⁹ estatis. Et cum herbe declinant ad semina ⁊ semina sunt in principio augmẽto ⁊ statu est tempus autumni: et cum semina declinant ⁊ radices sunt in principio augmento ⁊ statu tunc est tempus hyemis: et quia virtus citius deficit in floribus ⁊ seminibus ꝙ̃ in herbis ⁊ radicibus: ideo ver et autũnus sunt breuiora tẽpora ꝙ̃ hyems ⁊ estas. Unde scd̃m medicos non multũ approbo dictũ illoꝝ qui ponũt dictoꝝ tpoꝝ̃ certa principia ⁊ determiatos fines puta festũ clementis esse principiũ hyemis ⁊ cetera. Sz circa dicta est vnũ dubiũm valde magnũ. Naz qua rõne ver ponit̃ temperatum in passiuis qualitatib⁹ puta in humido ⁊ sicco ⁊ in actiuis: scz calido et frigido sic videt̃ ꝙ autũnus debet esse tẽperatus in passiuis sicut ponitur tẽperatus in actiuis ⁊ spãliter q꞉ solis aspectus est idez in vere ⁊ autũno ⁊ idem aspectus videt̃ esse causa eiusdẽ cõplexionis. Et ꝯfirmatur: nam illa que sunt eiusdẽ cõplexionis in actiuis debent esse eiusdẽ cõplexionis in passiuis: q꞉ mensure qualitatũ actiuaꝝ vident̃ ꝓportionari mẽsuris qualitatũ passiuaꝝ. Uñ si ver ⁊ autũnus sunt eiusdẽ cõplexionis in actiuis rationabile est ꝙ sint eiusdẽ in passiuis. Dicatur ad hoc breuiter ꝙ nõ est simile de vere sequẽte hyemẽ ⁊ autũno sequente estatez. Nam caliditas supueniens hyemi potẽtior est in desiccãdo ⁊ in temperãdo humiditatẽ ꝙ̃ frigiditas supueniẽs estati in humefaciẽdo. Uidem⁹ em̃ ꝙ pãn⁹ line⁹ humidus in aere calido citi⁹ desiccat̃ ꝙ̃ pannus siccus humectat̃ in aere frigido. Amplius siccitas autũni nõ est qualitas pure positiua sed dicit priuationẽ humiditatis vaporose dispse in aere. Modo ꝯstat ꝙ facili⁹ deuenit̃ ab habitu in priuationẽ quã a priuatione in habitũ: ⁊ ideo facili⁹ obtẽperat̃ hũiditas hyemis ꝙ̃ siccitas estatis: sz q꞉ ista materia de q̃ hic loquor est extra regimẽ sanitatis: ideo trãsco de illa. Sufficit em̃ ad pñs scire q̃ sunt anni tpa: ⁊ eoꝝ distinctiões quãtũ spectat ad medicũ. Mõ restat dicere q̃d est ꝓpriũ singulis tpibus de regimie sanitatis incipientes a vere. Dicam⁹ ꝙ ver assimilat̃ morbo de repletiõe. Uñ isto tpe corpa maxime sũt repleta. Et ex isto ꝯcludit̃ ꝙ illud tps est magis minutioni aptũ ⁊ purgationi aliquo tpe alio ⁊ hoc est eiꝓpriũ: ⁊ spãliter q꞉ tps est temperatum: ⁊ tales euacuatiões fieri debẽt in tpe tempato. Ampli⁹ q꞉ in hoc tpe cõmouẽtur humores; suspecti igitur de egritudinib⁹ repletionabilib⁹ sien

Hyems

Dubium bonum

Compara tio bona.

De.iiij. tẽporib⁹ anni.

Regimen in vere

bothomentur ⁊ purgentur in vere ⁊ ꝓpter eandez ratiõem in eodem tpe vomitus ꝓuocetur. Et q2 in hoc tpe corpora sunt calidiora ⁊ humidiora q̃ oporteat. ⁊ tp̄us etiam declinat ad calidū ⁊ humidū respectu alioꝝ tempo rum nõ est vtendū rebus multū calefacientib⁹ ex carnibus ⁊ potibus: vn de est subtiliandū regimē: corpora em̄ plena nõ indigēt multo cibo et po tu. Et debet esse exercitiū istius tpis maius exercitio estatis: ⁊ min⁹ exer citio hyemis. Amplius q2 hoc tpe calor incipit inualescere ⁊ sanguis ⁊ spi ritus per corpus ꝯmoueri: bonū est abstinere a calidis ⁊ a salsis ⁊ acutis Et bonū est sumere in potu syrupos extinguētes inflāmationez: puta sy rupum nenufarinū violaꝝ rosarū oxizacaraz ⁊ similia. Et est diligēter no tandum q̄ supposito q̄ corpus sit sanū ⁊ ex tpe precedente nõ sit in corpe repletio derelicta. Tūc dico q̄ isto tpe potest multū dari de cibo: ⁊ cibaria grossiora q̃ in estate: ⁊ plus q̃ i autūno: ⁊ min⁹ q̃ in hyeme ⁊ minus gros sa. Nam isto tpe virtus est fortis ⁊ calor innatus ⁊ adhuc a corporib⁹ mul ta resolutio fit a calore innato: ⁊ ex fortitudine caloris ⁊ obediētia corpis ratione humiditatis: sed q2 cõiter hoc tpe corpora sunt plena: ⁊ habēt vir tutes fortes. Bonum est parū comedere ⁊ longis interuallis. Unde mihi apparet q̄ ecclesia bene ordinauit ieiunū in isto tpe: nõ tamē est rationa bile q̄ in isto tpe homo se multū repleat vna vice sicut faciūt cõiter ieiu nantes: melius est em̄ hoc tpe cibū partiri q̃ multum vna vice recipere.

De quadragesima.

In estate aūt nõ est tantū exercitandū: nec tantū comedendū: nec grossa cibaria nec calida: nec dulcia: nec vnctuosa nec salsa. Ampli⁹ vino miscen da est multa aqua: ⁊ dimittatur vinū vet⁹ ⁊ forte: ⁊ vt sit ad vnum dicere rotum estatis regimē ad frigiditatez ⁊ humiditatē debet declinare. Am plius comedendū est sepe ⁊ parū in vice. Amplius cibaria sint facilis di gestionis: ⁊ cibaria recipiātur in estate nõ solum virtualiter frigida: sed etiam actu frigida. Amplius aqua frigida est bibēda ⁊ cū ablutione vtē da.

Regimen in estate.

In autūno aūt multū sollicitari debem⁹ de bono regimie. Nam hoc tē pus ꝓpter sue cõplexionis maliciā ⁊ corpoꝝ nostrorum debilitatem: non sustinet errorē in regimīe: nec ꝑmittit vti largis nutriētibus nec dietam despicere. Et q2 hoc tp̄us est valde siccum ⁊ corpora sunt multū debilia et extenuata: nostra intentio debet esse tota in corporū humectatione ⁊ vir tutum cõfortatione. Hoc igit̃ tpe om̄ia siccantia corpus sunt euitanda: ⁊ similiter virtutez debilitātia. Cauenduz est igitur a coitu: q2 corpus desic cat ⁊ debilitat: ⁊ similiter a curiositatib⁹ ⁊ sollicitudinib⁹ mentis: ⁊ a po tu multe aq̄ frigide ⁊ ipsius balneatõne: ⁊ sup̄ caput infusione ne ex aqua opilatio cõtingat. Hec em̄ eadem facit cadere in febrē. Amplius euitare debet famē ⁊ sitim: nõ etiam repleat̃ multo cibo in vna hora: vinū autez mediocriter sit lymphatū in pluribus aūt regimen autūni est simile regi mini estatis quousq3 adueniūt pluuie que postq̃ aduenerint a multo ma lo securos nos reddent. Plus aūt sollitandū est in hoc tpe humoꝝ corre ctione ⁊ corporū confortatione q̃ in humoꝝ euacuatione. Et q2 in autum no est multa fructuū copia cauendū est ab his q̄ generant humorem cor ruptioni aptū: ⁊ hoc tempus assimilat̃ morbo de corruptione. Amplius multū cauendū est a noctiū frigore ⁊ diei calore. Et q2 egritudines huius temporis male sunt ⁊ pessime si quis incurrat egritudinem statim in pri cipio: eidem est obuiãdum anteq̄ confirmetur. Amplius vinū quod biba tur in autūno debet esse aquaticū sed nõ tātum sicut in estate: ⁊ si videa

Regimen i autūno.

Fructus sunt vitādi.

Principiis obsta.

mus humores aliquos peccare: bonum est vt euacuentur ante aduentum hyemis: ne propter frigiditatem hyemis constringantur ꝛ sint causa malarum egritudinum. In hyeme autem plus potest comedi ꝛ cibaria grossiora ꝛ calidiora ꝛ maioribus interuallis. Unde si aliquis sit frigide complexionis potest hoc tempore vti alleis ꝛ cepis ꝛ sinapi ꝛ eruca. Sed iuuenes ꝛ calide cõplexionis eis vti non debẽt. Nam si in presenti eis non noceant in posterũ adueniẽte estate deueniẽt ad malas egritudines nisi succurratur cũ minutione vel purgatione. Sunt autem in hyeme quidam multũ comedẽtes ꝛ auide: ꝛ multum vinũ bibentes ꝛ parum exercitantes: ꝛ isti sunt minuendi in principio veris. Et si eorum nutrientia sint grossa ꝛ mala succurrendũ est cũ ventris solutione. Amplius sciendũ ꝙ isto tempore plus exercitandũ est: hoc etiã tẽpus est multum sanitatis conseruatiuũ unde in eo non egrotat quis nisi a forti causa: ꝛ qui forsan sustinet errorem regiminis. Et qꝛ isto tempore multiplicatur fleuma in corporibus nostris bonũ est ꝙ alimenta ꝛ fructus qͥbus homines nutriuntur nõ sint frigida et humida: vnde sunt euitãde lactuce ꝛ attriplices ꝛ portulace. Sed debemus vti feniculo petrosilino ꝛ boraginibus: saluia menta: ꝛ similiter sic intelligatur de fructibus. Uinũ autem quo vtendũ est hoc tẽpore debet esse roseũ non album cum aqua pauca. In hoc tempore autem cauendum est a minutione: sed interdũ possumus vti purgatione nisi sit frigus nimis intensum. Amplius in hyeme nullo modo est vomendũ. Amplius in hoc tempore multum cauendum est ꝙ partes pectoris non sint exposite frigori: ꝛ similiter cerebrum ꝛ extrema corporũ ꝛ specialiter pedes. Sunt autem qͥdã frigidi ꝛ maleficiati qͥ peius se habẽt in hyeme ꝙ̃ estate habent enim calorẽ ita debilẽ ꝙ frigiditate hyemis calefaciente per antiparistasim nõ confortãtur: sed debilitantur: qꝛ frigidũ non solũ circũstat: sed vsqꝫ ad interiora penetrat ꝛ sic calorẽ offuscat ꝛ habetat huius simile habemꝰ de quibꝰ dã serpẽtibus qͥ in hyeme accũbunt in cauernis tãꝙ̃ mortui propter frigiditatẽ cõtinẽtis ꝛ adueniẽte estate mouẽtur comedũt ꝛ melius habent. *Regimen in hyeme*

Capitulum decimum de granis panificis.



Uia sermones vniuersales in operationibus sũt inutiles nisi applicenť ad particularia. Superius autẽ determinatũ est de nutriẽtibꝰ in generali: intẽdo cõsequẽter determinare de nutriẽtibꝰ in speciali. Et primo de cibis: secundo de potibꝰ tã naturalibꝰ ꝙ̃ artificialibꝰ. Quo ad cibos erũt nouẽ capitula. Primũ capitulũ de granis panificũ ꝛ pane: secundũ de leguminibus: tertium de fructibꝰ: quartũ de oleribus: quintũ de radicibus: sextũ de animalibus: septimũ de animaliũ superfluitatibus: octauũ de piscibus: nonũ de saporibus ꝛ condimẽtis. Sciendum igitur ꝙ panis potest fieri ex frumẽto ꝛ ordeo ꝛ auena ꝛ siligine ꝛ milio ꝛ panico ꝛ riso. Nõ solũ autem ex his granis fit panis: sed ex illis potest fieri panicium. Fit autem panicium ex grano decocto in aqua vsqꝫ ad consistentiam similem panibus: vnde granum decoquitur in aqua perfecte vsqꝫ ad spissitudinem: ꝛ tunc optime permiscetur cum aqua ꝛ reponitur in scutellis vel in scissorijs: ꝛ dimittitur infrigidari ꝛ tunc habet quasi figuram panis ꝛ potest inscindi sicut panis; hoc autem panicium melius pos- *Diuisio ciborum* *De pane. et panico*

test fieri ⁊ conuenientius ex granis minutis: puta ex milio ⁊ panicio ⁊ riso: ex eo ꝙ perfectius cōmisceri pn̄t cū in aqua decoquūtur: hoc autem panicium non est multuz in vsu: nec etiā multū competit in regimine sanitatis ꝑpter defectū fermēti ⁊ salis. Unde puto ꝙ idez est iudiciū de panicio sicut de potagio ex hijs facto. Frumentū autem coctum in aqua non competit in seruando sanitatē. Nam opilationes ⁊ lumbricos multiplicat et ad calculuz preparat. Et similiter intelligatur de pultibus ⁊ de omni cibo facto ex pasta azima. Sed amidum leui⁹ est ceteris propter maiorē desiccationem ipsius frumenti ⁊ humiditatis perfectiorez digestionem. Predictus cibus est multi nutrimenti ⁊ difficile resolubilis: vnde multum exercitantibus ⁊ forti⁹ minus nocet: sed temperato corpori nullatenus competit. Et si interdum contingat vti ferculo de frumento: primitus frumentum decoquatur in aqua: deinde condiatur in brodio carnium laudabiliū vel lacte amigdalino: ⁊ erit cibus conueniens illo modo ieiuniorum tempore: quia tarde resoluitur ⁊ digeritur ⁊ multum nutrit. Et similiter potest fieri ferculum ex ordeo ⁊ auena ⁊ riso sunt laudabiliora fercula ꝙ̄ de frumento: sed tale ferculum de milio vel panico non approbo: quia miliū ⁊ panicum pauci sunt nutrimenti ⁊ difficilis digestionis ⁊ generāt humorem melancolicum ⁊ stringunt ventrem. Uerum est si post decoctionez in aqua ponatur vinum ⁊ bibatur abstergit stomachum: ⁊ eius superfluas humiditates desiccat ⁊ sudorez prouocat: sed quando ex milio ⁊ panico fit talis cibus oportet ꝙ sint excorticata: ⁊ tunc vocatur pistum in lingua nostra: sed coctum permixtum cum vino ⁊ aliquantulo salis vocatur pistū in vino seu pistinum: ⁊ iste cibus est in vsu apud illos de ciuitate vnde fui oriundus: ⁊ est ciuitas mediolanensis. Laudabilior panis est qui fit ex frumento ⁊ deinde ex ordeo ⁊ post ex auena. Panem ex alijs granis non approbo in regimine sanitatis. Cauendum est autem ne predicta grana vetustate corrupta sint: igitur non debet esse frumentum antiquum nec immaturum: nec nimis nouum: nec ex mala messe collectum: ⁊ debet granum esse frumenti grossum ⁊ pōderosum ad rubedinem declinans: ⁊ debet esse panis cum quantitate aque moderata: sic ꝙ non sit nimis mollis: nec nimis spissus siue durus et debet esse fermētatus cum aliquantulo salis ne opilationes generet ⁊ vermes ⁊ lapides in renibus ⁊ vesica ⁊ vt facilius digeratur: ⁊ non debet calidus esse nec vetustate induratus. Sit igitur coct⁹ in priori die. Multū caueri debet ꝙ ignis coquēs nō sit nimis fortis nec nimis debilis: ⁊ quod sit ex lignis couenietib⁹ nō sapientibus naturā farmacorum vel metallorum. Et si queras nutricionem maiorem ⁊ puriorem mundificetur a furfure totaliter: ⁊ si velimus ventris subductionez aliqualem dimittamus aliquam partem furfuris. Furfur enim parum nutrit ⁊ ventrem subducit ⁊ farina econuerso. Amplius sciendum est ꝙ mica panis est melioris ⁊ maioris ⁊ velocioris nutrimenti ꝙ̄ exterior crusta. Hec enim generat humorem melancolicum ⁊ non multum competit sanis nisi habentibus stomachum humidum ⁊ volentes demacrari: ⁊ in fine comestionis plus competit: iuuat enim cibi descensum ⁊ confortat orificium stomachi.

De Potagio.

De ordeo auena et riso.

Panis optimus.

Qualitas frumenti

Furfur laxat.

Capitulum sextum de leguminibus.



Onsequēter de leguminibus ē dicēdū. Sūt autem leguminū q̄ sunt in vsu q̄nq̄ spēs scilicet cicera: pisa: fabe: faseoli: lētes: ꝛ si sint alie species poterunt ad has reduci. Hoꝝ aūt leguminū oīm substātia ē inflatiua ꝛ difficilis digestionis ꝛ eiꝰ nutrimētū ē melācolicū vnde nō multū ꝯpetūt tēperatis corporibꝰ q̄diu manēt in latitudīe sanitatis. Hoꝝ igiꝭ leguminū substātia ē vitāda. Hoꝝ aūt leguminū brodiū seu decoctio est vētris subductiua ꝛ venarū deopilatiua: vnde satis ꝯuenit tēporibꝰ in q̄bus hoīes vtūtur cibis grossis ꝛ opilatiuis: puta tpe ieiunioꝝ. In isto eñ brodio ꝯueniēter facto vt statī dicetur nō sunt nocumēta q̄ sunt in substātia. Unde i eo nō ē inflatio nec difficultas nutritionis nec malitia nutrimēti. Fit aūt hoc brodiū hoc mō. In sero eñ ponātur cicera vel pisa in aqua ferueñti: ꝛ in eadē lōgo tpe manibus cōfricentur. Deinde in predicta aqua tota nocte tēperētur ꝛ in eadē die sequēti bulliāt duabꝰ vel tribꝰ bullitionibꝰ ꝛ postea colētur ꝛ colatura reseruetur: ꝛ appropinquāte hora refectiōis p̄paretur cū cynamomo ꝛ croco ꝛ aliquātulū vinū addaꝭ ꝛ deinde vnico feruore bulliat ꝛ propineꝭ i pricipio refectiōis. Brodiū aūt seu pureta ciceꝝ ꝛ pisoꝝ rotūdoꝝ alboꝝ ē melius ꝛ ꝯueniētiꝰ ꝛ nature amicabilius ꝛ similiter eoꝝ substātia. Fabaꝝ aūt substātia ceteris leguminibꝰ ē deterior: ꝛ specialiter cū cortice exteriori. Est eñ magis vētosa ꝛ difficilioris digestiōis ꝛ magis melācolica. Est diligēter notādū q̄ cortex exterior ē p̄ciosioris nutrimenti q̄ medulla ꝛ vētrē strīgit ꝛ medulla laxat: ꝛ hoc ē veꝝ in oībꝰ leguminibꝰ vñ nō ē artificiale comedere simul cū cortice: q2 vnū laxat ꝛ aliud restrīgit ꝛ sic in corpore fit motꝰ agitatiuus: ꝛ hoc ē veꝝ de leguminibꝰ specialiter h̄ñtibus multū corticē: cuiusmōi sūt fabe ꝛ cicera nigra. Et ē vna maneries pisoꝝ alboꝝ rotūdoꝝ h̄ūtiū corticē exteriorē valde paucū: ꝛ subtilē: ꝛ iō secūrius p̄nt comedi cū cortice q̄uis meliꝰ sit q̄ depurētur a cortice: ꝛ q2 legumina recētia minꝰ h̄ñt de cortice: ꝛ in eis minor diuersitas ē inter corticē ꝛ medulā: ꝛ faciliꝰ digerūtur. Ideo forsan scd̄z aliquos magis ꝯpetūt corporibus hūanis sed bene veꝝ est q̄ legumina recētia sunt sup̄fluitatū plurium ꝛ sūt corruptibilioꝛs substātie ꝛ habito respectu ad hoc minꝰ cōpetūt corporibꝰ sanis. Dicamꝰ igiꝭ p̄ veritate q̄ legumina sicca expoliata a cortice exteriori sunt saniora q̄ recētia nō depilata: sed viridiora sunt saniora siccis non depillatis. Bonū autē est q̄ viridia decoquātur cū brodio carniū laudabiliū: vel cū lacte amigdalaꝝ ꝛ addito zincibere albo ꝛ croco. Et si cōtingat legumina sicca comedere nō decoquātur cū brodio carnium laudabiliū: sed bonū ē q̄ comedātur cū oleo oliuaꝝ: ꝛ cepa alba in eodē frixa minutim incisa. Et est diligēter notādū q̄ si ꝯtingat legumina simul cū alijs cibis comedere ꝛ specialiter cicera nō debēt comedi in principio mēse nā p̄pter eoꝝ ventositatē eleuant alios cibos posteriꝰ sūptos ad orificiū stomachi ꝛ sic impeditur digestio. Amplius legumina sunt difficilis digestionis ꝛ sumpta cum cortice exteriori ventrem constringunt: ꝛ talia cibaria in sanitatis regimine nō debent sumi in principio mense. Amplius dicendum q̄ non debent sumi in fine mense post alios cibos. Nam ratione ventositatis quam habent sunt causa eructationum ventosarum que eleuantur ad orificium stomachi ꝛ apperiunt ipsum ꝛ sic exalat calor a stomacho: ꝛ per consequens impediꝭ digestio. Amplius legumina ꝛ specialiter cū cortice exteriori non sunt cum alijs cibis bene permiscibilia ꝛ spe-

Quinq̄ species leguminum.
Ha. pr mo de alimentis.
Brodiū
Pureta.
De fabis
Pisa rotūda.
Avi. ii. cañ de cicere

cialiter si recipiantur ante vel post: et sic remanebunt in stomacho cum eorum malicia. Sed si recipiantur in medio tunc poterunt cum alijs cibis permisceri: et sic corrigitur eorum malicia. Ferculum ergo de leguminе nō sit primum nec vltimum: sed medium vt melius malicia eorum corrigatur ex ipsis cum alijs cibis meliori cōmixtione. Amplius scias q si legumina comedantur post alia fercula inducunt somnia mala et melencolica: et ideo nūq comedantur vltime sed in medio: cum enim digestio in stomacho fiat per viam ebulitionis si recipiantur in medio cum alijs cibis facilius et melius permiscebuntur vt manifestum est consideranti: et leguminū malicia melius et facilius corrigitur.

Legumīa sōnia inducunt.

Capitulum duodecimum de fructibus.



De fructibus sciendum q uis in via nutrimēti non competunt in sanitatis regimine: quia nutrimentū fructuū non ē laudabile: generāt enim sanguinem putrefactibilem et parum nutriunt et sunt multarum superfluitatum tamen multi homines existentes in latitudine sanitatis vtuntur interdū fructibus propter vtilitatē quā sperāt conseq in eoꝝ vsu. Ex quo concluditur q non debent sumi in quantitate magna illud enim quod medicinaliter sumit et nō via cibi: nō debet sumi in q̄ritate magna: nec debet vsus continuari. Sūt aūt q̄nq vtilitates ꝓpter quas fructus comedi possunt in sanitatis regimine preseruatiuo. Quaꝝ prima est colere mitigatio: et feruoris sanguinis extinctio: et corporis humectatio seu infrigidatio. Fructus aūt ad hoc deputati: sunt fruct⁹ humidi et frigidi et specialiter recentes et hmōi fruct⁹ sunt pruna: persica: ficus et vua: et specialiter melones: cucumeres: et citruli: et si velim⁹ hūc sanguis feruorē mitigare in ptibus pectoralib⁹ et specialibus vtemur cucumerib⁹ et melonib⁹ post cibū: et specialiter cū dubitam⁹ estuationē in pectoralib⁹: et in cerebro ex aliquo cibo suscepto: sicut ex assaturis et frixis cōtingere ꝯsuenit. Si autē velim⁹ colerā q̄ est in venis alterare et feruorē sanguinis in epate et splene et alijs mēbris mittigare tūc ꝑdicti cibi sumātur ante cibū: et superbibatur aqua frigida vt citius trāseāt ad venas et magis infrigident: vel vinū limphatū quod magis approbo: tales aūt fruct⁹ maxime ꝯpetūt in estiuo tēpore et tēpore autūni. In his em̄ tēporibus corpora sunt magis sitibūda et magis inflāmata: et magis abūdantia in humore colerico. Et similiter cōueniūt magis colericis et iuuenibus et sanguineis. Est aūt diligēter notādū q melones citruli et cucumeres sunt multū difficilis digestiōis: et eorū humor ē parat⁹ ad putrefactionē et generat febres cronicas. Unde veꝝ est q sitim sedāt et feruorē sanguinis mitigāt et stomachū ꝯfortāt: et cucumer meli⁹ valet q̄ melō et citrulus. Aduertendū est tamē q ꝑdicti fructus nō sint immaturi et vetustate corrupti et hoc est obseruandum in omnibus fructibus. Sunt autem quidam fructus q̄ ꝯueniūt ad ꝑfectā maturitatē supra arborē ex qua ꝑfecta maturitate nigrescūt: et efficiūtur araneaꝝ cibus et talium vsus non est conueniens aliquo modo. Preparāt eni͛ humores ad corruptionem: et bubones: carbunculos et antraces multiplicant in corporibus eis vtentibus et huiusmodi sunt moracelsi quando diutius q̄ oportet supra arborem dimittuntur: et huiusmodi sunt vna maneries cerasorum grossium que vocantur galesionis in lingua nostra.

vtilitates fructuū. Coleram mitigant.

Melones Citruli Cucumeres.

Unde cum percipimus fructus predictos vel alios ad tantam maturitatem peruenisse q ex his aranee nutriantur nullo modo vtendum eis est. Et vniuersaliter dico q non est vtendum aliquo fructu in cuius interioribus inueniantur vermes: et ille ānus est epidimialis vt plurimum in quo fructus inueniunt vermibus pleni. Secunda vtilitas propter quaz interdum vtimur fructibus ē ventris subductio et laxatio. Sunt enim quidez qui naturaliter et accidentaliter sunt constipati plus q oportet qbus conuenit vti quibusdaz fructibus ventrez laxantibus: et huiusmodi fructus sunt ficus: vua: pruna: et moracelsi et cerasa matura et persica mollia. His aūt fructib⁹ vtēdū est ante cibū: nec statim eis comestis est comedendus alius cib⁹ sed aliquantulū est īmorādū: et suprabibēdū est brodiū vel vinuz limphatū: vel aqua frigida vt quidā dicunt q forte vez est in hominibus colericis et habitantibus regionē calidam et in iuuenibus et tempore calido: sed ꝯmuniter melius est superbibere aliquod brodium carnium laudabilium vel vinuz limphatum dulce.

De epidimia.

Secunda vtilitas.

De vuis.



Bene est autē diligenter notandū q vua est triplex immatura: et fit agresta ex ea: et matura viridis et recens ex qua fit vinum: et sicca que passula vocatur. Prima quidē ventrē nō subducit sed restringit magis et appetitū reducit et stomachi calorē refrigerat et multū valet in fluxu ventris colerici. Sed vua matura specialiter alba et recens valde et sine nucleis et cortice vētrē laxat et ceteris fructibus plurimi et melioris nutrimenti existit sicut et ficus. Unde vez est q vētositatē generat et inflationes et ventris dolorem: et si remanserit per duos dies vel tres suspensa melius nutrit et minus laxat nec tātū inflat: et habentes stomachū plenū cibo et immūdū malis humoribus nullo mō comedant vuas specialiter recentes et sine arillis: velociter eñ in stomacho īmūdo corrūpunt et in stomacho pleno cibis: quia nimis cito digerūtur et poterunt exire de stomacho post eaz digestionē: quia alius cibus nondū digestus est: et sic in stomacho corrūpūtur et alium cibū corrumpūt: et similiter intelligitur de alijs fructibus laxatiuis: et si aliquis velit sumere vuam viridē et recentem: bonū est q primit⁹ infundat in aqua feruēti per horā: et deinde ponatur in aquā frigidā: sed vua passa magis attinet caliditati et confortat stomachū et epar et opilatiōes remouet: et dicitur q epar impinguatur ex eis et maxime si mundentur ab arillis.

Triplex vua

Uua matura.

Uua passa.

De ficubus.



Uo ad ficus diligenter est notanduz q humida et recens velocius nutrit et citius transit de stomacho ad epar et magis humectat epar. Sed sicca minus est inflatiua et magis aperiens opilationes. Undeverum est q propter suam dulcedinem si ex eis multum comedatur citius generant opilationem. Unde bene nota q ficcus sicce et pasule pulmonem et pectus mundificāt et leniunt.

De moris celsi et bathi.



Emoris celsi et bathi sciēdum q mora īm matura non laxant ventrem sed magis constringunt ventrem ꝛ habent virtutem repercussiuam ꝛ stypticam. Sed matura laxāt ventrem ꝛ declinant ad humiditatez ꝛ caliditatem ꝛ nullo modo debent comedi post cibum propter passibilitatem substātie sue. Dubitātes humoꝝ putrefactionē non vtantur moris celsi nec bathi: est em̄ fruct⁹ valde febrilis q̄cquid alij dicant. Et similiter non approbo vsum eorum in dispositis ad febrem.

Mora febricitātibus nocēt

De prunis.



Uod ad pruna sciendum q pruna matura sunt in vsu ꝛ nō immatura. Pruna autē matura magis cōuenictia sūt magna ꝛ figure oblōge habētia cargnē paucā ꝛ durā ad aliqualē siccitatē declinātia ꝛ corticē exteriorē tenuem: ꝛ debent esse in sapore non vere dulcedinis: sed debet esse eoꝝ dulcedo attinens alicui acredini: ꝛ huiusmodi sunt pruna damascena: talia enim pruna infrigidant ꝛ humectāt: ꝛ ideo multū conueniunt febricitantibus ꝛ ventrem laxant vt dictū est. Sunt autē multe alie maneries prunorum quorum vsuz non approbo. Sunt etiam quedaz prunella silnestria parua rotunda que crescunt in sepibus que non sunt ventris subductiua: sed sunt restrictiua ventris ꝛ ex his fit acaria qui ventris restrictionez causat: debent aūt pruna que sumuntur ꝑpter ventris laxationē primo poni in aqua frigida ꝑ horā: tunc enim perfectius infrigidant ꝛ humectāt ꝛ colerā quā inueniunt lubricando soluūt: ꝛ sic stomacus melius disponitur ad cibū recipiendū. Et est diligenter notādū q pruna humida recētia sunt magis alteratina ꝛ laxatina: q̄uis sint peioris nutrimēti ꝛ pluriū superfluitatū. Sed pruna sicca magis confortant ꝛ melius nutrimentum dant copori: ꝛ sicut dictum est de prunis sic suo modo intelligatur de cerasis: verum est q cerasorum humiditas est subtilis ꝛ minus viscosa: vnde minus nutriunt q̄ pruna.

Prunella

Pruna sicca.

De persicis.



E persicis autem sciēdum q humorē generant putrefactibilē. Uerū est q appetitū cōfortāt nec debēt recipi post cibū: quia tunc corrūpuntur: ꝛ alium cibū corrūperēt. Sed debent recipi ante cibū sicut pruna: tūc ei bene digerūtur ꝛ stomachū colericū calidū cōfortant q꞉ infrigidant ꝛ humectāt. Et scias q eoꝝ odor valet contra cordiacā passionē: multū enim confortant habentes eā ꝛ habent proprietatē mirabilem resistendi fetori prouenienti a stomacho. Si quis aūt habet stomachū frigidū vel debilē. vel plenū malis humoribus: si sumpserit persica in ieiunio bonum est superbibere aliquātulū vini veteris odoriferi vt facilius digerantur ꝛ persicoꝝ malicia corrigatur: ꝛ specialiter si sint dura. Et sciendū q persica matura ventrē soluūt ꝛ immatura cōstringunt. In omnib⁹ aūt predictis fructibus hoc ē obseruandū q non simul recipiātur diuerse maneries fructuū. Unde q̄ comedit ficus nō comedat vuas ꝛ sic de alijs. Sicut enim diuersitas ciboꝝ est vitāda in regimīe sanitatis: sic multo magis diuersitas

Corruptio cibi

Odor persicarum.

fructuū:sic patet igitur secunda vtilitas propter quā corpora in regimine sanitatis vtuntur fructib⁹ ꝛ modus vtēdi eis. Tertia vtilitas ꝓpter quaꝫ homines in latitudine existentes sanitatis vtuntur fructib⁹ quibusdā est ventris cōstipatio. Sūt aūt aliqui q̄ naturaliter vel accidentaliter habēt vētrē magis fluentē ꝙ oporteat. Et isti debēt vti q̄busdā fructibus constipantibus ventrē:ꝛ huiusmodi sunt coctana:pira:mespila:poma:ꝛ sorba. Hij enim fruct⁹ cū sumūtur ante cibū ventrē constipant :nec debent recipi predicti fruct⁹ in magna q̄titate qꝛ sunt difficilis digestionis ꝛ mali nutrimēti. Unde cibus post eos sumpt⁹ citius digeritur ꝙ predicti fructus: ꝛ permanet in stomacho vltra debitū tēpus ꝛ sic corrūpetur digestio:sicut patet in carnibus perfecte coctis si posterius i poto buliant. Tales igitur fructus recipientur in principio mense:ꝛ in pauca quantitate. Sed si queramus ventris laxationem recipiantur in fine mense.

Utilitas tertia

Fruct⁹ cōstipatiui.

De coctanis.



Inter hos autem fructus coctana sunt laudabiliora. Nā cum stipticitate ꝛ ponticitate quam habēt sunt odorifera:ꝛ ideo sunt stomachi confortatiua magis ꝛ similiter cordis. Unde multum competunt in reducendo apetitum ex dominio colere defedatum Bonum est ꝙ inuoluantur stuppis:ꝛ decoquātur in prunis seu in calidis cineribus:ꝛ tunc frāgantur per frustra ꝛ ponātur in optimo vino odorifero:ꝛ isto modo melius nutriunt ꝛ minus grauant stomachum ꝛ citius digerūtur. Et sic debēt exiberi habentibus stomachum debilem:sed coctana cruda sunt maioris stipticitatis ꝛ difficilioris digestionis:ꝛ ab habētibus stomachū debilem ꝛ frigidum nullo modo debent sumi.

Prouocāt appetitū.

¶ De piris.



De piris aūt sciēdū ꝙ quanto pira sunt magis odorifera ꝛ coctanis in sapore ꝛ substātia ꝛ colore propinqua:tāto sunt stomacho ꝯueniētiora:ꝛ pira minus dulcedine ꝑticipātia cū ꝑdictis ꝯditionib⁹ minus sūt apta nutrimēto ꝛ magis sunt ꝯueniētia ad vētrē ꝯstringendū ante cibū sūpta:vel ad laxandū si sumātur post alios cibos:ꝛ ecōuerso pira dulciora ꝛ substātie melioris sūt nutrimēto magis apta : ꝛ specialiter decoquātur sicut superius dictū est de coctanis. Et nota ꝙ pira ꝛ coctana ieiuno stomacho comesta sunt causa fortis colerice ꝛ incurabilis:ꝛ si contingat ꝙ comedātur in ieiuno in aliquo casu superbibatur vinum vetus odoriferum in pauca quantitate sicut de persicis dictum est.

Ieiuno stomacho nō comedantur.

De pomis



De pomis autem sciendum ꝙ poma dulcia possunt comedi ante cibum ꝛ post ꝛ magis competūt ad nutriendum ꝙ pontica acetosa vel stiptica de quibus pōticis similis est ratio:sicut de coctanis ꝛ piris quo ad operatiōes ꝛ quo ad moduꝫ exhibendi. Poma autem odorifera confortant cor ꝛ cerebrum ꝛ habent proprietatē ꝯfortādi principalia mēbra si sint tēperata i caliditate;ꝛ hoc ē veꝝ de pomis acetosis ꝛ pōticis

Poma cōfortant.

Sed poma dulcia non multum competunt colericis conuertuntur enim in coleram. Et nota ꝙ poma habent malam proprietatem in generādo ventositatem in secunda digestione ⁊ tertia: propter quam dictum est a sapientibus ꝙ possunt generare ethicam ⁊ ptisim. Nam ventus generatus ex his habet malam proprietatem ad exsiccandum arterias pulmonis.

De mespilis.



E mespilis autem et sorbis sciendum ꝙ minus competūt nutrimento inter ceteros fruct⁹ superius nominatos: quod satis ostēdit austeritas sui saporis ⁊ duricies sue substātie postꝙ̄ sunt in arbore maturata: igitur ex his minus est comedendum ꝙ̄ de superius nominatis ⁊ magis recipi debent via medicine ꝙ̄ via cibi. Uirtus autem hoꝝ fructuū est stiptica valde: ⁊ ideo satis competunt in fluxu ventris. Sorbe tamen sunt delectabiliores mespilis: sed quia mespile in arbore non mollescunt mollicie sufficiente ad esum. Ideo anteꝙ̄ comedantur remolliātur ⁊ tunc magis sunt delectabiles gustui ⁊ minus stiptici. Sic igitur patet tertia vtilitas comedendi fructus in latitudine sanitatis. Quarta vtilitas comedendi fructus in latitudine sanitatis est compressio cibi de orificio stomachi ad fundum. Sunt autem quidam fructus comprimentes sua ponticitate ⁊ stipticitate: de quibus superius sufficienter dictum est. Et alij sunt comprimentes grauitate ⁊ ponderositate ⁊ grossicie sue substātie: ⁊ huiusmodi sunt auellane: castanee. Nam isti duo fructus non habent ponticitatem nec stipticitatem propter quam comprimunt cibum nec aromaticitat ratione cuius confortant stomachum: sed deprimunt cibum ratione grauitatis ⁊ grossiciei substantie que est in eis: et tales fructus non multum competunt corporibus sanis debilitant enim stomachum: quia difficilis digestionis sunt ⁊ mali chimi: nec habent dulcedinem ratione cuius stomachus in eis delectetur nec stipticitatem: et ideo auellane humide ⁊ virides maxime sunt euitande licet possint cibuꝫ sumptum comprimere: quia nec dulcedinem habent qua placeant ori stomachi nec aromaticitatem qua confortant ⁊ corroborant spiritus nec stipticitatē nec ponticitatem qua roborent ⁊ fortificent stomachi orificium aggregando partes: ⁊ ideo generaliter sunt nociue ori stomachi: quia sua frigiditate ⁊ grauitate percutiunt: nullum conferendo iuuamentum.

In fluxu vētris cōpetunt

De sorbis

Quarta vtilitas.

Auellana ⁊ casta. cōpetunt p⁹ cibum

De castaneis.



Ciendum ꝙ sunt digestionis difficilis: et generant humorem grossum melancolicum ⁊ opilāt venas sed inter fructus siluestres castanee vt distinguuntur a glandibus notabile alimentuꝫ dant corpori ⁊ habent aliqualem stipticitatem: ⁊ specialiter dum assantur: ⁊ ideo competunt post cibum.

De auellanis.



Ed auellane sunt minus nociue ꝛ si auellane aliquantulum torreantur acquirunt quandā stipticitatem ꝛ dulcedinem ratione quarum stomachus in eis delectatur ꝛ ab eis cōfortatur sicut ꝛ castanee quando assantur acquirunt stipticitatem ꝛ dulcedinē maiorē et sic a ꝓprietate magis ꝓpetūt post cibū.

Prepatio auellanarum

De nucibus.



T est diligenter notandum ꝙ nuces sicce peiores sunt auellanis. Nam magis vnctuose sūt ratione cui⁹ in coleram cōuertunt ꝛ inducūt capitis dolorem: ꝛ oculos turbāt ꝛ vertiginē generant: ꝛ specialiter sumpte post cibū ꝛ lingue paralysim inducūt et vomitum prouocāt ꝛ habētes stomachū colericū maxime debent euitare nuces siccas: ꝛ quāto antiquiores tanto peiores. Recētes aūt minus male sunt: q̄a non sunt tante vnctuositatis: ꝛ ideo nō generant dolorē capitis nec vertiginem ꝛ similia sicut sicce ꝛ ratione humiditatis lubricātis laxant ventrem ꝛ si aliquātulum torreātur ꝛ comedātur post cibum cōprimunt cibū sumptū: ꝛ sicce sumātur ante cibum cū ficubus ꝛ ruta valent contra venenum. Sic igitur patet ꝙ nuces recētes sunt magis conueniētes corporibus sanis q̄ sicce: ꝛ contrarium est de auellanis.

Nuces sicce male.

De amigdalis



Migdale aūt dulces medie sūt inter auellanas ꝛ nuces nisi ꝙ melioris sunt nutrimēti stomacho magis ꝯueniētes: ꝛ puto ꝙ viri des sunt meliores ad esum q̄ sicce ꝛ antiq̄. Nam sicce h̄nt quādā vnctuositatem rōne cuius pn̄t inducere nocumenta q̄ inducunt nuces. Amigdale tn̄ dulces ꝛ sicce nō sunt adeo male sicut nuces: q꞉ nō tantā h̄nt vnctuositatez. Un̄ diligenter notandū ꝙ lac amigdalaꝝ siccaꝝ antiquarum nō multum cōpetit febricitātib⁹ ꝓpter vnctuositatē eaꝝ: rōe cui⁹ inducit dolorē capitis ꝛ ad colerā pōt ꝯuerti. Sed lac amigdalaꝝ viridium est eis ꝯueniētius. Et si velim⁹ ex antiq̄s lac facere carens vnctuositate. Primo torrefiāt aliquātulū: ꝛ deinde infundātur in aqua frigida. ꝛ deinde pistētur ꝛ distēperent̄ cū aqua laudabili: ꝛ deinde ꝯmoueat̄ lac fortissime ꝛ spuma post agitationē remoueat̄ ꝛ lac sine vnctuositate remanebit Est diligēter notandū ꝙ amigdale dato ꝙ h̄nt multas bonas ꝓprietates tamē inimicātur stomacho: ꝛ similiter nuces: auellane: ꝛ fistici vt dicunt quidam ꝛ pinee fistici tn̄ minus offendūt stomachū in sua essentia. Et similiter intelligatur de amigdalis ꝛ nucibus: sed pinee ꝛ auellane sunt in cōtrariū. Nam cū modicū exiccant̄ minus nocēt stomacho. Amigdale sicce nullo modo cōpetunt post cibū: nec ante nisi ad ꝓhibendū ascēsum vaporis vini ad caput: vn̄ ebrietatē ꝓhibēt. Pinee plus iimicātur stomacho et plus prosunt pectori. Fistici autem minus stomacho nocent: sed prosunt vt dicunt alij prohibent enim nauseam ꝛ stomachi subuersionem ꝛ confortant os eius vel nō h̄nt iuuamentuz vel nocumentū in stomacho

Mod⁹ faciendi lac amigdalarum

h

vt quidā dicūt. Quinta vtilitas vtēdi fructibus in regimie sanitatis est tēpus necessitatis: ꝛ in casu in quo alij cibi pro nutricione corporis non sufficerent. Inter fructus humidos ficus ꝛ vua sunt melioris nutrimenti ꝛ maioris. Reliqui aūt fructus humidi: puta pruna: poma: ꝛ pira: et similia parum cōpetūt via nutrimēti: ꝛ specialiter in hyeme. Amigdalis et pineis ꝛ auellanis ꝛ fisticis et nucib⁹ vti possum⁹ tpe necessitatis i via cibi ꝛ spāliter in hyeme. Amigdale eñ recētes corpus impinguāt: ꝛ estuationē stomachi suo tpe pñt aliqualiter temperare ꝛ cū exteriori cortice sūpte stomachi humiditates ꝯsumūt seu mundificāt ebrietatē ꝓhibent et sumpte post cibū ascensuz vaporis ad caput ꝓhibent. Ampli⁹ visum ꝯfortant ꝛ pect⁹ mundificāt ꝛ opilatiões laterū aperiunt ꝛ supfluitates vniuersaliter a viscerib⁹ abstergūt ꝛ substantiā cerebri augmentāt ꝛ matrici multum ꝯueniūt bene nutriūt ꝛ suauiter dormire faciūt: ꝛ vias vrine aperiūt: ꝛ gingiuas ꝯfortant ꝛ ꝯstringūt cū cortice exteriori masticate: ꝛ qñ sicce aliquātulum torrefiūt sunt ꝯueniētiores stomacho qꝛ eaꝝ vnctuositas remouet ꝛ recētes amigdale magis ꝯpetunt post alios cibos q̄ sicce ꝛ cōuerso de siccis. Melius eñ est q̄ ante aliū cibū comedātur: tantaꝝ igitur vtilitatum fruct⁹ nō est negligēdus. Nuces aūt offendūt stomachū et caput ꝛ visum ꝛ linguā: ꝛ solum hñt vnā bonitatez q̄ a veneno pisciū tuentur ante comeste. Non ergo comedātur nisi tpe pisciū ꝛ tūc comedant̄ ante pisces cuz ficubus ꝛ ruta vel cū piscib⁹ vel post pisces: ꝛ oibus modis ꝯsunt sed credo q̄ plus ꝯsunt ante sumpte: ꝛ in casu magis apprbo siccas q̄ virides: q̄uis via nutrimenti ꝛ quo ad alia virides sint minus nociue. Euitentur igit̄ fruct⁹ isti quantuz possibile est. Auellane epar ꝯfortāt sed nocent stomacho ꝛ capiti: ꝛ sunt scđm aliquos ita nociue sicut nuces: et scđm aliquos parū differunt a nucib⁹ nisi q̄ nō sunt boni chymi. Non est aūt auellana tante caliditatis sicut nux ꝛ est maioris nutrimēti ꝛ minus vaporosa ventrē stringit: ꝛ nuces magis laxant q̄ stringūt. Fistici autem epar ꝯfortant ꝛ scđm aliquos stomachū vt superi⁹ dictū est: ꝛ possunt comedi ante cibū ꝛ post qꝛ nō laxant ventrē nec stringūt quidā dicūt q̄ ventrez laxāt. Granū pini est difficilis digestionis ꝛ multi nutrimēti: ꝛ plus ceteris fructib⁹ oleaginosis ꝛ ei⁹ nutrimentū forte: ꝛ bñ mūdificat renes ꝛ p̄cipue mēbra spūalia: sed ceteris fructib⁹ plus stomacho inimicatur.

Laudes amigdalarum

Unica bonitas.

Auellane.

Fistici.

De dactilis



De dactilis aūt sciēdū q̄ sūt indigestibiles ꝛ caput grauantes ꝛ generant humores grossos ꝛ viscosos ꝛ venas opilant ꝛ pect⁹ leniūt ꝛ screare faciūt: tussim mitigāt ꝛ dētes ꝛ gingiuas putridas efficiūt vt q̄dam asserūt. Datili aūt pticipātes quandā stipticitatē stomacho sunt boni ꝛ ventrē stringunt. Si aūt p̄dicti fructus condiātur cū melle vel zuccaro stomacho minus nocebūt: sed tamē corporib⁹ tēperatis eis vti nō ꝯuenit precipue cū magis cōdiantur ad voluptatem q̄ necessitatem

Capitulū tredecimū de herbis seu olerib⁹



De herbis seu oleribus que sunt in vsu primo ponende sunt regule generales. Prima q̄ oms herbe simpliciter male sunt via cibi; nec nutrimentū dant corpori. Oms enim

Prima regula. Oms herbe male

herbe p suā naturam declināt ad humores melācolicos vel malos: ꝛ hoc etiam faciūt a tota substātia excepta buglossa ꝛ lactuca: hec eñ due herbe ceteris herbis via cibi sunt meliores seu min⁹ nocive: herbe eñ frigide puta atriplices: spinargia: ꝛ blete generāt sanguinē aquosuz fleumaticū et indigestū ꝛ aptū putrefactioni ꝛ ebullitoni oñi ratiōe humiditatis et passibilitatis substātie ꝛ paucitatis calidi: talia eñ cito suscipiūt calorez extraneuz herbe calide: puta mēta salvia: petrosilinū: allea: cepe: synapis et similia generant sanguinē acutū ꝛ inflāmativū: pūgitiuuz calidu3 ꝛ sic cum: ꝛ sic via cibi nō multū cōpetunt corporib⁹ tēperatis: s3 tamē via medicine ad preseruandū ꝛ alterandū pñt sumi sicut illi q̄ sunt calide cōplexionis ad alterandū colerā ꝛ sanguinez: pñt uti herbis frigidis in estate: et cōplexionis frigide possunt vti in hyeme calidis ad subtiliandū ꝛ alterandu3. Scđa regula talis est ꝙ herbe nō debent comedi crude nisi interdum lactuca ꝛ portulaca cū aceto ad cōpescendū sanguinis caliditatez et estuationē stomachi ꝛ epatis: ꝛ debent sumi in principio mēse ꝛ in pauca quātitate. Tertia regula ꝙ herbis calidis vtendum est tpe frigido: ꝛ frigidis calido. ꝛ temperatis: puta boragine ꝛ buglossa omni tpe. In estate igitur cu3 his addatur lactuca ꝛ spinargia ꝛ blete. In hyeme vero crissones: aut petrosilinum: aut pauca folia mēte ꝛ teneritates vrticarū. In vereve ro cum boragine ꝛ buglossa possunt addi speragi ꝛ lupini postꝙ fuerint preluti. Quarta regula ꝙ herbe nō debent comedi cū semine eax perfecte pducto ꝛ similiter anteꝙ ad pfectum devenerint augmentu3. Quinta regula ꝙ nō debent parari cū lacte aīalium: sed amigdalax: vel cū aqua decoctionis carnium laudabiliū: vel cū oleo olivarū dulci. Sexta regula ꝙ ferculu3 de oleribus cōiter debet sumi in principio mense q: talia fercula communiter laxant ventrē. Contrariū tamen hui⁹ convenit in substantia caulium. Nam dato ꝙ brodium cauliū sit laxativū ꝛ specialiter cū parum bulliunt: substātia tamen ventrem constipat: vnde potest cōveniēter recipi in fine mense ꝛ brodiū in principio. Unde multū est inartificiale recipere brodium cauliū primum ꝛ caules simul: q: vnum cōstringit ꝛ aliud laxat: ꝛ sic causatur in stomacho motus agitativus: sed cu3 abijcitur prima aqua nō erit periculū in substantia caulium cum brodio scđo vel tertio. De alijs aūt oleribus humidis ventrem laxantibus nō expedit multum ꝙ abijciatur prima aqua nisi forsan intendam⁹ magis ad nutritionē et velimus impedire laxationē. Sumētes igitur caules via cibi nō expedit ꝙ prima aqua ebulitionis remaneat: sic eñ magis nutrient ꝛ minus laxabūt. Septima regula ꝙ si herbe frigide ꝛ humide sumant via cibi debent taliter preparari ꝙ eax humiditates temperentur. Unde bonu3 est ꝙ primo coquātur in aqua: ꝛ deinde frixētur in oleo dulci: vel si totaliter decoquantur in aqua permisceantur aliqua habētia virtutē contrariaz. Verbigra: cucurbite sunt frigide ꝛ humide. Unde bonū est ꝙ primo decoquātur in aqua ꝛ inde frigātur in oleo: vel cū eis permisceātur aliqua calida ꝛ sicca: puta cepula alba vel feniculus vel petrosiliū: ꝛ similiter intelligat de calidis ꝛ siccis per cōtrariū. Octaua regula est ꝙ illa olera sūt cōvenientiora ad nutriendū que minus participāt farmaca qualitate: ꝛ sūt ille herbe quarum sapor est minus austerus et dulcedini magis propinquus. Sciendū igitur ꝙ herbe seu fruct⁹ ex quib⁹ est ꝯsuetū fieri ferculū sunt hec lactuca; bleta: attriplex; portulaca: caules; cucurbita: melones:

Herbe frigide

Herbe calide.

Secunda.

Teria regula

Septima regula.

Octaua re regula.

Herbe vsuales

borago: buggloſſa: petroſilinum: allium: cepe: et porrum. Notandū ꝙ ex allio nō fiunt fercula cōmuniter dicunt etiam quidā magni ꝙ ex melongenis que cōiter vocantur albagnie nō debent fieri fercula: q꞉ eorū vſus nullomodo prodeſt. Et audiui ꝙ ſi quis ex eis continue comederet per annum ꝙ caderet in inſaniā: quidam tamē conſtruunt ex eis cibaria delicata proiecta prima aqua decoctionis eax: ꝛ quando decoquuntur cum brodio carnium laudabilium pinguium ſunt multū delectabiles ꝛ poſtꝙ ſic factus eſt cibus ille temperatus eſt vt quidam aſſerunt. Nam earum auſteritas remouetur per decoctionē primā: ꝛ propter carnes quibus ſcdo condiūtur: ꝛ ꝗuis ſcōm ſe generant humorem melancolicum ſicut caules multum tamē conſiderari debet modus preparādi ꝛ illud quod cū eis miſcetur ex quo cibi malicia bene poteſt corrigi. Et etiam oportet multū conſiderare amicabilitatem guſtus. Nam quando cibus eſt multum delectabilis leſio proueniens nō eſt multū manifeſta. Nam quod melius ſapit melius nutrit. Datur enī guſtus ꝓpter alimentum. De iſtis melongenis parum curamꝰ in hoc climate ſeptimo ꝛ in parte occidentis: q꞉ non inueniuntur apud nos: de aliis tamen aliqua breuia dicemus: et primo dicemus de frigidis.

De lactuca



Generat ſanguinē

T primo de lactuca que ꝛ ſi pauci ſit nutrimenti ſicut ꝛ alia olera: tamen inter oīs herbas generat meliorē ſanguinem: cū ſanguis generatus a lactuca declinat ad frigidū ꝛ humidū. Competit igitur in complexione calida ꝛ tpe calido ꝛ ante alium cibū: et poteſt homo ſumere eam crudam ꝛ coctam: ſed cruda plus alterat ꝛ minꝰ nutrit: ꝛ cocta ecōuerſo ꝛ non debet ablui: nam ex ablutione efficit ventoſa ꝛ inflatia: et intenditur eius frigiditas ꝛ humiditas ex quo reddit indigeſtibilis. Ipſa lactuca in ſua natura cito digerit: ſiti ſedat: ardorē et calorē mitigat ebullitionē humoris tēperat: lac in mamillis multū multiplicat: appetitum cibi excitat: nō ſoluit nec ſtringit ventrem: nec vrinā ꝓuocat ꝛ in medio potationis vini comeſta nō permittit hoīem inebriari: ſomnū prouocat: ſed viſum offuſcat. Ad prouocandū igitur ſomnū multū competit ſenibus: ſed q꞉ humida ꝛ frigida debet comedi cū aromatibꝰ temperantibꝰ eius frigiditatem ſicut galienus faciebat tpe ſue ſenectutis libidinē coitus ſedat. Et eſt notandū ꝙ interdū pōt comedi poſt alios cibos quando aliquis preſumpſit aliqua cibaria acuta valde ꝛ calida: tunc enī poteſt comedi lactuca ad remouēdū eox maliciam. Lactuca ē duplex hortulana ꝛ ſilueſtris. Silueſtris eſt multum frigidior hortulana: ꝛ in virtute opiꝫ: vnde nō competit via cibi ſed ſolum via medicine.

Prouocat ſomnum.

Duplex lactuca.

De bleta.



Frigida ꝛ humida.

Leta declinat ad frigiditatem et humiditatem ꝛ alba eſt melior ad eſum ꝙ nigra: ꝛ nullomodo debet comedi cruda ſed cocta ꝛ paruū nutrit ꝛ minus ꝙ lactuca: ꝛ malū humorē generat vel minꝰ bonum ꝙ lactuca: et ſtomachū debilitat ꝛ inteſtina et aſſiduatio vſus eius inducit ventris dolorem pungi

tinum si comedatur cocta inducit rugituz z inflationẽ nisi cōdiat cum aliquibus specieb' malicie ipsius obuiātibus imo sic sūpta curabit dolorez ventris eū laxando z venas aperiēdo. Et est notandū q bleta est humidior lactuca vñ lactuca est quasi media inter caulem z bletam.

De attriplicibus


Atriplices parum differūt a bletis in complexione z opatione nisi q attriplices sunt hūidiores et ratione hui' ventrē subducūt z parū nutriūt: z ardorem colere mitigāt z vomitū pvocant z specialiter eoz semen z parati sunt corruptioni: sed itericis prosunt ad salutē: nullomodo comedant crudi: sola em̄ lactuca z portulaca comedant vtroq3 mō. Dñt aūt attriplices cōdiri cū oleo z sale z aceto. Nā simplr sūpti sūt mali stomacho.

De spinargia


Spinargie similes sunt attriplicib' nisi q meliores sunt stomacho: ventrē em̄ humectāt z humorē aquosum valde frigidū z humidū generant nisi eaz malicia corrigat sicut attriplices. Et nota q spinargia est valde bona gutturi z pulmoni. Prodest gutturi



De portulaca

Portulaca alimentū parum dat corpori et illaudabile z frigidum z humidū: aufert sitim z cōstipat ventrem: z aufert dentiū stuporē z est bona spleni et precipue semen eius: sed visum offuscat z appetitum defedat nimius vsus eius z libidinem aufert et vomitum prohibet.

De cucurbita.


Cucurbita generat humorē aquosum non austez nec vniuersaliter pticipantē farmaca q̄litate sicut ipsius sapor oñdit: parū nutrit z ppter passibilitatez sue substātie parata est recipe corruptionem. Uñ qñ ipsius digestio corrūpitur generat humorem malū valde. vñ nō est recipiēda in stomacho immūdo. Etiaz nō debet comedi si sit incōueniēter parata. Nam his duob' modis cito in stomacho suscipit corruptionē z ad malū humorē valde ↄuertit. Ampli' ex sui natura generat humorem non pticipantē q̄litatis excessuz si bene digerat: qđ ostendit ex ip̄i' saporis isipiditate: z sic etiā ex sui passibilitate facile ↄuertit ad naturaz illoz q̄ cū ea pmiscent in pparatione: vñ si pmisceat cū ea qđ generat humorē salsuginosuz: z ip̄a talez humorez generat et sic de alijs. Uñ se hz respectu alioz ciboz participantiū q̄litatis excessuz ad modū medij si cū eis pmisceat quod mediū facile ↄuertet ad extrema. Sz q2 curcubita est multum aquosa: bonum est cum ea pmisceri cepulam herbam feniculuz vel calamentum: vel organuz: q et etiā primo elixetur: deinde frigatur. Non laudatur.

De caulibus



Aules scdm aliquos frigidi sunt et sicci: scdm aliquos calidi sunt et sicci. Nos aut dicimus quod via cibi et eorum substantiam considerando sunt frigidi et sicci: et generant humorem melancolicum: sed via medicine et quo ad eorum circumferentiam calidi sunt et sic sunt mali stomacho parum nutriunt et malum humorem generant: et peiorem quam lactuca et visum obtenebrant nisi oculi sint valde humidi: tunc ei possunt conferre desiccando: somnum inducunt et menstrua et vrinam prouocant eorum substantia post primam et secundam decoctionem ventrem laxat.

Generant melancoliam

De caulibus siluestribus.



Aules siluestres non sunt competentes ad esum summitates caulium et specialiter eorum oculi conuenientiores sunt stiptice et folijs: et debent decoqui et preparari cum carnibus laudabilibus: et efficiuntur satis boni nutrimenti et delectabilis ad esum. Caules multum confortant iuncturas et ab intra et extra. Unde antiquitus mulieres cibabant filios suos caulibus vt citius ambularent.

Ad iuncturas.

De boragine.



Orago domestica et siluetris: ceteris oleribus est conuenientior humane complexioni ad esum. Est enim calida et humida temperate: et ceteris oleribus meliorem generat sanguinem. Et quia borago participat quandam asperitatem ex qua ad esum reddit minus delectabilis: bonum est quod cum permisceatur ex quo predicta asperitas remoueatur: sicut spinargia et blete tenerrime: tunc enim confortat cor et vltra omnia spiritualia: et est lenitiua pectoris et pulmonis et leticiam inducit. Unde versus. Dicit borago gaudia semper ago. Dicunt quidam quod si comedatur cruda generat sanguinem laudabilem: sed magis quod decoquatur cum carnibus caponum et apponatur aliquantulum de petrosilino ad reprimendum eius humiditatem: et de spinargijs et bletis ad reprimendum eius asperitatem. Alie herbe calide quibus homines consueuerunt vti: sunt hec: petrosilinum: menta: speragi: trifolium: feniculus: apium: nasturcium ortulanum et aquaticum: saluia: hysopus. Ex his aut herbis per se non fiunt fercula. Nam parum nutriunt et generant sanguinem acutum: et adurunt sanguinem iam generatum. Unde tales herbe singulariter nullomodo sunt sumende via cibi sed solum via medicine: tamen hijs herbis vtuntur homines sani ad corrigendum maliciam aliorum olerum in salsis propter aliquas vtilitates speciales quibus homines forsan ab egritudine preseruantur.

Versus

Herbe calide vsuales.

De trifolio.



T dicamus primo de trifolio. Hec enim herba calida est et sicca: et participat amaritudine et stipticitate manifeste: et ideo via cibi non competit: valde aut est bonum stomacho seu crudum siue bulitum sumatur sed parum sustinet decoctionis. Potest aut conuenienter exhiberi cum oleo aceto et sale: et stomachum confortat et fastiditos curat et appetitum excitat et prouocat conuenienter decoctio trifolij si ex ea abluatur locus morsus scorpionis: vel vipere curat dolorem: et si non sit locus morsus dolorem similem dolori omnino causato a morsu.

Proprietas bona.

Contra morsum scorpionis

De speragis.



E speragis aut scdm quod paucum alimentum dant corpori non bonum possunt tamen offerri cum oleo et aceto: sicut superius di-

ctū est de trifolio: ꝛ sūt delectabiliores ad esuȝ ꝛ stomachū magis ꝯfortā tes bulliti in aqua molliunt ventrem: ꝛ prouocant vrinam ꝛ dicunt qui dam quod nauseam inducunt. Urinaȝ ꝓuocat.

¶ De feniculo

f Eniculus tarde digerit ꝛ male nutrit ꝛ paꝝ. Unū nō ꝯpetit via cibi: sȝ ꝯfert īflationi stomachi. Et si bibat cuȝ aq̄ frigida nauseā facit. Et si terat cū aq̄ sup morsuȝ canis ra biosi ꝯfert: plus igit via medicine cōpetit q̄ꝫ cibi. Nō igitur vtendū est eo in regimie sanitatis nisi ad correctionē malicie quorūdam aliorum ciborum: sicut interdum cū lactuca comedimus petrosilinum ad resistendum frigiditati ꝛ humiditati lactuce: sicut etiā cuȝ cucurbitis de coquim⁹ feniculū: ꝛ similiter cū rapis ad corrigendum earum maliciam. Cōtra morsum canis

De petrosilino

S Ciendū q̄ꝫ generat sanguinē valde acutū ꝛ incitat ad irā ꝛ est aperitiuū: ꝛ nō ꝯpetit via cibi nisi ad correctionem malicie alioꝝ ciboꝝ: sicut de feniculo dictū est. Herba aūt petro silij in cibis posita digestionē ꝯfortat ꝛ ventositatē excludit ꝛ est herba sa tis ꝯueniēs ad salsas. Usus aūt hui⁹ ꝯueniētior est in tpe frigido ꝛ etate senectutis et regione frigida quā in oppositis predictorum ꝛ fit ex eo epu lum cum sale contra morsum canis rabiosi. Aperit vi as vrine

¶ De apio.

a Pium satis ꝯuenit cū petrosilino in cōplexione et in ꝓprietatib⁹ sed sapor ei⁹ est min⁹ delectabilis. Unū via cibi min⁹ eo vtunt hoīes cōiter: nō est tū tante siccitatis si cut petrosilinū: vnū nō tātū adurit: ꝓprietatē hȝ i aperiēdo opilationes splenis ꝛ epatis: sed nocet capiti ꝛ incitat mor bum epilentiū ꝛ masticatum facit odorem oris bonum. Facit epi lesiam.

De nasturtio siue cressonibus.

S Ciendū q̄ꝫ calefacit stomachū ꝛ epar et cō fert grossiciei splenis ꝛ sanguinē adurit ꝛ paꝝ nutrit et ipsius nutrimentū nō est laudabile pulmonē mun dificat ꝛ renes ad coitū incitat: appetitū ad cibū exci tat: tū parū ex eo pōt sumi in principio mense cū ace to croco ꝛ sale ꝛ oleo ad reuocationē appetitus ꝛ ali ter est malum stomacho: q: ipm nimis mordicat bi bitum et linituȝ retinet capillos cadentes. Mundifi cat stoma chum.

¶ De saluia.

S Aluia multū est calida ꝛ sicca ideo nō mul tum cōpetit p se via cibi. Ipa enī saluia multū ꝯfor tat neruos: in sanitate hoīes multuȝ vtūtur saluia. Dupliciter. pmo q̄dem ꝯponēdo ex ea vinū saluiatuȝ quo vino hoīes i latitudie sanitatis vtūtur spāliter in principio mēse. Et ꝯpetit hmōi vinū paliticis epi lenticis moderate sumptū ꝛ ꝑcedēte purgatione an tecedētis materie. Ampli⁹ vtunt saluia in salsis: nā excitat appetitū ꝛ spāliter cū stomachus fuerit repletus malis humori bus crudis ꝛ indigestis: ꝛ ad eandē intentionē pōt ex ea fieri herbulotū et comedi ieiuno stomacho. Confortat neruos

¶ De menta.


Enta multū calida est ⁊ sicca ⁊ paruz cōpetit via cibi ī regimīe sanitatis verū est φ stomachū ꝯfortat ⁊ ipm̄ calefacit singultū sedat ⁊ digerit ⁊ ꝓhibet vomitū et fleumaticum ⁊ sanguineū ⁊ ad coitū incitat ⁊ ꝓhibet sputū sanguinis. Confert ad morsum canis rabiosi ⁊ est ꝓpria ad illud.

Capitulum quattuordecimum de radicibus.

Radices vsuales


Adices quib⁹ hoīes sani cōiter vtūtur his temporib⁹ sunt hec: porri: allea: raphan⁹: cepe: radix pastinata: napi seu rape: et corne. De porris alleis et cepis breuiter est sciendū φ via cibi nō cōpetūt tem peratis corporib⁹ nec calidis: ⁊ specialiter cruda: parū enim nutriūt: ⁊ male nutriunt: ⁊ generāt sanguinez acutum ⁊ pungitiuū: grossos tamē subtiliāt ⁊ viscosos incidūt ⁊ postφ decocta sunt ꝑdunt pūgitiuitatē ⁊ adhuc remanet virtus incisiua ⁊ subtiliatiua. Unde magis cocta cōpetunt φ cruda.

De porris.

p

Orri autem sunt calidi ⁊ sicci ⁊ dant corpori alimentū laudabile ⁊ oculis nocent ⁊ generant sanguinem nigrū ⁊ melancolicū ⁊ generāt somnia terribilia ⁊ neruos ledūt ratione pungitiuitatis eoꝝ: nocēt dētibus ⁊ gingiuis ⁊ nullus colericus nec melancolicus eis vtatur ⁊ specialiter crudis

Nō ꝓsunt

¶ De cepe.


Epe calide sunt ⁊ hn̄t humiditatē supfluā terrestrem cū humiditate aquosa subtili indigesta. Si comedātur crude generāt ī stomacho hūores malos ⁊ putrefactibiles et corruptibiles ⁊ generāt sōnia mala ⁊ terribilia ⁊ dolorē capitis. Uñ nimi⁹ vsus eaꝝ disponit homiem ad memoriā ꝑdēdaz ⁊ ꝑturbat intellectū ⁊ ꝑducit ad dementiā. Sed si comedātur cocte cū aq̄ laudabiliū carniū laudabiliter iuuant digestiuā ⁊ minuunt eaꝝ nocumēta ⁊ tēperāt cibaria frigida cū q̄bus decoquunt̄ sȝ meli⁹ est eis nō vti.

Perturbant intellectum

De alleis


Lea calida sūt ⁊ declināt ad aliqualē hūiditatem sed min⁹ φ cepe: valent cōtra ventositatez ⁊ valent in tussi ⁊ bn̄ screare faciunt: sed nocēt visui et dolorē capitis inducūt. Uñ allea sūt tyriaca rusticoꝝ. Predicta acrumia solū cōpetūt his qui fleumaticum aut grossum viscosum humorem habuerunt. Colerici a predictis generibus acruminum abstineāt. De raphano autem ⁊ radice que sunt ꝓpinqua ⁊ in cōplexione ⁊ ꝓprietate. Sciendū est φ multū cōpetunt via cibi: spāliter corporib⁹ colericis generāt em̄ sanguinē acutū ⁊ pūgitiuū ⁊ ē raphan⁹ mal⁹ stomacho faciēs eructuationē ⁊ gn̄at humorē grossuz ⁊ si digestia sit debilis hūorē crudū hȝ tn̄ virtutē subtiliatiuā ⁊ incisiuā. Quidā aūt comedūt radicem ⁊ raphanū post alios cibos ad cōfortandū digestionē: de quo admirat̄. Gali. Unde verū est φ experientia do-

Tyriaca rusticorū.

cet ꝛ dicunt sapientes ꝙ si comedatur post alium cibum iuuat ad descensum ꝛ ventrem laxat. Sed si comedatur ante alium cibum impellit cibum ad superiora ꝛ vomitum inducit. Bonum est autem ꝙ comedatur cū aceto ꝛ sale post alios cibos ꝛ in pauca quātitate verum est ꝙ oculis nocet ꝛ capiti ꝛ valet contra morsuȝ scorpionis sumptus intus ꝛ extra applicatus ꝛ ad coitum incitandum. Mo d' comedēdi

De rapis et napis.



De rapis autem et napionibus sciendum ꝙ inter radices magis conueniunt ad corporis nutritionem ꝙ satis ostenditur ex amicabilitate sui saporis. Hoc enim commune est omnibus edulijs ꝙ amara ꝛ pungitiua minus alimentum dant corpori quam dulcia. Et quia nape ꝛ rape sunt ceteris radicibus dulciores ꝛ minus pungitiue magis competunt via cibi sed generāt sanguinem grossum melancolicum ꝛ sunt difficilis digestionis ꝛ vētose ꝛ generant humorem crudum si digestiua sit debilis: habent tamen proprietatem mirabilē ad confortationem visus ꝛ bonum est ꝙ depurentur a prima aqua ꝛ nullo modo comedi debent cruda ꝛ napiones sunt rapis laudabiliores. Et incitant ad coitum ꝛ ventrem molliunt ꝛ vias mundificant vrinales. Incitant coitum

De pastinacis.



De pastinacis autem sciēdum ꝙ si fuerint albe poterunt cocte cum carnibus sumi vel sine: quoniam conferunt eadem iuuamenta ventri ꝛ renibus sicut rape: sed expedit vt post sumantur sed minus nutriunt ꝙ̄ rape ꝛ napones ꝛ indigestibilitas inest eis sicut alijs radicibus ꝛ generant humorem grossum et crudum si digestiua sit debilis ꝛ humor qui generatur ab eis est mediocriter malus. Carne autem meliores sunt pastinacis sed multum nocent capiti humido ꝛ pulmoni.

Capitulum decimumquintum de fungis.



Volo autem post tractatū de radicibus aliquantulum loq̄ de fungis quia maiorem habēt similitudineȝ cū radicibus ꝙ̄ cū herbis vel fructibus. Sciendum autem ꝙ est vna maneries fungorum qua homines vtuntur ꝛ specialiter ytalici via cibi postꝙ̄ elixati sunt vel frixi vel conditi cum quibusdam speciebus ꝛ sunt saporis delectabilis ꝛ vocantur apud gallicos causa panioli ꝛ nascuntur in pratis ꝛ in terra nō corrupta vbi etiam animalia venenosa non conuersantur. Nascentes autem iuxta cauernas animaliū venenosorum ꝛ in locis putridis iuxta plātas seu arbores mortiferas sunt mortiferi. Sūt etiam quidaȝ fungi qui a tota specie sunt mortiferi. Fungi non mortiferi meliores sunt sicci ꝙ̄ viri-des ꝛ bonum est ꝙ cum piris prebuliantur in aqua ꝛ cum pulegio frigantur ꝛ cum oleo oliuarum dulci ꝛ superaspergatur puluis quarumdam spe Duplex est fungus Quidam sūt mortiferi.

cierum: puta zinziberis albi et cynamomi et sic corrigitur eorum malicia: sunt etiã frigidi et humidi et talem humorẽ generãt: et eorũ substãtia est multum putrefactibilis. Et similiter humor generatus ab eis. Male igitur nutriunt et sunt difficilis digestionis et digerant si comedantur: sed generant colicam: et ex eis interdum prouenit suffocatio anxietas et sincopis et sudor frigidus: et cura eius est per oximel diureticum cum decoctione hyssopi et pulegij et sunt mala stomacho valde et bonum est post eos bibere bonum vinum. Usum igitur fungorum omnino vitupero salua reuerentia ytalicorum qui eis vtuntur ad voluptatem. ¶ Capitulum. xvi. de trufflis.

Usus fungorum mal⁹.



Non solum autem homines vtuntur fungis sed etiam idijs seu trufflis. Sic autẽ nominantur ab aliquibus. Alij autẽ nominãt tuberas et sunt radices i terra sine trũcho et folijs figure rotũde coloris rubei saporis insipidi: dulcedini aliquali appropinquãtes et puto q alimentũ dant frigidũ et humidũ et grossum: generant enim humorem non multum malũ et comeduntur crude et cocte. Substãtia eorum est multũ terrea propter quod comedantur post alium cibũ iuuant ad eius descensum ab orificio stomachi. Et dicũt quidam q generant humorem melancolicum et nihil est eis par. Bonũ est q primitus elixentur in aqua cum vitello oui postq primitus sunt excorticati et deinde condiantur cum oleo dulci et additur puluis quarumdam specierum et post trufflas debet bibi bonum vinum. Usus autem continuus est periculosus corpori humano ex eo q inducit palisim et appoplexiam: colicam: stranguriam et sunt dure digestiõis grauantes stomachum et multum appropinquantes ad naturam fungorum sed minus mali sunt q fungi. Eligantur autem truffle que inueniũtur in terra arenosa libera non nimis aquosa: et dicunt quidam q sicce sunt deteriores humidis et maxime comedantur in vere et generantur in profunditate terre per viam putrefactionis. Unde videtur terra interdum effumare in loco in quo generãtur et niues existentes in illo loco liquefiant penitus et sic caliditatem quandam habent putredinalem. Et ex hoc opinãtur quidam q sunt calide complexionis et q humorem calidum generãt et q incitent ad coitum. Ista tamen non approbo quia dictis sapientum in ista materia nõ cõcordant. Securius esset eis non vti salua reuerentia eis vtẽtium plus ad voluptatem q propter necessitatem et vtilitatem.

Prepatio.

Capitulum decimumseptimum de carnibus.



Quia bone carnes bonum sanguinem generant inter alia cibaria posito q bene digerantur determinandum est de alimento sumpto a carnibus in speciali. Et primo de alimẽto sumpto a quadrupedib⁹ domesticis et siluestribus. Et deinde de alimento sumpto a volatilibus tam domesticis q siluestribus. Primo dicemus de alimento sumpto ex animaliũ quadrupedum diuersitate: deinde ex membrorum eorumdem varietate. Sciendum q animalium quadrupedum quedã sunt boni et laudabilis nutrimenti et quedam illaudabilis. Amplius quedam sunt facilis digestionis et alia difficilioris et tardioris. Amplius quedã generant grossio

De q̃drupedibus.
Caprioli.

rem ꝛ viscosiorem humorem ꝛ alia subtiliorem. Itē quedam carnes multi nutrimēti sunt alie pauci. Carnes autem laudabilis nutrimenti de numero quadrupedum sunt carnes capriolorum iuuenū siluestriū ꝛ domesticorum: ꝛ domestice sunt siluestribus meliores. Siluestres vero sūt plus debito ficciores: sed carnes capraꝝ antiquarum ꝛ hircorum sunt simpliciter illaudabiles siue sint domestice vel siluestres. Amplius dico ꝙ carnes porcorum non antiquoꝝ non nimis iuuenum: sed etate mediocrium: puta vnius anni vel duorum tā domesticoꝝ ꝙ siluestrium sunt multum laudabiles corporibus sanis ꝛ fortibus in quibus viget fortis calor. Et puto ꝙ siluestres sunt domesticis meliores eo ꝙ domestice sunt plus debito viscosiores ꝛ humidiores. Predicte autem carnes si aliquantulum saliantur antequam comedantur obtemperatur earum viscositas. Et quidam simpliciter opinātur has carnes meliores esse inter quadrupedia vel esse simpliciter conuenientiores corporibus nostris ꝛ nobis magis proportionabiles ꝛ magis nutritiuas. Amplius dico ꝙ carnes vitulorum lactantium sunt valde laudabiles. Non laudabiles autem carnes boum veterum vel thaurorū vel vaccaꝝ domesticarum vel siluestrium. Nam sunt difficilis digestionis ꝛ mali chymi ꝛ humorem generant melancolicum. Unde earū vsus inducit leprā ꝛ quartanam ꝛ spleneticam passionē ꝛ similes egritudines melancolicas. Amplius carnes arietum vnius anni specialiter castratorum sunt laudabiles ꝛ a quibusdam sapientibus ꝙplurimum approbate. Sed carnes arietum non castratoꝝ antiquoꝝ ꝛ ouium ꝛ agnorum porcorum nō sunt laudabiles nec in sanitatis regimine conuenientes. Predicte carnes laudabiliores sunt tēporib⁹ quibus habēt pascua meliora: tunc enim sunt cōuenientiores esui. Unde carnes capraꝝ sunt meliores in estate in qua pullulationes quibus pascuntur sunt perfecte ꝛ similiter q boues indigēt herba profunda pro eoꝝ pascuis sunt in estate grossiores ꝛ pinguiores ꝛ esui cōueniētiores. Oues aūt scdʒ pricipiū ꝛ mediū veris sunt conuenientes: non enim indigent pascere herba magna ꝛ profunda parua enim sufficienter nutriri possunt. Ex dictis igitur elici pōt ꝙ carnes hyrcorum capraꝝ ꝛ arietū ꝛ boū ꝛ porcoꝝ antiquoꝝ ꝛ specialiter non castratoꝝ ꝛ porcellorum lactantium ꝛ agnorum non sunt multum conuenientes in regimine sanitatis: sed carnes vitulorum iuuenū ꝛ arietum annualium ꝛ ꝛ porcoꝝ annoꝝ duoꝝ vel vnius: etiam castratoꝝ specialiter sunt conuenientes esui ī regimīe sanitatis. Quidā aūt opināturvitulinas meliores ꝛ alij porcinas magis approbāt carnes āualis arietis castrati sed ī hoc ē multū ɔsiderāda cōsuetudo ꝛ appetitus hominis. Amplius consueuerunt homines sani existentes vti carnibus leporinis ꝛ cuniculorum ꝛ ceruoꝝ. Et iste carnis sunt melancolice ꝛ talem humorem habent generare. Unde tales carnes dū perueniunt ad antiquitatē simpliciter sunt euitāde: ꝛ meliores aūt sunt cū sunt paruit propinque vt siccitas eoꝝ obtemperetur ab etate ꝛ pdicte carnes sunt simpliciter euitāde nisi sint pingues. Nam ex eaꝝ pinguedine obtēperatur siccitas. Unde quasi idē videtur de carnib⁹ predictis sicut de caprinis siluestrib⁹ ꝛ domesticis ꝛ bouinis. Naʒ carnes porcorum proportionabiles sunt carnibus boum ꝛ carnes leprorum ꝛ cuniculoꝝ proportionabiles sūt carnib⁹ capraꝝ. Sūt alia multa quadrupedia q̄ sunt esui inconueniētia ꝛ apud nos non sunt in vsu ꝙuis tempore necessitatis homines eis vti possint vt vulpiū ꝛ luporum asinorū ꝛ equoꝝ ꝛ canū carnes

Vituli.

Arietis

Caprarū

Hyrcorū.

Leporis.

Tpe neces sitatis.

His enim carnib⁹ homines apud nos non vtūtur nisi in tempore necessitatis. Carnes autem vulpinas comedūt quidam venatores tempore autūni quia tunc pingues inueniuntur. Impinguatur enim ab vuis. Similiter carnibus canū iuuenum bene pinguium ꝛ castratorum vtuntur quod tollerabile est tempore necessitatis. Et similiter intelligitur de carnibus luporum. Deteriores autem his carnes asinorum equoꝝ ꝛ camelorū ꝛ leonum carnes: ꝛ quia omnino predicte carnes distant a complexione hominis non approbo earum vsum nisi in magna necessitate. Carnes autē cuniculorum post carnes apri ꝛ porci siluestris ꝛ caprioli sunt conuenientiores in regimine sanitatis. Et est diligenter notandum ꝙ carnes declinantes ad siccitatem non debent assari sed elixari. Et declintes ad humiditatem debent assari vt earum humiditas temperetur. Et ideo carnes cuniculorum: leporum: ceruorum: ꝛ vitulorum ꝛ capriolorum debent elixari ꝛ carnes porcorum ꝛ castratoꝝ: arietū assari: elixatio enim obtēperat siccitatem ꝛ assatio humiditatem. Et ex hoc patet ꝙ in temporibus ꝛ complexionibus humidis magis competunt carnes declinantes ad siccitatem et assate. In temporibus autem siccis ꝛ complexione ꝛ etate siccis magis conueniunt carnes declinantes ad humiditatem. Inter carnes predictas laudabiles quedam sunt facilioris digestionis vt capriolorum ꝛ cuniculorum iuuenum. Et quedam difficilioris digestionis: puta porcoꝝ ꝛ castratorum arietū aliqualiter antiquorum ꝛ thaurorum iuuenū. Et quedā sunt mediocris digestionis vt carnes vitulorum vnius anni agni castrati ꝛ iuuenū lepoꝝ. Amplius carnium predictarum laudabilium quedam humorem grossiorem ꝛ viscosiorem generant vt carnes porcine: vel grossiorem sine viscositate vt ceruine ꝛ bouine iuuenes. Et quedam generant subtiliorem sine viscositate: vt carnes cuniculoꝝ ꝛ capriolorū. Et quedam subtiliorem cum aliquali viscositate vt carnes agnoꝝ iuuenū. Carnium etiam predictarum laudabilium: quedam plus nutriunt ꝛ quedam minus: ꝛ alie mediocriter. Exemplum primi. porcus: exemplū secundi: cuniculus. exemplū tertij. castratus aries. Amplius carniū predictarū laudabiliū cōuenit diuersitatem membroꝝ considerare. Et primo quidem diuersitatem membrorum que attenditur secūdū intra ꝛ extra ꝛ secundum ante ꝛ retro ꝛ secūdū dextrū ꝛ sinistrum. Quo ad primum sciendū ꝙ communiter ꝛ regulariter membra exteriora sunt magis laudabilia in sanitatis regimine ꝙ interiora. Membra enim interiora puta cerebrum: cor: pulmo: stomachus: epar: splen ꝛ testiculi: renes: ꝛ intestina non sunt laudabilis nutrimenti vel simpliciter vel non sicut exteriora. Sunt enim difficilis digestionis ꝛ generatiua grossi humoris. Unde de cerebro est sciendū ꝙ est stomacho malum nauseatiuū ꝛ fleumaticum ꝛ grossi humoris generatiuū. Unde si bene digeratur alimentū dat corpori notabile sed nullo mō comedi debet post alios cibos. Bonū autem est ꝙ cū origano vel calamēto vel cū aliquo obtēperantib⁹ eius humiditatem viscositatē ꝛ frigiditatē in quibus sit virtus incisiua ꝛ calefactiua apparet. Et sicut est dictum de cerebro: ita intelligendū est de omnibus medullis ꝛ nucha. Et conueniens est ꝙ si comedātur ꝙ primitus assentur super carbones vt eaꝝ viscositates ꝛ humiditates obtēperentur. Notandum ꝙ comestio cerebelloꝝ ꝛ specialiter capriolorum conueniens est contra venena ꝛ contra morsum venenosoꝝ animalium. De corde sciendum est ꝙ difficilis est digestionis ꝛ tarde pertran

Carnes asinorum.

Carnes cuniculoꝝ

Diuersitas membroꝝ

de cerebro

De corde.

fiens. Si autem bene digeratur alimentum non paucum dat corpori nec mali chymi ꝛ specialiter coꝛ eduli. Sciendum aũt ꝙ coꝛ cerui virtutez habet tyriacalem. De pulmone aũt sciendum ꝙ est facilioꝛis digestionis ceteris interioꝛibus quod declarat eius raritas ꝛ mollicies: sed alimentũ dat fleumaticum ꝛ paucum ꝛ puto ꝙ nõ multũ malum ꝛ specialiter pulmo eduli. Stomachus aũt ꝛ guttur ꝛ intestina ꝛ matrix sunt difficilis digestionis ꝛ tarde: ꝛ nõ sunt generãtes bonum sanguinem. Splenis autez caro est pessima ꝛ eius caro est cachochimicha ꝛ est mali sanguinis generatiua ꝛ sapoꝛis indelectabilis. Epar est dure digestionis: sed multum nutrit ꝛ generat sanguinem conuenientẽ supposito ꝙ nutrimentũ fit ex ficubus ꝛ passulis multis. Testiculi aũt sunt indigestibiles ꝛ cachochimi: sed si bene digerãtur bene nutriũt. Melioꝛes aũt sunt poꝛcoꝛum testiculi. In quantum enĩ poꝛcoꝛum caro ea que alioꝝ est melioꝛ intantũ etiam testiculi. Et hic est diligenter notandũ: ꝙ testiculi aĩalium pꝛouectoꝛum in quibꝰ est iam fermentatum semen ꝛ generatũ nõ sunt boni nutrimenti. Habẽt enim aliquid fetens insinuans naturã spermatis: sicut renũculi habent aliquid fetens insinuans naturã vrine in eis generate ꝛ conseruate. Unde ꝛ ꝓpter hanc causam renũculi nõ generant sanguinẽ simpliciter bonũ: sed testiculi aĩalium iuuenum adhuc coire nõ potentiũ in quibus adhuc nõ est sperma fermentatum sunt satis laudabilis nutrimenti si bene digerantur. Quo ad membꝛa exterioꝛa sciendũ ꝙ ceteris paribus anterioꝛa sunt melioꝛa posterioꝛibus qꝛ magis a supfluitatibus depurata ꝛ forti caloꝛi ꝓpinquioꝛa ꝛ magis mobilia ꝛ cõmuniter minus pinguia. Et similiter dextera pars est melioꝛ sinistra ꝛ vniuersaliter partes carnee melioꝛes sunt nõ carneis. Partes enĩ priuate carnibus sunt sicut pedes ꝛ ostrorum ꝛ aures. ꝛ inter alias partes pedes sunt laudabilioꝛes ꝛ deinde aures: ꝛ oĩs iste sunt difficilis digestionis ꝛ pauci nutrimenti. Laudabilioꝛes aũt sunt pedes poꝛcoꝛum iuuenũ. Decoquantur autem ꝛ elixentur in aqua ꝛ post comedantur cum aceto vel synapio. Et interdum decoquãtur cum oleribus ꝛ interdum cũ oꝛdeo ꝛ efficiuntur digestibilioꝛes ꝛ ptisana efficitur laudabilioꝛ ꝛ magis subductiua ventris. Pedes aũt poꝛci et extremitates eduli lactantis colericis conferũt ꝛ specialiter si in tempoꝛe calido: maxime cõdiantur in sulso. De partibus aũt carneis sciendũ ꝙ caro est duplex: vna est glandulosa sicut mamillarũ ꝛ testiculoꝝ inguinum ꝛ ascellarũ fautiuz ꝛ lingue ꝛ similium. Omnibus aũt carnibus laxis ꝛ glandulosis cõmune est delectabiles apparere scđm esum. Quod autem ex ipsis alimentũ bene quidem digestũ est bonum humoꝛem generat quod aũt minus bene digestum est humoꝛẽ fleumaticum aut crudum generat. Ex partibus quidez humidis fleumaticus ex duris autem crudus

Alimentum aũt vberum quãdo habet lac insinuat aliquid dulcedinis et ꝓpter hoc delectabile est ipsis leccatoꝛibus. Quod aũt de testiculis est dicendum dictũ est superius. Nutrimentum aũt lingue medium est inter nutrimentum carnis firme nõ spongiose ꝛ nutrimentũ carnis spongiose. Non enim est adeo laudabilis nutrimenti sicut caro firma nõ spongiosa nec adeo mala sicut spongiosa. Lingua vero vituli vel cerui est laudabilioꝛ sicut testiculi poꝛcoꝝ iuuenum sunt laudabilioꝛes. Et adhuc sũt melioꝛes testiculi galloꝛum saginatoꝛum ꝛ pulmo eduli alijs pulmonibꝰ laudabilioꝛ et epar eduli est alijs laudabilius. Et stomachus galloꝛum et ce

De pulmone. De stomacho. De splene epate. Testiculi. Duplex caro. De lingua

rebrum cuniculorum ꝛ cor ceruorum est laudabilius alijs. Carnium autē non spongiosarꝫ nec glandulosarꝫ est melior que cordi propinquior: cuius modi est caro costarū ꝛ que est iuxta ossa ꝛ que est in parte anteriori ꝛ in parte dextra: ꝛ que est pinguis pinguedine moderata. Carnes aūt marie distantes a corde ꝛ in parte sinistra ꝛ sine ossibus sūt min⁹ bone sicut carnes natis sinistre. Eligantur igitur carnes in quibus sunt ossa: pingues: propinque cordi: anteriores ꝛ dextre. Est hic diligenter notandū ꝙ cuniculus habꝫ partes posteriores satis bonas eo ꝙ illas partes semper eleuat super partes anteriores: ꝛ sic per accidens pars posterior est magis depurata a superfluitatib⁹ vt quidam dicūt: ꝛ cum hoc ille partes sunt magis pingues in cuniculis: sed in hoc est materia considerandi. Nunc restat dicere de volatilibus. Volatilia que cōmuniter sunt in vsu sunt hec gallus gallina: capones: ꝛ āseres: anates domestice: perdices: fasiani: pauones: grues: malardi: ꝛ similes aues siluestres degentes in aquis vt anates. Et etiam turtures: columbe iuuenes: strunelli: allaude: pluuerij passeres et relique aues minute que capiuntur in bladis vt turdi meruli. Volatilium autem que enumerata sunt: quedam sunt laudabilis nutrimenti: quedam illaudabilis. Et quedam sunt facilis digestionis ꝛ quedam difficilis. Et quedam sūt temperate complexionis ꝛ quedam distemperate. Laudabilis nutrimenti sunt galline ꝛ earū pulli capones iuuenes et antiqui bene pingues ꝛ perdices iuuenes et allaude et turtures et pluuerij coturnices et aues parue que capiuntur in bladis. Alia aūt volatilia ab istis sūt illaudabilis nutrimēti difficilis digestionis ꝛ inequalis complexionis: puta carnes anserū: anatum: et pauonum: ꝛ malardorum. Et vniuersaliter carnes auium habentiū collum longum et rostrū longum degentium in aquis omnes sunt illaudabilis nutrimenti et difficilis digestionis ꝛ generant humorem melancolicū. Similiter strunelli meruli et turdi sunt graues ad digerendum ꝛ grosse nature. Passerū autem carnes sunt calidissime ꝛ a temperamento longissime ꝛ multuꝫ excitantes coitū Unde non multū conueniunt in regimine sanitatis. Inter carnes volatiliū laudabilium: in regimine sanitatis quedam sunt temperatiores et temperamento propinquiores. Alie sūt minus temperamento propinque. Temperatiores quedam sunt galline iuuenes et gallinarum pulli et iuuenes pingues capones que tamen ad aliqualem caliditatem ꝛ humiditatem declinant. Similiter ꝛ perdices iuuenes et coturnices. Perdices tamen declinant ad aliqualem frigiditatem ꝛ siccitatem: ꝛ sunt sicut galline deserte et habent proprietatem constringendi ventrem ꝛ elixe. Coturnices autem sunt satis temperate. Dicunt quidem ꝙ ex comestione coturnicis fit spamus et tethan⁹: sed aliquantulum declinant ad caliditatem et sunt subtilis substantie generantes bonos humores ꝛ multū competunt sanis et conualescentibus. Reliqua autem volatilia superius enumerata plus distant a temperamento: puta carnes columbaruꝫ iuuenum et turturum iuuenum. Nam harum antiquarum carnes sūt euitande propter earum nimiam caliditatem et siccitatem et digestionis difficultatem. Antiqua autem columba mirabilem habet proprietateꝫ in epilenticis et paraliticis: et turtures in acuendo ingenium. Horum tamen pulli sunt conuenientiores corporibus sanis: sed declinant ad siccitatem et caliditatem. Unde euitari debent in regionibus calidis comple

Proprietas cuniculoꝝ

De volatilibus

Aues degētes in aqs illaudabiles sunt.

Volatilia laudabilia.

Cōtra epilepsiam.

xione etate et temporibus calidis. Aues parue que capiũtur in bladis vt allaude declinant ad siccitatem ꝛ caliditatem sed non tantum vt turtures et columbe. Et est diligenter notandũ ꝙ genus volatilium oĩm est pauci nutrimenti si comparent generi peditantiũ et maxime porcorũ quorum carnes nullum aliud nutrimentũ excedit in bonitate. Sed volatilium caro est digestibilior ꝛ maxime perdicũ et gallinarum gallorũ iuuenum ꝛ colũbarum et allandarũ et auium paruarum que capiũtur in bladis. De interiorib⁹ volatilium respectu membrorũ exteriorum proportionabiliter dicendum est sicut in peditantib⁹ dictum est. De intestinis volatiliũ similiter est sciendum: ꝙ sũt simpliciter in esibilia: quarũ tamen auium ventres esibiles et delectabiles sunt valde sicut ventres anserum impinguatorũ gallorum et gallinarũ quorũ alimentũ infusum fuerit in lacte: sicut aũt eoꝝ ventres sic et epata nõ solũ ad esum delectabilia sũt: sed maxime nutritiua. Testiculi gallorũ iuuenum etiam sunt boni nutrimenti et multi facilis digestionis. Cerebella volatiliũ laudabiliora sunt cerebellis quadrupedũ quanto sicciora eis. Ipsorũ autem volatiliũ ꝗ sunt montana cerebra sũt antiquorum cerebris meliora proportionabiliter alijs partib⁹. Cristas et barbas gallorũ nõ collaudauit aliquis nec vituperauit. De partibus aũt exterioribus volatiliũ proportionabiliter est dicendum sicut in peditantib⁹ dictũ est. Partes enim anteriores sũt meliores posterioribus ꝛ dextera quam sinistra ꝛ pinguis mediocriter quaꝫ pinguedine denudata ꝛ propinqua cordi ꝙ remota et ossuosa parũ ꝙ ossibus denudata. Unde sciendũ ꝙ ale volatilium et specialiter iuuenum pinguium ydonee sũt ad digestionem ꝛ nutritionem: ꝛ similiter gallinaꝝ et gallorum pinguium et iuuenum similiter et caponũ. Optime quidem sunt ille ale que sũt nutritorũ bene ꝛ iuuenũ: pessime vero que macilentorum ꝛ prouectorũ. Et est diligenter notandũ ꝙ volatilia que sunt dure carnis vt pauo et anser et antiquus capo et anas et grus indigent multa mora post eoꝝ occisionem antequam decoquantur ꝛ comedãt et oppositum est de volatilibus mollis carnis et facillis digestionis. Non eñ indigent multa mora post eorũ occisionem antequam decoquantur. Et quanto carnes volatiliũ sunt grossiores ꝛ min⁹ putrefactibiles tanto indigẽt maiori mora vt carnes eoꝝ mollescant et fiant magis apte ad decoctionem ꝛ digestionem vt eoꝝ aromaticitas reducatur de potentia ad actũ ex longa mora. Et pauones maxime indigent longa mora inter volatilia oĩa et deinde agrones et grues: et deinde capones antiqui: deinde galline et galli iuuenes. Cetera autem volatilia pauca vel nulla mora indigent. Bonum igitur est ꝙ pauo conseruetur per tres dies vel per duos et capo iuuenis vel galline iuuenes per duodecim horas ad minus et capo antiquus per vigintiduas et grues et agrones per duos dies vel diem cum dimidio. Amplius diligenter est notandum ꝙ modus decoctionis multum est considerandus in carnibus peditantium et volatilium. Nam que decoquuntur in aqua dulci dant corpori humidius alimentum et facilius digeruntur. Assata autem ꝛ frixa sicciora sunt et tale dant corporib⁹ nutrimentũ: similiter domestica ceteris paribus dãt alijs humidius nutrimentũ ꝛ facilioris digestionis ꝛ pluriũ superfluitatuꝫ ꝙ siluestria. Et habitantia in mõtanis ꝛ in locis siccis dãt corpori sicci⁹ ali-

Oĩa volatilia pauci sunt nutrimenti

De mẽbris volatiliũ.

Testiculus galli

Ala bona.

De mora post occisionem.

Modus decoctiõis

mentum et minorum superfluitatum et magis mundum et minus resolubile et difficilius convertibile quam habitantia in locis aquosis et humidis. Et debet hec cõparatio fieri in eadem specie et ceteris paribus ex parte etatis habitudinis et similium. Et quia limatie videntur habere convenientiam cum carnibus peditantiũ et quidã ex eis quotidie comedunt breviter hic de eis est transeundũ inquantum habent alimẽti virtutẽ. Sciendũ igitur quod carnem habent durã et propter hoc indigestibilẽ si tamen digeratur maximi nutrimenti existit. Et quia aqua decoctionis eorum est ventris subductiva propter hoc aliqui cõdientes hoc brodiũ cum oleo sale et vino utuntur brodio ad secessum eorum que secundum ventrem. Si aũt velis solo nutrimento eis uti carnem huius aĩalis decoctam in aqua trãspone in aliam aquã deinde iterum illud decoques: et sic secundo et tertio decoques quod tenera fiat caro preparata enim sic restringit ventrem et alimentũ sufficiẽs corporibus exibet intantum etiã quod multum competit volentibus impinguari. Multas bonas alias habet proprietates quas memini me scripsisse in cõsilio per me ordinato ad emoptoycã passionẽ: in quo etiam loco sufficientius electionem require limatiarum et modum preparationis et iuvamenti eorum.

De limaciis.

Capitulum decimũoctavum de piscibus.



Onsequenter determinandum est de piscibus. Sciendũ igitur quod pisces respectu carnium ceteris paribus minoris sunt nutrimẽti et facilioris digestionis et nutrimentũ eorum est magis superfluũ et fleumaticum et frigidum et humidũ et minus mãsivum. Et quidam dicũt quod sunt ad digerendũ duri et longam faciunt moram in stomacho et sitim generãt: et si sint ad digerendũ duri et longã moram faciunt in stomacho hoc est ratione frigiditatis et viscositatis: et quia in eorum digestione laborat stomachus et interdũ corrũpũtur in stomacho et qualitatem quandam suscipiunt putredinalẽ et sitim generant. Et ut sit ad unũ dicere carnium laudabiliũ nutrimentũ melius nutrimento pisciũ. Et est sciendum quod pisces marini sunt meliores piscibus aque dulcis ceteris paribus. Eorum enim nutrimentũ minus est superfluũ et fleumaticum et nature carniũ magis propinquum: sed quia ceteris paribus pisces marini sunt durioris carnis piscibus aque dulcis: ideo sunt difficilioris digestionis et resolutionis et pluris nutrimẽti et purioris. Unde iudicio meo meliores sunt in regimine sanitatis quam pisces aque dulcis. Et est diligenter notandũ quod in piscibus tam marinis quam aque dulcis eligendi sunt quorum caro nõ est viscosa sed frangibilis: nõ multũ grossa sed subtilis: non gravis odoris sed suavis: nec cite putrefactionis sed sufficiẽtis durationis: nõ mali coloris: sed albi et quorum habitatio nõ est in lacubus stagnis nec in locis sordidis: nec in aquis habẽtibus multas herbas: qui etiã nõ sint macri nec valde iuvenes nec valde magni. Et qui sunt velocis motus et pauce viscositatis. Et si pisces marini qui capti fuerint in fluminibus multũ distantibus a mari: tales utique pisces primis conditionibus suppositis pre ceteris erũt eligẽdi. Amplius suppositis predictis conditionibus quãto squamosiores tanto meliores. Et similiter intelligatur de spinis. Hec enim significãt puritatem substãtie piscis. Inter pisces marinos capti et nutriti in mari profundiori et magis agitato et

Pisces sũt nature frigide

Pisces marini

Piscis squamosus melior.

ad quod est cursus plurimū fluuioꝝ plurimū sunt ꝛ meliores. Et ex hoc cō cluditur ꝙ pisces capti ꝛ nutriti in mari mortuo nō sunt ita laudabiles sicut q̄ capti sunt in alio mari. Et similiter capti in mari meridionali nō sūt adeo sani sicut in septentrionali: quod magis est agitatū. Est enim magis tempestuosum ꝛ velocioris fluxus ꝛ reflux⁹. Et similiter intelligitur de piscibus aque dulcis. Nam ceteris paribus quāto aqua est profundior ꝛ mobilior tāto piscis in ea nutrit⁹ est melior. Ex his igitur elici potest sufficienter qui pisces sūt vituperabiles ꝛ qui laudabiles de piscibus q̄ sunt in vsu In his partibus gallicanis. Et primo dicem⁹ de piscibus marinis deinde de piscibus aque dulcis. Dicamus igitur ꝙ bestiales sicut porc⁹ marinus canis marinus: delphin ꝛ morua nō multū competūt in sanitatis regimine. Sunt enim difficilis digestionis ꝛ grossi humoris ꝛ multe superfluitatis. Nec in carnib⁹ predictoꝝ pisciū apparent cōditiones superi⁹ enumerate: puta albedo subtilitas frāgibilitas ꝛ q̄titatis mediocritas mot⁹ velocitas ꝛ odoris suauitas. Et si hos pisces ꝛ consimiles comedi cōtingat non statim sunt comedendi aut coquendi postq̄ capti sunt sed obseruandi sūt per aliquos dies quousq̄ eoꝝ carnes molescāt ꝛ tremescant sine substantie corruptione. Ampli⁹ predicti pisces meliores sunt semisalsi q̄ recentes Pisces autem perfecte salsi non competūt in sanitatis regimine sicut nec carnes. Nam male nutriūt ꝛ paꝝ ꝛ tarde. Et de alijs piscibus marinis sciendū ꝙ ꝯsideratis ꝯditionibus supradictis laudabilibus mihi apparet ꝙ rogetus ꝛ gornatus inter pisces marinos sunt laudabiliores: naꝫ eoꝝ caro est alba satis subtilis ꝛ frāgibilis boni saporis ꝛ odoris delectabilis ꝛ eoꝝ substantia apparet purissima. Et post hoc plagitia ꝛ sola: sed hoꝝ caro est magis viscosa ꝛ min⁹ frangibilis ꝛ minus alba ꝛ magis grossa ꝛ minus subtilis nec horum sapor aut odor est ita delectabilis. Et forte piscis merlengus est laudabilior post rogetum. Nō eñ est tante grossiciei ꝛ viscositatis sicut plagitia ꝛ sola ꝛ eius substantia est satis frāgibilis sed consideratis sapore ꝛ odore cum colore ꝛ substātie puritate ꝛ mobilitate deficit in bonitate a rogeto ꝛ gornato: ꝛ similiter intelligatur de allece. Et morua inuenis satis appropinquāt predictis in bonitate consideratis predictis conditionibus ē tamē grossior ꝛ viscosior predictis piscib⁹. Salmones aūt ꝛ turboti ꝛ maquerelli ꝛ cōgri multū defficiunt a bonitate rogetorum. Sūt eñ multū grossiores ꝛ viscosiores ꝛ magis sunt superfluitate pleni. Unde nō competūt nisi exercitantibus fortib⁹ iuuenib⁹ robustis cū quibusdā salsis eoꝝ grossiciei viscositati ꝛ frigiditati repugnantib⁹. Rogia est propinquior predictis immediate in bonitate ꝛ malitia. Sepia autem ceteris enumeratis est deterior sicut facile est videre consideratis cōditionibus superius enumeratis. Omnes autem pisces superius enumerati meliores sunt frixi vel assati q̄ elixiati. Et elixiati in vino cū quibuscūq̄ seminibus vel herbis eoꝝ viscositati ꝛ frigiditati repugantib⁹ q̄ in simplici aqua cocti. Cu tis autem pisciū specialiter frixoꝝ in multo oleo simpliciter ē euitāda. Et vniuersaliter de eoꝝ interiora euitanda sunt q̄uis quorumdam piscium epata similiter ꝛ capita sūt gustui multū delectabilia: sicut patet de epata morue ꝛ capite eius; ꝛ de oculis quorumdam alioꝝ sicut melius me nouerunt lecatores. Preter aūt hos pisces marinos q̄dā alij de genere ostra cordermacū qui sunt in vsu. Nos autem solū facim⁹ mentioneꝫ de ostreis et molis quibus solis gallici vti consueuerūt. Aqua decoctionis earum quā

Electio pisciuм.

Piscis bestialis.

Rogetus ꝛ gorna sūt laudabiliores.

Merlengus.

Morua

Salmon.

Rogia sepia.

Mod⁹ preparandi.

dam habet viscositatem ratione cuius ventrem laxat: sed predictorum caro perfecte cocta in pluribus aquis per decoctionē depurata inter alios pisces sufficienter nutrit sicut de limacijs dictū est: et ventrem stringit et inter alios pisces plus stomachum cōfortat et minori frigiditate participat

Natura ostreorum. Humor tamen a talib⁹ generatus sicut et ceterorum pisciū est crudus vel fleumaticus: crudus quidem ostracordermacū habentiū carnē durā et fleumaticus ostracordermacum habentium carnem minus durā cuiusmodi sunt et ostree et mole que sunt in vsu. Humor igitur ab eis generatus fleumatic⁹ est sed minus quam ceterorum pisciū. De piscibus aque dulcis que apud nos sunt in vsu dicam⁹ quod consideratis cōditionibus superius enumeratis: puta coloris albedine: frangibilitate et subtilitate substantie et sapore et odoris suauitate et mediocri quantitate et competenti squamositate et veloci motu et aqua in qua reperiri cōsueuerūt bonitate meliores sunt piscibus qui capiuntur in aqua petrosa currente versus septentrionē profunda multe agitationis ad quam non confluūt sordicies ciuitatū in qua etiā nō sunt

Parta et lucius vendosa. Anguilla et Lāpreda. herbe male. Et mihi apparet quod parca et lucius mediocris obtinent primū gradum supposito quod sint pingues. Et deinde vendosie et deinde locia: et quāuis carpo sit squamosior predictis tamē nō habet carnē adeo albā nec frāgibilē nec subtilē sicut lucius et parta et sepius reperitur ī stagnis. Anguilla autem dato quod sit laudabilis gustui tamen consideratis conditionibus predictis pisciū est mala. Sed lāprede parue sunt laudabiliores anguillis et minus periculose. Non enim sunt tāte viscositatis nec grossiciei sicut patet ad sensum. Et sicut dicim⁹ de anguilla inter pisces aque dulcis: sic intelligimus de lampreda. Unde salua reuerentia vtentiū iste piscis est valde periculosus quamuis sit ori saporiosus. Horum enim pisciū ī aqua similis generatio generationi serpentū ī terra. Unde multū dubitandū ē quod nō sint venenosi. Unde eorum capita et caude in quibus venenū consueuit esse et similiter interior spina nullo modo sunt edenda. Bonū est ēt propter eorum viscositatem quod submergantur in vino optimo viue et dimittantur ibidem quousque mortue sint et deinde preparentur cū galentina optimarum specierum secundum quod cōci magnorum dominorum cōsueuerūt facere. Laudo tamē quod prebulliantur primo duabus ebullitionibus in vino et aqua: et illa abiecta decoquantur ad perfectionē et fiat galētina vel pastillatura vel assatura et cum salsamento appropriato comedantur. Comodosius est tamen maneriem huiusmodi piscium dimittere. Jam enim multi ex eorum vsu sunt periclitati. Unde consideratis conditionibus supradictis inter omnes pisces pessimi sunt et minime comedendi. De cancris autem fluuialibus et marinis quasi eadem ratio est sicut de ostreis et molis nisi quod difficilioris digestionis sunt et pluris nutrimenti sunt et non facile in stomacho corrūpuntur sicut multi aliorum piscium et habent quandā viscositatē ratione cuius laxant ventrem nisi decoquātur in pluribus aquis et sic aqua decoctionis eorum fit maxime laxatiua. Et eorum substantia ventrem constringit et sufficienter nutrit. Et est eius satis laudabile nutrimentum inter pisces. Est etiā diligenter notandū quod pisces corpus humectant et lac et sperma multiplicāt et multū competunt colericis: et loquor de recentibus piscibus. Non sunt comedendi pisces post forte exercitium vel post fortē laborem quia tunc de facili

Propetas pisciū. corrūpuntur. Amplius habentes stomachum debilem vel malis humoribus plenum non gaudeant in esu pisciū. Ampli⁹ sciēdū quod pisces grossi et

viscosi semisalsi meliores sunt recentes. Et saliti multi tēporis nō sunt boni. Amplius pisces & carnes non sunt simul edenda: nec pisces & lacticinia Nec pisces comedendi sunt post alios cibos. Amplius pisces laudabiles parꝝ saliti & in pauca quantitate sumpti reuocant appetitum & ipsum corroborant specialiter si quis habuerit appetitum ad eos.

Capitulū. xix. de animaliū superfluitatibus.



Onsequenter dicamus de animalium superfluitatibus q̄ sunt in vsu: puta de lacte ouis & sanguine. Primo ergo dicamus de sanguine. Sciendū igitur ꝙ omnis sanguis est difficilis ad digerendū & maxime qui est grossus & melancolicus cuiusmodi est sanguis boū. Sanguis autem leporis est alijs delectabilior. Et in multis est in consuetudine ipsum coquere cum epate & cum quibusdam alijs visceribus. Quidā etiam vtuntur sanguine porcorum iuuenum & magnorum castratorū: sed sanguis porcorum non castratorum est indelectabilis & difficilis digestionis. Sanguinem autem capriolorum iuuenum quidaꝫ dicunt esse delectabilem. Amplius quidam dicunt ꝙ bonus est sanguis gallinarum & collūbarum impinguatorum: & tamen est deterior q̄ꝫ porcorū nō castratorū nec ad delectationem nec ad digestionem valet. Multum tamen deficit a sanguine leporuꝫ: sed quia omnis sanguis est indigestibilis & superfluicus secundum quemcumqꝫ modum quis ipsum preparauerit non est vtendum eo in sanitatis regimine nisi in casu necessitatis.

Na. sanguinis.

Oīs sanguis ē indigestibilis.

De lacte.



E lacte sciendū ꝙ lac est boni nutrimēti facilis digestiōis & satis nutrit. Est autem eligendū lac mediocre & nō subtilissimū cuiusmodi est lac cameli nec grossissimū & pinguissimū cuiusmōi est lac vaccaꝝ & pecudum. Eligēdū igitur ē lac capre non eniꝫ habet tātū aquositatis sicut lac cameli qd nō est aptū ad nutriendū ratiōe nimie humiditatis nec habet tātū pinguedinis & grossiciei seu caseitatis & butirositatis sicut vaccaꝝ & pecudū. Et cū cōponētia lac sunt magis cōmēsurata in lacte & minꝰ excedētia & excessa magis est conueniēs in sanitatis regimine. Lac enī humidissimū ventris est subductiuū. Et lac grossissimū & pinguissimū est venaꝝ opilatiuū & ventositatū generatiuū & difficilioris digestionis q̄ꝫ sit necessariū in regimine sanitatis. Eligatur igitur lac corpore non nimis ꝓpinquū ꝑtu nec nimis distantis a partu nō pregnātis: nutrire in bonis pascuis & in tēpore quo reperiūtur meliora pascua in quo animalia sunt pinguiora. Et qꝛ lac est facilis digestionis & corruptionis non est comedendum cum alijs cibis & specialiter cum piscibus. Similiter comedendū est cum trahitur ab vbere. Si enim remanet per tēpus notabile corrūpitur a continēte. Bonum est etiam ꝙ admisceatur aliquantulū mellis vel zuccari vt ipsius corruptio in stomacho impediatur vētositatum in lateribus generatio & dentiū & gingiuarum lesio & capitis grauedo. Usus enī lactis capitis dolorē inducit & gingiuas laxas efficit & dētes putrefactibiles & corrosos causat. Unde bonū ē post assumptionē lactis trāsglutire aquam

De lacte capre.

Lac facile corrūpit.

Facit dolorem capitis.

mellis et ſimiliter gargariſare ⁊ eſt eo os ⁊ dentes lauare ⁊ ſecundo poſt
aquam mellis vti eodem modo vino pōtico ⁊ ſpecialiter propter gigiuas
et dentes. Et ſi dubitarem⁹ capitis dolorem nullo modo poſt lac bibatur
Incōmo⸗ vinū niſi valde aquaticū. Quia aūt magis grauantur ex vſu lactis ſunt ha
da lactis. bētes capita debilia ⁊ venas epatis ſtrictas ⁊ ſtomachū debilē ⁊ immūdū
Uſus continuus lactis ſeroſi nō eſt periculoſus omnib⁹ eo vtētib⁹ ſicut la
ctis non ſeroſi ſed caſeati plurimū. Nam lac caſeatū plurimū ledit eos q̄
Pectori cō ſunt diſpoſiti ad lapidis generationē ⁊ venaꝝ opilationē. Pectori aūt eſt
fert. omē lac bonū ⁊ pulmoni. In quib⁹ aūt dubitatur fluxus vētris abſtineāt
De lacte co a lacte ſeroſo quia ventrē facile ſubducit. De lacte aūt coagulato ſiue igni
cto iguito to ſiue bullito ⁊ decocto ſciēdū ꝙ lac bullitū ⁊ decoctū caret ſubſtantia ſe
roſa: ⁊ ideo efficitur difficilioris digeſtionis maioris opilationis ⁊ vento
ſitatis ⁊ groſſioris humoris nec tm̄ ꝯuenit in regimine ſanitatis ſicut ⁊ ce
tera. Et ſimiliter intelligitur de lacte decocto cū ferro ignito vel lapidib⁹
ignitis niſi ꝙ lac iſto modo decoctū acquirit quandā ſtipticitatem ſeu ſti
pticā qualitatē ratione cui⁹ ſtomachū cōfortat ⁊ viſcera: ⁊ magis ꝙ̄ aliter
Uētrē la coctū vel non coctū ſimpliciter. Unde nō ita cito corrumpitur in ſtomacho
xat. Et eſt cib⁹ conueniens ſatis his aquoſum ſtomachis cito deſcendit cibus
anteꝙ̄ digeratur perfecte. Et q: lac ventrem laxat ratione cuiuſdam nitro
ſitatis in aquoſitate lactis q: totū lac participat ⁊ non ſolū aqua ipſius.
Lac coagu Bonū eſt ꝙ cū lacte permiſceatur aliqua aqua mixta ſimul cum lactis ſe
latum. roſitate per ignitionem vel ebulitionem totaliter conſumatur ⁊ ſic prepa
ratū lac erit ventris minime ſubductiuum. Lac antem coagulatū virtute
coaguli diſtinguentis ſerū a caſeo ſiue ſeroſitate ſumptū eſt minus conue
niens ꝙ̄ lac ſimplex propter ipſius groſſiciem: nec eſt ita ſtomacho conue
niens ⁊ ceteris viſceribus ſicut lac per ferrum ignitum decoctum: ſed ſi co
medatur ſerum ſimul cum caſeo in lacte ſic coagulato: quia eſt eadem ra
tio de lacte ſimplici ⁊ coagulato niſi ꝙ ratione coaguli min⁹ laxabit ven⸗
trem ⁊ plus morabitur in ſtomacho ⁊ erit maioris caliditatis: ⁊ ratione
diſtinctionis partium lactis natura magis laborabit in digerendo. Unde
omnibus conſideratis minus competit in regimine ſanitatis ꝙ̄ lac non
coagulatum. Preter maneries lactis enumeratas eſt vna maneries lactis
acetoſi ⁊ eſt groſſioris ſubſtantie: difficilioris digeſtionis: frigidioris com
plexionis. aliis maneriebus lactis ⁊ minus conueniens corporibus ſanis
et ad frigiditatē declinātibus: ⁊ ſpecialiter ſecundum ipſorum viſcera nō
competit: ſed dentibus ⁊ gingiuis ⁊ capitibus ſanorum corporum minus
obeſt. Non enim ſic capitis dolorem inducit nec gingiuas laxat nec dētes
ad putrefactiones corroſiuam diſponit: ratione tamen ſue frigiditatis
dentes ledit ⁊ neruos ſicut alia frigida. Nam frigidum inimicum eſt
neruis dētibus ⁊ oſſibus: ⁊ ſpecialiter ſi tota complexio corporis ad frigi
ditatem declinet ⁊ tempus ⁊ etas frigidia fuerit ⁊ eo magis ſi cerebrum
et orta ab eo a radicali ꝯplexione declinet ad frigidū. Et vt ſit ad vnū dice
re corpib⁹ ſanis non cōpetit via cibi ⁊ minus corporib⁹ frigidis ⁊ ſpeciali⸗
ter tempore frigidio ⁊ etate ſenili. Corporibus tamen colericis ⁊ ſpeciali⸗
ter ſcd̄m eoꝝ viſcera ⁊ tēpore ⁊ etate ⁊ regiōe calidis hoc lac ſatis ē cōueni
ens ⁊ ſufficienter digeritur ⁊ cōuenienter nutrit: nec in eorum ſtomachis
acetoſabitur. Amplius nec in fumos colericos conuerteur. Calidis igitur
corporib⁹ lac accetoſuꝫ nō ſolū non obeſt ſed ſufficiēter ꝓdeſt. Sed haben

tes renes calidos et meat9 strictos nō debēt hoc lacte vti. Nam eius ē causa generationis lapidis in talibus corporibus et opilationis venarum. Si autē habet meatos amplos specialiter secundum renes et vesicā: improportionabiliter caliditati generatiōis lapidis periculū totaliter est sublatū.

Lac generat lapidē

De caseo.



E caseo vero est sciendum quod caseus recēs est frigidus et humidus et grosse substātie et difficilis digestionis et opilatiuus et lapidis generatiuus et nō multum competit via cibi in regimine sanitatis. Et caseus vetus est calidus et siccus propter sal et tēdit ad adustionem diffifile digeritur: parum nutrit et male et minus competit quod recēs. Et si aliquis caseus est bonus: medius est inter nouū et veterem viscosum et frāgibilem durum et mollem et parum declinans ad aliqualem dulcedinez nō nimis salsus nec nimis parum nec albi coloris nec spongiosus nec lachrymosus cum inciditur: nec cedens tactui comprimenti ad modum panis bene fermentati non leuis sed ponderosus: saporis delectabilis et boni odoris: cuius in stomacho mora non est diuturna: ex bono lacte conuenienter factus sufficienter vnctuosus. Talis vtique caseus bonus est et inter alios magis est eligendus: et post cibum sumptum non multum nocere potest in regimine sanitatis. Multa vero quantitate quicumque caseus sumptus in via cibi vniuersaliter est malus: stomachum grauans: et inobediens digestioni: et opilatiuus et lapidis in renibus generatiuus: et humorum grossiorum in corpore causatiuus. Solus igitur ille caseus est sanus quem dat auara manus.

Parū nutrit.

Multa quantitas mala.

De butiro.



E butiro autem sciendum quod ratione sue humiditatis et vnctuositatis plurime non competit via cibi immo si quis eo vtatur in quantitate notabili abominationem inducit et facit cibū supernatare in orificio stomachi et ventrem plus debito laxat et vomitū inducit. Nullo ergo modo butirum est comedendū via cibi: et in quantitate notabili et specialiter non comedatur post alios cibos sed ad condimentum ciborum satis conuenit sicut oleum oliuarum quamuis butirum sit calidius oleo et multum humidius. Et quando vtimur butiro ad comedendum cum alijs cibarijs siue ad condiendum non est tantum decoquendum sicut oleum. Nā est maioris passibilitatis quod oleū. Unde ex magna ebullitiōe virt9 eius totaliter exalat: sed oleum est magis viscosum et minus resolubile et ideo plus sustinet de ignis acuitate quapropter ex eo perfectius cibaria condiuntur quam ex butiro: sed carentes oleo vtuntur butiro loco olei.

De ouis.



E ouis est sciendum quod oua gallinarum et fasianorum iuuenum et pinguium sunt bona in sanitatis regimine et alijs ouis simpliciter meliora supposito quod sint recentia. Et inter oua recentia gallinarum ceteris paribus oua paruula

Uersus — oblonga sunt meliora. Unde versus. Filia presebyteri iubet pro lege teneri Quod bona sunt oua candida: longa: noua. Amplius oua tremula sūt me

Oua tremula — liora duris ꝛ sorbilibus: ꝛ talia oua sunt multi nutrimēti ꝛ boni ꝛ facilis digestionis ꝛ generant sanguinem maxime proportionalē cordi. Unde con ualescentibus senib⁹ ꝛ debilib⁹ maxime cōueniūt specialiter vitellum. Et albumen oui nō est malū si non sit induratum. Albū tamen durū simpliciter est euitandum. Oua autem in cineribus indurata ꝛ frixa in patella

Sorbilia. — quousqꝫ sunt indurata respectu tremulorum pessimū dant corpori nutrimentum ꝛ sunt difficilioris digestionis ꝛ multarum superfluitatum. Sorbilia autem sunt facilis digestionis ꝛ leniunt pulmonem ꝛ pectus: ventrem subducunt: ꝛ minus nutriunt ꝙ tremula. Cocta autem et indurata sunt difficilioris digestionis ꝛ mali nutrimenti ꝛ tarde pertransiunt. Meliora autem coctis ꝛ assatis sunt que vocantur suffocata seu in aqua ꝛ oleo preparata cum aliqua portione salis vsqꝫ ad aliqualem consistentiam decocta ꝛ non indurata. Nā indurata sunt similia coctis ꝛ assatis. Sic igitur preparata nostris corporibus in regimine sanitatis sūt magis conuenientia. Oua autem anserum: strutionū ꝛ alioꝝ volatiliū in regimine sanitstis predictis sunt minus conuenientia vel simpliciter euitan-

Oua āserū ꝛ anatum — da. Amplius oua que dicuntur oua venti que sunt sine coitu masculi minora sunt alijs: ꝛ minus conuenientis saporis quoniam non completa:

Oua vēti. — nec ita digesta sicut alia. Unde puto ꝙ in regimine sanitatis sunt minus conuenientia.

De melle et zuccaro.



Uia in regimine sanitatis vtimur melle et zuccaro: ideo de istis duob⁹ cōsequēter est aliquid dicē dum: ꝙuum sufficit ad regimē sanitatis. Sciēdum igitur ꝙ paꝝ nutriūt: sed eoꝝ nutrimentū est satis laudabile. Et nutrimentuꝫ mellis calidius est nutrimento zuccari ꝛ senibus ꝛ fleumaticis ꝛ natura frigidis conuenientius. Corporibus autē calidis natura ꝛ iuuenibus non conuenit mel. Nā in corporibus taliū in cole-

Mel ꝛ zuccarū generāt colerā — ram rubeam faciliter conuertetur: ꝛ corpus non nutriet: sed a sua complexione naturali distrahet. Zuccarum etiam talibus corporibus ratione sue passibilitatis in coleram conuerti consueuit. Corporibus igitur in caliditate notabiliter lapsis non competit mel: nec corporibus etiā temperatis in etate: tempore ꝛ regione calidis: ꝙuis zuccarum possit talibus corporibus aliquando conuenire. Colericis tamen iuuenibus ꝛ in estate non compe-

Electio mellis. — tit: sed in alijs competit: puta fleumaticis ꝛ melancolicis: ꝛ sanguineis: et temperatis in quibus non est tante caliditatis dominiuꝫ ꝙ zuccarum in eis ad coleram conuertatur. Eligatur autem mel vernale: saporis dulcis: coloris palearum inter album ꝛ rubeum: substantie non liquide: sed viscose: ꝛ sit mel roris quod est melle apum temperatius. Hoc tamē mel apud nos non colligitur nec inuenitur: sed in partib⁹ meridiei valde calidis: et specialiter in montepessulano. Multum etiam consideranda est natura arborū: super quibus inuenitur mel roris. Nam secūdū ꝙ arbores sunt alterius ꝛ alterius nature: sic ꝛ mel. Si enim inueniatur mel super arboribus calidis erit calidius; ꝛ si super temperatis vel frigidis erit minus cali

dum. Et similiter intelligatur de melle apũ. Multũ enim cõsideranda sunt loca habitationis apũ: et ex quo rore: et super qua specie floris vel arboris nutriũtur. Est autem quoddam genus mellis quod est acre: cuius natura est venenosa: quod est simpliciter euitandũ. Mel coctum cum aqua vel sine aqua et despumatum: plus nutrit et minus subducit: et est minus ventosum. Et si quis assiduet mellis crudi comestionẽ: inducit vomitũ. Mel autem cũ aqua coctũ est magis vrine prouocatiuum quam decoctũ sine aqua. Mel acre Mel coctum.

Capitulum. xx. De saporibus et cõdimentis.



Onsequẽter est dicendum de condimentis et saporibus. Ea enim ex quibus cibaria condiũtur sunt in sanitatis regimine non modicũ vtilia: tũ quia per condimenta gustui efficiũtur delectabiliora: et per consequẽs digestibiliora. Nam quod est delectabilius est ad digestionem melius: tum quia per condimenta additur bonitas: et corrigitur malicia. Ea autẽ ex quibus cibaria communiter condiuntur: sunt sal: oleum sagimen et butirum. Experientia enim docet quod comestibilia que comeduntur sine sale sunt ori insipida: et stomacho minus acceptabilia. Sal igitur comestibili addit bonitatem saporis et maliciam existentem in comestibilibus ab humiditate quadam indigesta et aquosa aufert. Et sic perfectius cum sale digerũtur et decoquũtur quam sine sale. Salis enim proprietas est humiditatem extraneam desiccare: et deinde fortius quod manet cõstringere et adequare. Et ex dictis potest elici sufficienter que cibaria in eorum condimento indigent pluri sale: et que pauciori. Nam cibaria superfluica et humida et cum hoc grossa indigent pluri sale. Cibaria autem sicca non superfluica subtilia: indigent in eorum condimentis minimo sale et intermedia eorum indigent mediocri sale. Ex dictis igitur elici potest que carnes sunt conuenientiores saliture: et que minus. Et similiter de piscibus. Nam carnes minime apte saliture: sunt carnes subtiles: sicce non superfluice: vt carnes volatiliũ: puta gallinarum: et perdicũ: et fasianorum: et allaudorum et cuniculorum: et leporum iuuenũ et similium. Et per oppositũ carnes superfluice et humide saliture sunt maxime conuenientes: puta carnes porcine. Carnes autem bouine non sunt ita conueniẽtes saliture. Nã dato quod sunt grosse et superfluice: non tamen sunt humide: sed sicce. Et similiter intelligatur de piscibus. Nam pisces habentes carnes subtiles non superfluicas nullomodo conueniunt saliture. Et specialiter si sint parui: sicut sunt pisces petrosi: sicut parca: et vendosia: et similes pisces. Pisces autem bestiales habentes carnem duram et superfluicam et cum hoc humidam sunt saliture maxime cõueniẽtes sicut patet de porco marino et balena. Nã sal si nõ salsis p̃ualẽt: dũ salitura nõ sit lõgi tẽporis. Sic igitur patet quod salis cõdimentũ in sanitatis regimine est necessarium. Amplius in defectu carnium ad condimentum olerum et leguminum non sufficit sal et aqua: sed indigemus oleo et butiro vel sagimine. Nã quia legumina et olera sunt nature melancolice et terrestris: bonum est ea condiri cum aliquo vnctuoso eorum terrestreitatem obtemperãte: ex quo etiam sapor eorum efficitur delectabilior et suauior: et per consequens ad digerendum et nutriendũ meliora. Oleũ autem oliuarũ inter olea ex quibus cibaria condiũtur est dulc

Proprietas salis. De piscibus. Pisces bestiales.

Oleū oliuarum / Oleū nucum. / Oleū papauerum. / Oleum amigdalaꝝ / Sagimen

cius temperatius: ꝛ nature amicabilius. Oleum autem nucū multum est calidum ꝛ siccum: ꝛ similiter oleum lini: nec eorum sapor est sic nature amicabilis. Oleum autem papaueris quo vtuntur aliqui est boni saporis ꝛ odoris. Sed declinat ad frigiditatem. Unde sic non competit in regimine sanorum. Oleum autem amigdalarum dulcium est satis laudabile: ꝛ propinquū tēperamēto. Et in defectu olei interdū vtimur butiro: sicut supra dictum est in capitulo de lacte ꝛ animalium superfluitatibus. Sangimine autē ꝛ specialiater porci interdum vtimur ad cōdimētum cibariorum propter defectū ꝛ propter quasdam causas que superius dicte sunt. Saporum delectamēta ad voluptatem magis quā propter necessitatem a lecatoribus fuerunt primitus adinuenta. Unde non multū sunt necessaria in sanitatis regimine: immo interdum talium saporum delectamenta inferunt nocumenta. Nam propter talium saporum placentiam homo plus comedit ꝙ natura requirat. Unde homo existens sanus ꝛ in naturali dispositione tales sapores non appetit nec via cibi: nec via potus sicut consideranti patet. Et si aliquis sanus tales sapores appetat hoc forte est ex consuetudine. Et quia consuetudinem iam inductam difficile: immo impossibile et damnosum est subito permutare. Dandum est enim aliquid consuetudini. Ideo intendo hic breuiter de saporibus pertransire. Primū autem ꝙ in saporibus omnibus est obseruandum: supposita corporū sanitate est ꝙ ex eis paꝝ sumatur ꝛ quāto sapor plus distat a tēperamento ꝛ a natura cibi ꝛ potus: tanto minus sumatur de eo: ꝛ quanto sapor est tēperatior ꝛ nature cibi vel potus propinquior: tāto plus potest ex eo sumi. Amplius considerandum est ꝙ temporibus calidis sapores declinent ad frigus vel ad calidum valde parum: ꝛ in tempore frigido econuerso. Materia igitur saporum in estate sit veriutum: vel aggresta de summitatibus vitis: vel acetum: vel succus limonum: vel citrangulorum vel granatorum cum zucaro ꝛ aqua rosata ꝛ amigdalis ꝛ panis assatus infusus in aliquo supradictorum: sine alleis ꝛ speciebus calidis. Et interdum in saporibus qui fiunt in estate potest addi aliquantulum serpilli ꝛ petrosilini ad obtemperandum frigiditatem predictorum. Materie autem saporum competentium temporibus frigidis: sunt sinapium: eruca: zinziber: piper: cinamomum gariophili: allea: saluia: menta: serpilum ꝛ petrosilinum: vinum aqua carnium: acetum non forte sed propinquum nature vini. Et in temporibus mediocribus sunt sapores mediocres eligēdi. Amplius diuersificantur sapores ratione cibariorum pro quibus fiunt Nam alia ꝛ alia cibaria indigent alio ꝛ alio sapore: sicut sciunt dominorū coci. Castratorum igitur elixatorum ꝛ similiter vitulorū ꝛ capreoloꝝ ꝛ huiusmodi sapor conueniens est salsa viridis. In estate quidem aceto ꝛ agresta cum paucis speciebus sine alleis: puto cum petrosilino: zinzibere albo ꝛ agresta: ꝛ aceto ꝛ pane asso infuso in aceto vel agresta: in hyeme fit eadē salsa cum pluribus speciebus ꝛ pauco alleo: ꝛ optimo vino: ꝛ pauca agresta: vel potest sufficere sinapium vel eruca. Sapor autem carniū bouinarum ꝛ elixataꝝ est piperbulitum quod fit ex pipere: ꝛ pane asso ꝛ aqua carnium: ꝛ pauca aqua in hyeme. Et in estate cum pipere pauco: ꝛ multa agresta. Et idem sapor est satis conueniens carnibus porcinis: ꝛ specialiter in hyeme: ꝛ pōt sufficere sinapium vel eruca. Sed quando comeditur eruca debet pistari cum amigdalis; ꝛ distemperari cū aceto in estate ꝛ hyeme

Pro lecatoribus.

Sapores estatis.

Sapores hyemis

cum optimo vino. Possunt etiam carnes porcine frigide comedi in estate cum aceto ꝛ petrosilino in principio refectionis. Si aūt predicte carnes pastilentur: ꝛ specialiter porcine ꝛ bouine. In hyeme quidē apponatur cepe album cum puluere specierū fortiꝛ cum agresta. Et in estate cum puluere specierum dulci in pauca quātitate: sine cepis: cum veruito ꝛ caseo butiroso. Uel possunt apponi cepe parue ꝛ in parua q̄titate. Si autē pastillatura fit ex carnibus subtilioribus: nō apponatur cepe: sed in estate lac amigdalarum cū agresta ꝛ pauco puluere: specierū dulci: ꝛ in fine potest apponi ouum cōquassatum cum agresta: sed in hyeme loco agreste apponatur vinum: ꝛ plus de speciebꝰ. Assature aūt cuniculorum ꝛ pullorū iuuenum cōueniens sapor est: salsa camelina in aqua basis ꝛ cynamomum: et panis mica cum agresta quidē in estate: ꝛ cum vino in hyeme. Assature porci sapor conueniens est: liquor descendēs conquassatus cū optimo vino ꝛ cepis in hyeme: ꝛ in estate viridis salsa superius nominata. Et potest sufficere sinapiū in hyeme: vel eruca modo predicto preparata in estate. Assature aūt perdicum: fasianorū: ꝛ colūbarum: ꝛ turturum nullo alio sapore indigent nisi sale. Caponum aūt ꝛ gallinarum elixatarū conueniens est sapor aque decoctionis eorū cum aliquātulo puluere specierū dulci: ꝛ precipue si in predicta decoctione addatur saluia: hysopus petrosilinum per hoc in hyeme: ꝛ in estate sufficit sola aqua cū aliquātulo croci addito succo summitatū vitis. Sed caponū ꝛ gallinarum pinguium pastillatarum sapori nihil penitus est apponendū: nisi aliquātulum pulueris specierum ꝛ in fine agresta supradicta in estate: ꝛ optimū vinū in hyeme. Sapor eorū cōueniens in assatura in hyeme (alba alleata dicitur) bullita cuius compositionē coci sciunt. Uel potest sufficere vinum cū eis cōquassatum cum aliquantulo pulueris specierū laudabiliū: et specialiter vinum dulce. Sed in estate sit vinū debile vel agresta: ꝛ minus apponatur de puluere specierū. Assature anserū: ꝛ anatum: ꝛ similiū in aquis degētiū sapor est piperata: nigra ꝛ bullita. In hyeme quidem sine aceto ꝛ agresta et cum vino. In estate cum vino ꝛ agresta ꝛ pauciori pipere q̄ in hyeme.

De pastillis. Assatura. De elixatis. Saporandi modus. Sapor animalium degentium in aquis

De saporibus ꝛ condimentis piscium



De piscibus autē sciendū est generaliter q̄ quanto sunt grossioris carnis: ꝛ difficilioris digestionis: ꝛ plurium sup̄fluitatū: ꝛ humidioris nature: tātum indigent saporibus calidiorībꝰ et acutioribus. Et hoc est verum nō solum in piscibꝰ: sed in carnibꝰ. Unde sequitur q̄ pisces bestiales ꝛ specialiter porcꝰ marinus siue assatus siue elixatus indigēt salsa fortiori et acutiori. Et huiusmodi sapor est piperata nigra bullita ꝛ alleata alba bullita. Et quāto pisces marini ꝛ dulcis aque magis appropinquāt ad predictos pisces: tanto magis indigent saporibus similibus. Anguilla aūt ꝛ murena: ꝛ lampreda requirūt pro sapore gelentinā ex fortibꝰ speciebꝰ: cuius cōpositionem nouerūt coci magnorum dn̄orū. Anguille aūt ꝛ murene interdū comedūtur in assatura: ꝛ tūc sapor cōueniens est salsa viridis cū fortibus speciebus ꝛ vino in hyeme: ꝛ cum debilibus speciebꝰ ꝛ agresta: ꝛ aceto in estate. Et similiter intelligatur de cōgro. Sapor aūt salmonū elixatorū est piperata nigra bullita. Fortis

Anguilla et murena.

quidez in hyeme: & debilis in estate: sicut de porco marino superius dictuz est. Merlengorũ elixatoruz: vel assatorũ: vel frixorum: & alia huiusmodi sapor est synapium dulce: vel eruca superius descripta. Rogatorum & gornatorum sapor cum elixantur est salsa camelina. In hyeme quidem acutior: et cum vino in estate quidem obtusis speciebus agresta. Assatorum autez et frixorum sapor est salsa viridis superius nomiata. In hyeme quidez est acuta speciebus: & cum vino. In estate vero obtusa speciebus: & cũ agresta & aceto. Uel assatoruz salsa cõueniens & apud gallicos vsitata est vinũ in quo disparatum est zinziber album: bullitũ: & super assaturã piectum et hoc in hyeme. Sed in estate fit idem cũ agresta & pauco zinzibere. Frixorum piscium paruorũ aque dulcis sapor conueniens est salsa viridis. Sed elixatorũ in aqua sapor ꝯueniens est synapium: vel eruca: vel cepe album decoctũ cũ eisdem. Lucius elixatus vel barbellus similiter pre salsa requirunt salsam viridem superius nomĩatam. Et similiter si frixẽtur vel assantur: vel vinuz vel agresta in quib⁹ distemperatum sit zinziber album bullitum: & super assaturã proiectum. Cancrorũ sapor est acetum simplex in estate: & in hyeme vinũ vel acetũ cũ puluere quarũdam specierum Ostrearum aũt sapor si frixẽtur est agresta simplex in estate: & cũ puluere quarũdam specierum in hyeme. Potest etiam ex eis fieri potagiũ: vel ferculum croceũ: vel albũ cum amigdalis. Hec igitur sufficiant de saporib⁹.

Merlengus.

Cancer.

Capitulum. xxi. De potibus naturalib⁹ & artificialibus



Postq̃ determinauimus de cibis in speciali: consequẽter est determinandũ de potibus. Sciẽdum igitur ꝙ quidã est potus qui est medicina pure: quidam est potus pure: & quidam est potus & medicina simul. Potus quidem pure medicina est sicut syrupus digestiuus vel laxatiuus: vel nectar seu claretuz ex forti vino & speciebus: qđ datur in fine ad confortãdum virtutem digestiuã in stomacho solum. Pot⁹ autem qui est potus & medicina simul est (verbigratia) syrupus violarũ rosarum vel nenufaris q̃ in estate exibentur ad sitim cõpescendam: & malam distrasiam accidentalez remouendã. Potus autem pure potus est qui datur ad cibi delationez: vel permixtionẽ: vel estuationẽ: vel sitis a cibo inducte remotionez: sicut superius memini me dixisse in capitulo de comestis & bibitis in generali. Potus aũt pure potus est duplex. Naturalis et artificialis. Naturalis est duplex: scz vinum: & aqua. Isti potus sunt in vsu apud nos. Et inter potus de his sapiẽtes latini: arabes: & greci fecerunt mẽtionez: q̃uis alique gentes vtantur lacte loco potus: & aliq̃ oleo: et aliq̃ syrupis quibusdã in sanitatis regimie. Sed q2 hoc modo nõ est cõsuetum apud nos: & puto ꝙ nõ est artificiale: de his potibus nullaz facio mentionem. Potus aũt artificiales qui apud quosdam nostruz sunt in vsu sunt hi: ceruisia vel ex ordeo vel ex auena: pomerium: cerasiũ: boschetum seu mellicratum: potus artificialis. Sed q2 de aqua sufficienter dictum est in primo capitulo secũde partis huius operis: de ipa ad p̃sens nihil penitus est dicendum. Sed de vino: de quo superius in capitulo de comestis et bibitis dictum est in generali. Sciendum ꝙ q̃uis in sitis ex

Potus artificialis.

tinctione aqua sit conuenientior potus ꝙ vinum: tamen omnibus consideratis vinū est potus ꝯuenientior in regimine sanitatis ꝙ aqua. Naꝫ dato ꝙ in sitis repressione q̄ est appetit⁹ frigidi et humidi: huiusmodi aq̄ vniuersaliter melior sit: qꝛ frigida ꝛ humida naturaliter: tamē in cibi permixtione ꝛ eiusdem delatione ad partes corporis extremas vinum preualet aqua. Nam vinū ratione sue subtilitatis in substātia ꝛ actione facili⁹ cibis ꝑmiscetur: ꝛ spāliter qꝛ natura magis delectat in eo: ideo citi⁹ attrahit ipm: ꝛ alijs cibis ꝑmiscet. Et specialiter qꝛ hec permixtio fit per viam cuiusdam ebulitionis: quam vinū magis iuuat ratione virtualis caliditatis: ꝛ aqua impedit ratione frigidatis. Et sic patet ꝙ vinū ꝑualet aqua in ciborum permixtione. Et simili modo preualet in eoꝝ delatione. Nam vinū est optim⁹ penetrator: qḋ ei attribuit ratiōe subtilitatis sue substātie: ꝛ ratiōe sue caliditatis virtualis. Talia em̄ sūt multuꝫ penetratia: ꝛ ꝑ cōsequens vinū est magis delatiuū ꝙ aqua: in qua nō est virtualis caliditas: nec substantie igneitas ꝛ aereitas. Vn̄ aqua mora trāseūdo impedit oēm cursum: sicut memini me superi⁹ dixisse in capitulo primo scōe ptis hui⁹ operis. Ampli⁹ motus alimēti ad mēbra est a virtute attractiua. Et qꝛ mēbra magis diligūt vinū ꝙ aquam: plus iuuabit ad delationē nutrimenti ad mēbra ꝙ aqua. Amplius ex alio: aqua nō est ita ꝯueniēs potus vt vinuꝫ: qꝛ aqua impedit alimentū nutrire: eo ꝙ nō nutrit. Si igitur permisceatur cū eo qḋ nutrit: illud vtiqꝫ min⁹ nutriet. Vn̄ quāto cib⁹ est magis aquaticus: tanto est min⁹ nutritiu⁹. Bonū est igitur ꝙ vinū ꝑmisceatur cum cibo qḋ nō solum nō impedit nutritionē: immo multū iuuat: qa vinuꝫ est maxime nutritiuū: ꝛ maxime restauratiuū: ꝛ velocissime nutrit. Amplius vinū confortat calorē naturalē ꝛ spiritū: ꝛ totuꝫ corpus calefacit que multū faciūt ad nutritionē. Et aqua ratione sue frigiditatis paralyticat: ꝛ mortificat: ꝛ oēs aīe operationes destruit. Vn̄ nō ponit pedes in operationibus nature per se. Vn̄ ipsius solius nō videtur aliqs vsus nisi forsan ꝙ in acutis bibat morbis. Amplius vinū habet alias bonitates quas nō habet aqua. Est em̄ bon⁹ penetrator in toto corpore: ꝛ flenma grossum incidit: ꝛ resoluit ipm: ꝛ coleram rubeā cum vrina ꝛ sudore extrahit: ꝛ coleram nigrā calefacit, ꝛ facit exire: ꝛ flectit ipsi⁹ nocumentū: et materias coagulatas dissoluit. Ampli⁹ ingeniū clarificat: iram cōpescit: tristiciā remouet: gaudiū inducit: libidinē incitat ꝛ immundicias expellit: audaciā causat: auariciā fugat: liberalitatē inducit. Et vt sit ad vinū dicere: vinum reddit hoiem virilē ꝛ scōm corpus: ꝛ aqua femineū. Vn̄ ceteris paribus nō bibētes vinū sunt effeminati respectu bibentiū vinū. Vn̄ cōpertū est ꝙ quidā nō bibens vinū primo: ꝛ postea ꝯsuet⁹ bibere vinū: melior scōm aīam ꝛ scōm corpus effect⁹ est. Sic igit potus vini ꝯuenientior est i sanitatis regimie ꝙ pot⁹ aq̄. Immo nō approbo potū aq̄ simplicis in sanitatis regimie. Has bonas ꝓprietates vinū hꝫ debito mō exhibitū. Et si idebite exibeat vsqꝫ ad ebrietatē: rōem rōnalis aīe ꝛ lumē extiguit: virtutē bestialē irrationabilē iducit: ꝯcupiscibilē ꝛ irascibilē ꝯfortat: ꝛ ratōni iobediētē reddit. Et sic remanet corp⁹ sicut nauis in mari sine gubernāte: ꝑp qḋ fauet cui nō est fauēdū: ꝛ laudat qḋ nō ē laudādū. Et interdū facit loq̄ pessima cū ira ꝛ supflua supbia: ꝛ finalit facit opari pessima: puta adulteria ꝛ turpissima homicidia. Ampli⁹ idebite sūptū cerebrū ꝛ neruos mirabilit ledit: ꝛ palisyꝫ: ꝛ stuporē: ꝛ ceteras hūorales egritudies iducit.

Vinuꝫ optimus penetrator

Vinum filius nature dicitur.

Vinum cōfortat virtutes.

Laudes vini

Indebite sumptum multa mala facit.

Et vt sit ad vnuȝ dicere: cito tales moriuntur ⁊ senescũt: ⁊ talibus melius
esset ꝙ biberent aquã ꝙ̃ vinũ. Ut igitur nõ cadat error ex vini administra
Prima regula — tione: cuiꝰ debite admĩstrati tot sũt iuuamẽta ⁊ idebite nõ minora nocu
mẽta ponẽde sũt regule q̃ obseruãde sũt in potu vini. Prima regula est ꝙ
vinũ stomacho ieiuno ⁊ corpore famelico nõ est bibẽdum. Facit enĩ cade
re in spasmum: ⁊ mẽtis lesionẽ ⁊ alienationeȝ. Et si aliqueȝ contingat si
tire ieiuno stomacho: sciat hãc sitim nõ esse veram: nec naturalẽ. Nam si
tis vera ⁊ naturalis est ꝓpter estuationẽ factam a cibo preassumpto: qḋ
in proposito esse nõ potest. In tali igitur siti nõ est bibendum vinum: nisi
simul aliquid comedatur. Potest tamẽ ad sedationẽ sitis bibi inlep: aut
aliquis syrupus appropriatus: vel zuccarũ rosatum cum aqua. Stoma-
Secunda regula. — cho vacuo igitur nullomodo bibatur vinũ. Scḋa regula est ꝙ inter duas
comestiones cibo sumpto adhuc in stomacho nõ digesto: vinuȝ nõ est bi
bendum: tum qꝛ digestionẽ interrũpit: tum qꝛ facit indigestũ cibũ de sto
Tertia regula — macho descendere. Tertia regula est ꝙ post forte exercitiũ nõ est bibendũ
vinũ. Naȝ hoc multũ ledit neruos ⁊ cerebrũ. Quarta regula ꝯsiderãda in
Quarta regula. — vino est ꝙ vina mixta cũ aqua pauca citius inebriant: ⁊ ad cerebruȝ ⁊ ad
neruos citius penetrant: ⁊ specialiter sint vina grossa. Quinta regula est
Quinta regula — ꝙ malis cibis ⁊ fructibus comestis ⁊ digestis in stomacho nõ debet bibi
bonum vinũ ⁊ subtile eo ꝙ faceret maliciam ciboꝝ ad mẽbra citius pene
trare. Et hoc est verũ in quãtitate notabili: ȝ si bibatur in quãtitate pau
ca ad intentionẽ permixtionis: corriget maliciaȝ ciboꝝ maloꝝ: ⁊ digestio
Sexta regula — nem confortabit. Sexta regula est ꝙ si in eadem mensa vinũ forte bibat
et debile incipiendũ est a debili: ⁊ vltimo forte est bibendũ. Nam digestio
in orificio stomachi est debilior que vino forti cõfortabitur. Amplius vi
num forte cum maiori delectatione suscipitur: ⁊ sic stomachus totũ cibũ
perfectius amplectitur: ⁊ os stomachi ꝑfectius clauditur. Amplius si vi
num forte reciperet ante: dubitandũ esset ne ratione subtilitatis et actio
nis ante ꝑfectam digestionẽ descenderet a stomacho ⁊ reliquũ cibum in-
digestum secum traheret. Et specialiter qꝛ cetera mẽbra diligunt vinũ for
Septima regula. — te plus ꝙ̃ debile ⁊ sic citius traherent ꝙ̃ esset oportunũ. Septima regula
est ꝙ vinum quod bibit ad cibi permixtionem: debet recipi simul cum ci-
bo: nec debet expectari sitis: qꝛ vinum quod bibitur ad sitis inducte a ci-
bo extictionẽ debet sumi in fine totius digestionis: ⁊ plus vel minꝰ secũ-
dum ꝙ maior vel minor est sitis. Sed vinum qḋ est potus delatiuus su-
mi debet completa prima digestione ⁊ parũ ante horam suscipiendi aliuȝ
cibum sequentem. Et talis potus specialiter competit quãdo cibaria pri-
mitus sumpta fuerint grossa in substãtia ⁊ actione. Nec debet expectari
sitis ad talem potum suscipiendũ. Nam talis potus preparat stomachuȝ
ad suscipiendũ sequentem cibum ⁊ iuuat transitũ cibi ad epar: nec debet
esse talis potus magne ꝗ̃titatis: vt cito possit digeri. Non enĩ ymaginan-
dum est ꝙ ante digestionem ipsius in stomacho transeat ad epar. Sed si
talis potus delatiuus esset aqua nõ oporteret expectare eius digestionẽ
Octaua regula — ante penetrationem ad epar. Octaua regula est ꝙ quando cibus est gros-
sior ⁊ siccior: ⁊ frigidior: potus permixtiuus et delatiuus debet esse maior
et econuerso quando cibus est calidior: subtilior: et humidior: potus per-
mixtiuus et delatiuus debet esse minor. Et specialiter quanto cibus est
grossior; et frigidior; et digestioni inobedientior: tanto vinum permixtiuũ

vel delatiuum debet esse subtilius et fortius. Et quanto cibus est subtilior:et calidior: et digestibilior: tanto potus debet esse debilior. Unde fortius vinum bibendum est cum carnibus bouinis quam pullinis:et fortius bibendum est cum piscibus quam carnibus regulariter. Nona regula quod quando quis est valde sitibundus: tunc vinum eius debet esse subtilius et colore remissius. Et quanto aliquis est minus sitibundus: eius vinum potest esse fortius et rubicundius. Uina enim fortia conuenientia non sunt ad extinguendum sitim. Decima regula est quod pueri et nutrices non debent bibere vinum nisi parum et valde debile:et aquaticum. Senibus autem competit vinum forte:et odoriferum:et saporosum. Unde pueris dare vinum specialiter forte:est ignem addere igni. Et est alia ratio. Nam pueri habent neruos debiles: et cerebrum valde passibile et debile: vnde cito leduntur a vino. Etiam vinum non est bene proportionabile complexioni eorum ratione siccitatis vini. Sunt enim pueri valde humidi nec comedunt fortia cibaria ad digerendum:et cum hoc habent digestiuam fortem: et spirituum multitudinem. Et sic pueris et nouiter natis nullomodo est vinum exhibendum:nisi valde parum:et sic ad vinum paulatim assuescant. Et quanto magis procedunt in tempore:tanto magis et securius potest eis ministrari vinum. Et specialiter cum comedunt cibaria grossa:et ad digerendum difficilia:et ad membra difficilius transeuntia:et in eis colera multiplicatur quam vinum extrahit cum sudoribus et vrina. Undecima regula est quod habentes cerebrum debile: naturaliter siue accidentaliter: non bibant forte vinum odoriferum in quantitate notabili:sed vinum debile et aquaticum. Et similiter habentes epar calidum et stomachum:abstineant a vinis fortibus et calidis. Et similiter habitantes in regione calida. Similiter qui sunt complexionis calide et complexione totali : minus indigent vinis fortibus:et calidis:et subtilibus. Et contrarium est de eis qui sunt frigide complexionis:et habitant regionem frigidam. Duodecima regula est quod vina aquatica valde sunt euitanda via potus. Magis enim sunt medicinalia quam potatiua:et vina noua sunt adhuc indigesta:et impura:et ventosa:et opilatiua: et dissenteriam inducunt. Sed vina mediocria etate: non defecata sunt magis ceteris eligenda . Decimatertia regula est quod inebriari vino semel vel bis in mense competit in regimine sanitatis: vt quidam asserunt tum propter somni prolixitatem ex quo virtutes quiescunt animales: et fortificantur naturales:tum quia sequitur sudor et vrina vel vomitus: ex quibus superfluitates a corpore resoluuntur et remanet corpus mundum. Hanc tamen regulam non approbo:nisi in his qui vtuntur malo regimine. In vtentibus bono regimine hec regula non est obseruanda. Et circa hanc regulam obseruandum est quod inebriatio non sit fortis :cuius nocumentum in cerebro sit notabile. Nam talis inebriatio plus debilitat virtutes animales: quam quies sequens confortaret easdem. Debet igitur inebriatio esse debilis que somnum inducat:et sollicitudinem penitus amoueat. Fortius enim inebriari vituperabile est moribus et natura . Decimaquarta regula est quod si bibatur vinum non solum in ratione potus:sed ad corporum nutritionem:et restaurationem:et impinguationem:sicut contingit in macillentis naturaliter vel accidentaliter tunc competunt vina dulcia et grossa sufficienter colorata. Talia enim vina sunt sufficienter nutritiua: et deperditi restauratiua:et corporum impinguatiua . Unde conuenientiora ad impinguandum

Nona regula

Decima regula

Undecima regula.

Duodecima regula

Decimatertia regula

Decimaquarta regula.

corpora macra. Et per oppositum si intendamus nõ nutritionem: nec de
Vinũ dulce. perditorum restaurationem: nec impinguationem: sed magis consumptionem: macilentiã: ꝛ desiccationem: vt contingit in his qui sunt multũ carnosi et pingues: tunc vina subtilia in substantia ꝛ actione nõ dulcia: sed sapore acuta modicum colorata sunt eligenda. Et similiter apertius si sint venarum subtilium ꝛ strictarum. In habentibus enim venas strictas dubitandũ est exhibere vina grossa: que sint opilatiua. Unde si quis esset macillentus et cũ hoc haberet venas strictas: non esset securũ ei exhibere vina dulcia grossa et rubea.
Decimaquinta regula. Decimaquinta regula est ꝙ si vinũ detur propter cibi permixtionem: tunc vina subtilia non dulcia: sed sapore amicabilia: odorifera: non austera: nec pontica: colore mediocria: ad albedinem aliqualem declinantia: sufficienter fortia eligenda sunt. Talia enĩ
Vinum album extinguit sitim. vina bene sũt cibarijs permiscibilia et sufficienter penetrantia: et digestionem non impedientia: et stomachum ad sequentem cibũ melius preparantia. Et talis potus cibi debet esse permixtiuꝰ et delatiuꝰ. Si autem detur vinum ad sitis extinctionem: tunc vinũ album: subtile: debile nature: aque propinquũ est eligibilius. Tale enim vinum magis humectat: et infrigidat et per consequens melius extinguit sitim. Et quanto sitis est maior: tanto tale vinum est conuenientiꝰ. Et in isto casu in fine comestionis eligibilius est vinum dare album aquosum et subtile: qñ scilicet vinum bibitur ad cibi permixtionem ꝛ sitis sedationez. Et si vtrũqꝫ vinũ bibatur ad vnam intentionem tunc semper incipiendũ est a debili: vt in
Decimasexta regula. isto capitulo superiꝰ dictum est. Decimasexta regula est ꝙ si vinum detur ad spirituũ cõfortationem et a fortiori eiusdem reparationem ꝛ virtutis etiam confortationem: tunc debet dari vinum subtile: odoriferũ: saporis delectabilis: mediocris coloris sufficientis fortitudinis. Et tale vinuz debet sumi cũ pauco cibo. Et debet esse depuratum ab vtraqꝫ superfluitate
Decimaseptima regula et debet sumi ĩ pauca quantitate. Decimaseptima regula est ꝙ si exhibeatur vinum ad stomachi et viscerũ contentiue fortificationem: eligemꝰ vina grossa: pontica nigra vel rubea: sicut contingit in habentibus fluxuz ventris propter debilitatem contentiue stomachi. Sed si intendamꝰ confortationez digestiue stomachi competũt vina subtilia: vel mediocria in substantia et colore boni odoris: et cõuenientis saporis: et sufficientis vi-
Decimaoctaua regula goris: et aliqualis stipticitatis. Decimaoctaua regula ē ꝙ vina alba sũt debiliora ꝛ magis aquosa: deinde nigra frigidiora ratione terrestreitatis et non aqueitatis. Et rubea ꝛ rufa sunt calidiora ceteris. Et hoc est veruz comparando vina eiusdem territorij adinuicem ꝛ nõ aliter. vnde vina ru-
Vina gallicana. bea et rufa gallicana non sũt ita fortia sicut sunt multa vina alba que reperiuntur: sicut consideranti est manifestũ. Debꝫ igitur fieri comparatio inter vina eiusdem maneriei et territorij. Unde videmus ꝙ vinum primitus est valde album: et in temporis processu cũ defecatur et purificatur efficitur minꝰ album. Et vinum qđ in principio est minus rubeũ: in temporis processu efficitur magis rubeum. Et hoc est manifestũ signuz ꝙ nigredo et albedo attestant minori caliditati vini ꝛ rubedo et rufedo maio-
Decimanona regula. ri. Decimanona regula est ꝙ vinum factum debile per admixtionẽ aque laudabilis eligibilius est ꝙ̃ naturaliter debile: supposito eodem gradu debilitatis in vtroqꝫ. Et specialiter quando debilitas vini est valde magna: sicut est debilitas vinorum gallicanorum. Nam vina sic naturaliter

debilia multū sunt corruptibilia et putrefactibilia: sed vina debilia per admixtionem aque non sunt putrefactibilia: sicut manifeste possumꝰ experiri. Nam si dimittatur vinum gallicanū in vitro per noctem: in mane sentitur sapor corruptus: et apparebit color corruptꝰ. Sed non sic erit de vino debilitato per aque admixtionem. Sed secꝰ esset vbi non esset tāta debilitas naturalis sicut ꝑ aque admixtionē: tūc enim eligibiliꝰ esset vinum debile naturaliter: q2 natura magis laborat in digerendo: qđ est minus homogeneum. Et vinum debilitatū per aquam est huiusmodi respectu vini debilis naturaliter. Et hanc regulam memini me superiꝰ dixisse in capitulo de comestis ⁊ bibitis in generali. Vicesima regula considerãda est ꝙ cū vinis fortibꝰ: subtilibus: et fumosis bonū est ꝙ admisceatur aqua: que sufficit ad repressionem fumositatis vini: que tamen nō facit substantiam vini ad cerebrum velociꝰ penetrare. Unde pauca aque q̄titas sufficit ad repressionem fumositatis que tamen non sufficeret subtiliare substantiam vini vt faciliꝰ penetraret ratione cuiꝰ penetrationis contingit inebriatio. Sic igiƚ appositio paucissime aque impedit fumationem ad caput: ratione cuiꝰ potest contingere capitis grauedo ⁊ dolor: et nihil iuuat ad penetrationem substantie vini ad cerebrum et neruos: ratione cuiꝰ posset contingere inebriatio. Sed maior quantitas predicta iuuabit ad vini penetrationem ad neruos: et specialiter si vinū sit grossum ⁊ forte et non impedit vini fortitudinem quin posset inebriare. Et si plus apponatur de aqua: virtus vini totaliter destruetur: sic ꝙ inebriare nō poterit. Sic igiƚ approbo ꝙ in omnibus vinis: specialiter fortibꝰ ⁊ fumosis: si indigeamꝰ fortitudine vini sine fumositate aliquid ponaƚ de aqua. Unde etiam potest sustineri ꝙ cuiuscūq3 quantitatis aque appositio: iuuat substantie vini penetrationem. Unde si bibatur vinū in quãtitate immoderata: iuuaret ad inebriationem: sed si bibatur in quantitate moderata non inebriabit. Et sic iuuabit ad inebriationem: et tamen faciet ad fumositatem vini recipiendum. Bene enim stat simul substantiã vini esse magis subtilem: et ratione illius magis penetratiuam. Et sic indebite sumptam magis inebriatiuam: ⁊ tamen eandem substantiam esse minꝰ fumosam. Nam fumositas plus debeƚ vino ratione qualitatis que repressa est per admixtionem aque pauce: et inebriatio ei debetur ratione substantie in bibentis substantiam cerebri et neruorū: cuius penetrationem iuuat admixtio aque modice. Et in hoc est materia subtilis considerandi. Vicesimaprima regula ꝙ si intendamꝰ pectoris ⁊ pulmonis mūdificationem et ventris laxationem: tunc vina mediocris substantie sapore dulcia sunt magis eligibilia: et specialiter si non dubitamus opilationem venarum. Vicesimasecunda regula consideranda est ꝙ vinum eligibilius et melius in sanitatis regimine est vinum mediū seu equale inter vetustatem et nouitatem: clarum ad rubedinem trahens: bonum habens odorem et equalis saporis: quod nec acre nec acutum: nec dulce: nec fumosum: nec grossum nec valde subtile sed ad subtilitatē declinans sit ꝙ etiam inter fortitudinē ⁊ debilitatē obtinet mediocritatem: quod etiã non creuit in saxosis ⁊ lapidosis montibus: nec in terra simpliciter plana ⁊ arabili: sed in terra montuosa sicca a sole versus meridiem discooperta. Quod etiam non creuit in regione nimis calida nec nimis frigida. Et ex his cōcludi potest ꝙ vina cyprina: nec greca: nec garnacina cōueniunt

Vicesima regula. De vinis fumosis

Vicesima prima regula

Vicesima secũda regula. De vino medio. Electio vini

Vina greca nō competunt

in sanitatis regimine via potus. Nec vina gallicana et eis similia: sed talia vina sicut sunt vina debilia: et de bersilitico: et de sancto porciano. Hec enim vina sunt cōuenientia via potus in regimine sanitatis. consideratis eorum coloribus: substātijs odoribus: saporibus: et locis in quibus creuerint: et consideratis eorum effectibus quos homines in seipsis iam dudum experti sunt. Uigesimatertia regula est quod homines qui vtūtur multo vino: vel ex natura: vel ex consuetudine: vel ex quacūque alia necessitate: non debent vti multo cibo. Uinum enim est cibus et potus. Unde videmus potatores tabernas quotidie sequētes respectu aliorum hoim pauci victus. Quomodo enim natura potest digerere multum cibum et multum potum. Pro certo male. Et bonum est quod talis qui vult repleri vino in suis cibis quibusdam diureticis vtatur: vt vinum citius transeat de stomacho: et non accidat repletio nauseatiua: que si accidat prouocetur vomitus: et hydromel bibatur: deinde euomat iterum: deinde lauet os suum aceto et melle. Nec dentes et gingiue propter vomitum remaneant infecte: et faciē cū aqua frigida: vel aqua rosarum irroret parum. Amplius volēs repleri vino nō comedat rem dulcem: sed vnctuosam: puta micas panis vnctuosas et carnes pinguedine mixtas: post cibum cum bibere voluerit amigdalis vtatur et capparibus. Amplius caules cocti cum carne et oleo prepate: et condite cum sale eisdem cōueniunt: vt vino repleri possint sine lesione. Et vniuersaliter omne quod vaporem vini alleuiat valet ad idem: sicut semen caulium ruta sicca calamentū: ameos: et similia. Amplius sciendū quod cibaria grossa in quibus est viscositas: conglutinatio: et dulcedo ebrietatem impediunt: quia tarde penetrant: et sic impediunt transitum vini et eius vaporem ingrossant: quamuis sint cibaria cū quibus nō potest recipi vinum sine lesione que est nauseatiua repletio. Cibaria igitur subtilia et vnctuosa nō dulcia sunt cum quibus sine repletione nauseatiua et stomachi grauamine plus potest homo repleri vino. Sed cibaria grossa: dulcia et viscosa sunt cum quibus potest plus recipi de vino sine ebrietate: nō tamen sine grauamine stomachi et repletione nauseatiua. Si igitur homo velit bibere multum vinum: et dubitet ebrietatem: vel propter cerebri debilitatem: vel propter vini fortitudinem: vel propter humorum plenitudinem: vel propter ciborum paucitatem: tunc talis cibus grossus dulcis glutinosus et viscosus est maxime necessarius et nō pinguis subtilis et vnctuosus. Sed si quis non dubitet ebrietatem et velit multum bibere respectu cibi: et dubitet repletionem nauseatiuam: et stomachi grauedinem tūc cibus pinguis subtilis vnctuosus est maxime necessarius. Est breuiter hic notandum quod amigdale specialiter amare ciminum: sal semen caulium: sal napticus: ameos in ieiuno sumpta cum aqua frigida impediunt ebrietatem. Et potus aque frigide cum aceto vel cum vino granatorum paulatim exhibitis: ebrietatem remouet: et similiter odor thuris: camphore: et sandalorum. Sed quia iam sumus extra regimen sanitatis: ad propositum redeamus. Uicesimaquarta regula est de vinis artificialibus que apud aliquos homines sunt in vsu: puta vinum saluiatum: et enulatum et rosatum. De his igitur sciendum quod cum sapiant naturam medicinalē non competunt in regimine sanitatis nisi in pauca quantitate. Uinum igitur saluiatum aliquis bibere potest in hyeme in pauca quantitate. Nam vinum a saluia acquirit quandam caliditatem et stipticitatem:

Ista laudātur

Uigesima tertia regula

Pro optimis potationibus

De his que ebrietatem impediūt.

Ista remouent ebrietatem.

Uigesima quarta regula

et aromaticitatem: ratione quorum parum sumi potest in hyeme a stoma
hi calefactionem ⁊ eiusdem ⁊ cerebri ⁊ neruorum ⁊ aliorum ratione stiptici
tatis ⁊ aromaticitatis confortationem. Sed multũ ex eo sumptum non
est conueniens: nec ad sitis extinctionem quia saluia calida est ⁊ sicca in
tertio: nec ad cibi delationem ⁊ permixtionem: quia totum cibum ad ni-
miam siccitatem ⁊ caliditatem faceret declinare. Cum enim vinũ de se
sit calidum ⁊ siccum ⁊ saluia sit multum calida ⁊ sicca: totum agregatum
multum declinabit ad siccitatem ⁊ caliditatem: quod non est bonum in sa
nitatis regimine. Amplius si bibatur vinum saluiatum in magna quan- *De vino saluiato.*
titate: quia vinũ a saluia acquirit quandam durecitatem ⁊ substãtie sub-
tilitatem: intantum ꝙ eius decoctio prouocat vrinam: ⁊ menstrua erit cau
sa descendendi cibum a stomacho ante ipsius digestionem perfectam: et
causa trãsitus vini ad cerebrum ⁊ neruos ante digestionem eius in stoma
cho ⁊ epate. Saluiatũ igitur vinũ in magna quantitate nullo modo est
bibendum: sed habentes neruos debiles vtantur eo in pauca quantitate
quia in magna quantitate plus lederet ꝙ vinum simplex. Est autem ho-
minum consuetudo tale vinum bibere ante alium cibum: quod forte ex
hoc fit: quia saluia habet virtutem incitandi appetitum. Et sic vinum sal
uiatum primo sumptum incitabit appetitum ad cibum qui sumi debet.
Amplius vinũ saluiatum multum cõfortat neruos totius corporis: quod
melius ex eo fiet si sumatur in principio ꝙ in fine. Amplius vinũ qđ recipit
in ꝓcessu debet sumi ad cibi ꝑmixtionẽ vel sitis extictionẽ: ꝓpter quod nul *Confortat neruos*
lum debet bibi vinũ saluiatũ. Nam quantitas que ex eo bibi debet: debet
esse minor ꝙ oportet ad predicta. Si tamen post omnem cibum parum su- *Tosta i saluiato vino prodest.*
meretur ex eo cum nebula vel pane tosto ad orificium stomachi roboran-
dum: ⁊ digestionem in eo confortandum: forte esset laudabilius ꝙ sumere
claretum vel alia vina acuta valde: vel alia que multum sunt fumosa et
capitis repletiua. Bene autem considerandum est ꝙ vinũ saluiatũ fiat
et saluia que in loco creuerit vbi serpentes non fuerint nutriti ⁊ conserua
ti. Libenter enim consueuerunt serpentes morari vbi crescit saluia. Qua-
re vbi saluia sit apponatur ruta: quia serpentes fugiunt rutam. Non igi-
tur recipiat saluia: nisi in loco vbi est magna copia rute. Vinũ aũt rosatũ
in estate est conueniens propter temporis feruorem ⁊ in complexione cali
da ⁊ in habentibus viscera calida: ⁊ in his qui dispositi sunt ad fluxũ vel *Vinũ rosatum*
vomitum colericum. Sed in sanitatis regimine vinum simplex est magis
conueniens. Quidam autem plus bibũt tale vinũ propter voluptatem ꝙ
propter necessitatem. Vinũ autẽ enulatũ multũ confortat cor ⁊ membra
adiacentia. Habentes autem cor debile ⁊ stomachum ⁊ specialiter pro-
pter frigiditatem ⁊ humiditatem: vtantur vino enulato in pauca quanti
tate: sicut dictum est de vino saluiato. Et sine dubio enulatum in multis
esset conuenientius ꝙ saluiatum. Et hec sufficiant de regimine vini.

De ceruisia et alijs potibus



De ceruisia autem consequenter est notandum et
de alijs potibus: puta boscheto: et pomerio: ⁊ cerasceto: ⁊ simi
libus si qui sint alij. Sunt enim quidam qui propter penuriã
vini vtuntur predictis potibus non tamen potus adeo con-
uenięntes in sanitatis custodia sicut vinum. Sciendum ergo ꝙ ceruisia

Proprietates ceruisie. potest fieri ex auena: et ordeo: et frumēto. Et secūdū quod fit ex alio et alio grano: est alterius et alterius cōplexiōis. Omnis tamen ceruisia de quolibet grano facta grossior est quam vinū: et multū difficilis ad digerendū opilatiōes in visceribus facit: et maxime tamen noua. Inflationem et ventositatē generat et capitis dolorē inducit. Et interdū fluxū vētris et appetitū deijcit. Sed bene verum est quod multum nutrit: et corpus impinguat si bene digeratur. Ceruisia ex lolio. Que aūt cōficitur ex rebus inebriātibus: puta ex grano quod nominatur loliū pessima est inter oēs dolorē capitis maxime generans: et neruos ledens. Diuersitas granorum. Diuersificatur enim secundū granorum diuersitatē. Nā que fit ex ordeo plus attinet frigiditati: et que fit ex frumēto plus attinet caliditati. Amplius que fit ex ordeo et auena minus opilat et minus generat vētositates et minus nutrit. Et quae fit ex frumento magis nutrit et magis opilat. Et quanto ceruisia est grossior: tanto deterior: et quāto subtilior et clarior tanto melior. De bocheto. Alij autē sunt potus artificiales que fiunt cū melle: qui sunt calidi et sicci: et multū opilatiui venarum: epatis et splenis: et generant multas inflationes: et maxime quādo est quātitas in eis maxima mellis: et maxime quādo mel nō est coctum sufficienter: et ventrem laxāt. In colericis igitur non cōpetit talis potus: et similiter si epar et splen fuerint opilata. De pomerio. Sed talis potus cōgruus est habentibus cōplexiones frigidas: maxime si habeāt in intestinis et stomacho multū flegma quia virtute sua incisiua et abstersiua incidit et mundat et ventrē euacuat. Unde in his soluit ventrē. Et hec memini me dixisse cū de melle tractaui. Cerasarinū aūt et pomeriū sunt propiquiora nature vini quam ceruisia. Et puto quod in regimine sanitatis sunt cōgruentiora sicut patet considerantibus colorem odorē et substantiā predictorum potuū: in quibus sunt magis cōgruentes cū vino quam ceruisia. Isti tamē potus sunt minoris caliditatis aromaticitatis: et confortationis membrorum et nutritionis quam vinū: et ideo minus cōgruētes in sanitatis regimine. Unde hos potus et similes si qui sint: ore possumus laudare: sed corde et opere nos et nostros dilectos vino optimo copulare.

Capitulum .xxij. de indumentis



Quia possunt homines vti vestibus et indumentis debito modo et indebito: et talis indumentorum vsus est necessarius in sanitatis regimine determinādum est in isto capitulo de indumētis et vestibus quantum sufficit in proposito. Differētia vestimentorum. Uestes aūt et indumēta vel sunt de lino vel de bombace: vel de serico: vel de lana: vel de pellibus. Prima regula. Regule igitur seruande in vestibus et indumētis sunt hee. Prima regula est quod vestes et indumēta sunt propter mēbra exteriora defendere a nocumēto exteriori: puta calore vel frigiditate plus tamē a frigiditate. Tempore enim calido nudū incedere mēbra denigrat et cutē adurit: et totū corpus plus debito calefacit. Et similiter tempore frigido si quis sine vestibus vel cū paucis incedat multū grauatur corpus sicut cōsiderāti est manifestū. Bene igitur cōsiderādū est quod tempore frigido homo non incedat sine vestibus corpus defendētibus a frigore continētis. Et similiter in estate quod nō incedat cū vestibus corpus plus debito calefacientibus vel sine vestibus totaliter: vel cū ita paucis vestibus vel subtilibus

q corpus a calore cōtinētis possunt minime defensare. Est igitur diligēter notādū q vestes & indumēta defensant corpus a frigiditate cōtinētis tripliciter. Primo quidē quia prohibent applicationē frigiditatis cōtinētis ad corpus: quia frigiditas ɔtinētis nō attingit corpus immediate sed mediantibus indumētis. Secūdo q2 humores & vapores calidos circa superficiem corporis retinēt: & sic ibidem multiplicati calefaciūt corpus exteri9. Tertio calefaciūt corpus nostrum suo calore essentiali & virtuali: qui calor quodāmodo de potētia ad actū reducitur a calore & spiritu corporis nostri sicut piper puluerisatū supra manum: calefacit manum sua essentiali caliditate que reducitur de potentia ad actū a caliditate nostri corporis. Interdū indumenta possunt calefacere sua actuali & formali caliditate: puta quādo vestes calefaciunt ab igne: & sic calidi induuntur. Hec tamen caliditas actualis cito recedit: & remanet virtualis & potētialis caliditas quodāmodo reducta a calore corporis nostri de potentia ad actū. Secunda regula consideranda circa vestes & indumēta: est q quāto tēpus est frigidius & vētosius & aer subtilior: tanto pluribus indigem9 vestibus. Et specialiter quādo corpus est rarum multum & passibile: & cū hoc frigidioris cōplexionis. In hyeme igitur ceteris paribus indumenta plura sunt necessaria: & in nocte q in die: & stante vento q non flante: et in tempore pluuioso q sereno. Nam tempore sereno sol magis potens est calefacere q pluuioso. Amplius homines rare complexionis puta quorum musculi non sunt densi: sed multum porosi: & quorum carnes non sunt dure: sed molles: tales vtiq plus timēt frigus: & plurib9 indigēt vestibus. Similiter etiā ceteris paribus senes & fleumatici & melancolici pluribus vestibus indigent. Nam tales maxime leduntur a similibus sue crasi: et a contrario iuuantur & sic colerici & sanguinei paucioribus indigent vestimētis q fleumatici vel melancolici. Sed tu diceres cōtra: colerici sunt rariores: & per consequens passibiliores: & sic indigent pluribus vestibus q melancolici: quorum compositio est durior. Dicendum ad hoc q non est inconueniens aliquem colericum quo ad membra exteriora esse compositionis durioris: & minus passibilis aliquo melancolico. Unde dato q regulariter compositio sequatur complexionem & eidem proportionetur: interdum tamen contingit contrarium. Sic igitur stat simul q aliquis sit colericus & non rarus melancolicus & non densus. Ceteris igitur paribus ex parte complexionis regula compositionis posita est vera: & maxime esset vera si cum caliditate complexionis esset duricies compositionis: & cum frigiditate complexionis esset raritas compositionis. Potest etiam dici q regula compositionis dicta non simpliciter tenet: nisi supposita eadem complexione: vel q non sit repugnantia ex parte complexionis: sed respectu compositionis simpliciter tenenda est. Plus enim facit caliditas complexionis ad hoc vt aliquis minus indigeat calefacientibus q raritas compositionis ad hoc q ledatur infrigidantibus. Unum enim contingit in ratione actiui resistentis: puta complexionis caliditas: & aliud in ratione passiui puta compositionis raritas aut densitas. Tertia regula est q homines qui plus exercitantur ceteris paribus paucioribus indigent indumentis. Nam per exercitium calefaciūt membra exteriora; & superflue humiditates membrorum consumuntur membra aliqualiter indurātur; & impassibilia efficiūtur. In quiescētibus

Tripliciter defendūt corp9 a frigore.

Exēplū de pipere.

Secunda regula.

In hyeme

Dubiū de colericis.

Ter. re. de exercitio.

autem membra exteriora sopita sunt: calor in eis: et ideo oportet quod per indumenta confortentur: et quodammodo de potentia ad actum reducantur. Quarta regula est quod servientes in stuphis et qui in earum domibus commorantur: quando contingit quod se exponunt continenti aeri frigido: indigent pluribus vestibus: tum quia plus leduntur a frigore: quia consueti sunt in calore. Sicut enim ab assueto non fit passio: sic ab eo quod est contrarium assueto corpora nostra maxime patiuntur: et hoc contingit in proposito: tum quia eorum porositates sunt aperte et rare: et sic frigiditas continentis potest perfectius et citius subintrare et membra ledere. Et propter hanc causam in primis frigidioribus indiget homo plurimis cooperimentis: propter hoc quod subita mutatio ad frigus nocet: et pori inveniuntur aperti. Quinta regula est quod in somno aliquis indiget plurimis cooperimentis quam in vigilia. Nam in somno calor trahitur ad interiora ad loca digestionis: et membra exteriora remanent calore et spiritu denudata respectu vigiliarum: et sic apta nata sunt magis ledi frigiditate continentis. Et membrum maxime frigidum maximo indiget cooperimento: et hoc est cerebrum. Unde caput in somno maxime est cooperiendum: et specialiter quia in somno elevantur vapores ad caput infrigidantes ipsum: qui in cerebro convertuntur in substantiam aqueam. Unde puto quod in somno magis est caput cooperiendum quam alia membra sed in vigilia magis cooperienda sunt alia membra quia in vigilia multus calor et spiritus mittuntur ad cerebrum propter virtutes animales interiores et exteriores quarum operationes vigent in eo et sic in vigilia calidum est sufficienter: sed in somno caliditas non est ita fortis immo est contrarium ut dictum est. Partes autem spirituales scilicet pectorales maxime debent cooperiri non solum in somno sed et in vigilia. Nam partes pectoris difficile est tueri a frigore quia aer frigidus continue inspiratur et expiratur et reuma continue descendit a cerebro ad partes pectoris et pulmonis. Etiam est in illis partibus magna quantitas ossium que frigida sunt: non obstante igitur cordis caliditate propter predictas causas partes pectorales sunt maxime cooperiende. Extrema autem puta manus paucioribus indigent cooperimentis: et specialiter in vigilia quia sunt quasi in motu continuo. Sunt enim organa deputata ad operationes transeuntes: et adhuc manus paucioribus indigent cooperimentis quam pedes ex eo quod sunt in motu magis continuo et eorum opus cooperimentis impeditur et sunt propinquiores fonti caloris scilicet cordi: et prope manus sunt arterie multe in quibus invenitur pulsus fortis in quo significatur calor fortis et magna influentia cordis. Unde quia operationes manuum ad quas sunt deputate a natura que sunt valde multe exercentur multo calore et spiritu: ideo ad easdem manus natura corporis regitiva mittit multum calorem et spiritum et sic non indigent tot cooperimentis sicut alie partes. Pedes etiam sunt in multo motu: et operationes ad quas deputati sunt exerceri non possent cum multis cooperimentis et sic non indigent pluribus cooperimentis sed indigent adhuc plus quam manus et sic a principio communiter assuetum est ex causa finali hoc: et hec consuetudo iam redacta est in naturam. Membra autem faciei nullis cooperimentis indigent vel paucis nisi magna immienente necessitate. Nam ad faciem natura multum mittit calorem propter operationes sensuum que vigent maxime in partibus faciei. Que etiam operationes cooperimentis communiter ex-

Quinta regula.

De somno

De partibus pectoralibus

De manibus

De pedibus

Facies non indiget cooperimento.

exerceri nõ possent. Sexta regula sumitur ex parte habitudinis. Naʒ habẽtes mẽbra exteriora carnosa paucioribus indigent coopertimẽtis habẽtibus ea denudata a carne: minus em̃ oĩs tales leduntur a frigore q̃ denudati a carne ceteris parib⁹. Septima regula sumit ex pte indumẽtoruʒ ꝛ vestium in quib⁹ plurima diuersitas inuenit. Quedã em̃ indumenta sunt magis calida quedã minus alia vero mediocriter. Indumẽta em̃ de pellibus cõiter ꝛ vt in plurimũ sunt aliis magis calefacientia ꝛ inde indumẽta ex pannis laneis subtilibus ꝛ mollibus densis sufficiẽter grossis: deinde indumẽta de bõbace: ꝛ deinde de serico ꝛ vltimo indumẽta linea. Omnibus em̃ indumẽtis sunt minus calida: ꝛ de bõbacinis ꝛ sericis que min⁹ lixata est ꝛ magis pilosa est magis calida. Uestis em̃ serica lixata multuʒ est frigida ꝛ similiter bõbacina ꝛ similiter de vestib⁹ laneis que magis est subtilis ꝛ rara ꝛ lixata ꝛ nõ lenis sed aliquãtulũ aspera est min⁹ calida: ꝛ que minus subtilis ꝛ satis densa ꝛ lenis nullomodo lixata est talis vtiqꝫ lanea vestis calidior est inter oĩs. Et de vestibus lineis similiter dicẽdũ q̃ q̃to subtilior rarior asperior min⁹ pilosa tanto min⁹ calida: ꝛ ꝑ oppositum q̃to grossior densior lenior magis pilosa: tãto calidior. Et de pellibus silr q̃ q̃to pellis habʒ pilũ dẽsiorẽ maiorẽ leniorẽ: tãto est calidior. Et est notandũ q̃ pelles diuersificãtur scd̃m diuersitatẽ aĩaliuʒ a quibus sumũtur. Sciendum igit q̃ ꝯsideratis ꝯditionibus supradictis ꝛ aĩalium naturis pellis caprina est minoris caliditatis ꝛ deinde pelles de griffo. Pelles aũt vulpine sunt multũ calide ꝛ sicce ꝛ sic multũ ꝯfortant neruos: vñ multum cõpetunt palyticis ꝛ artheticis ꝛ vniuersaliter oĩbus passionib⁹ neruorum ꝛ cõpetunt etiã his qui sunt valde pingues ꝛ volũt eoꝝ corpa macrefacere ꝛ desiccare. Pelles aũt cuniculoꝝ ꝛ lepoꝝ sunt his ꝓportionales nisi q̃ nõ tantũ desiccãt. Uñ puto q̃ in regimĩe sanitatis sunt magis congruentes pelles de biuria ꝯsideratis ꝯditiõibus prius enumeratis: satis est calida: nam pellis est satis grossa ꝛ habet pilos multos ꝛ densos et lenes sufficienter magnos ꝛ cũ hoc est nitida valde ꝛ pediculoꝝ minime generatiua ꝛ habet pilos fortissime adhesionis: vñ tales pelles satis apud me cõmendãde sunt. Pelles aũt ouine sunt calide ꝛ humide cõsequentes complexionẽ aĩalis cuius sunt. Unde multuʒ ꝯfortant corpus ꝛ calorem naturalẽ ꝛ corpus impinguãt: vnde melãcolicis ꝛ siccis ꝛ macillẽtis multum cõpetunt sed est pellis inter oĩs nitida minime ꝛ multoꝝ pediculorum generatiua. Ut igitur sit ad vnum dicere pellis ouis sequit complexionem aĩalis cuius est que cum sit cutis dense ꝛ spisse pilositatis: fortis adhesionis ꝛ multe pilositatis plus calefacit: ꝛ ꝑ oppositũ si sit rare cutis ꝛ rare pilositatis ꝛ min⁹ calefacit ꝛ si habʒ pilos aspersos ꝛ duros desiccat: ꝛ si humiles ꝛ lenes impinguat ꝛ humectat ꝛ hoc est vniuersaliter verum in omibus indumentis. Ex dictis igitur satis concludi potest q̃ homines calide complexionis iuuenes tempore calido regione calida sufficienter pingues ꝛ carnosi indigent indumẽtis subtilioribus raris pauce pilositatis ꝛ rare: ꝛ per oppositũ frigide complexionis senes ꝛ tempore et regione frigidis macillenti ꝛ rari indigent indumẽtis grossioribus multe pilositatis ꝛ dense. Amplius si queramus corporis desiccationem et macillentiam vel superfluitatum in mẽbris consumptioneʒ bonuʒ est q̃ indumenta sint dura aspera ꝛ nõ multum rara ꝛ specialiter indumẽta que prope cutem ponũtur. Unde volentes se macrefacere ꝛ mẽbroꝝ suo-

Sexta regula.
De diuersitate vestium.
Uestis serica
De pellib⁹
Pellis vulpina
Pellis cuniculoꝝ.
Pelles ouine.
Regimen scd̃ꝫ diuersitateʒ corporum.

rum superfluitates desiccare vti debent indumētis lineis asperiorib⁹ du
rioribus et grossioribus ⁊ talia indumēta sepius mutare. Et per oppositū
quorum mēbra sunt macillenta ⁊ paucarum supfluitatum volentes im-
pinguari debent vti indumētis lineis mollibus sufficienter densis. Ex
dictis autem elici potest ꝙ quāto indumenta sunt leniora ⁊ minus pilo-
sa ⁊ magis lixata tanto induātur immediacius carni: ⁊ quāto asperiora ⁊
duriora ⁊ minus frangibilia tanto induantur longius a carne: vnde ve-
stes linee ⁊ similes induūtur magis prope carnem ⁊ vestes lanee induun
tur longius: sic eñ minus leditur corpus ⁊ vestes melius conseruantur.

Capitulum. xxiij.

De volentibus continere.



Quoniaʒ quidem sunt venerabiles viri qui
Regimen continentium — viuere volunt continēter ⁊ tamen volunt viuere sa-
ni. Ideo de meliori eorum regimīe intendo vnū ca-
pitulum breue imponere. Scimus eñ ꝙ ⁊ si act⁹ ve-
nereus seu coitus sit vtilis in sanitatis regimīe non
tamen necessarius. Unde aliqui sapientum qui fue-
runt locuti de sanitatis regimīe de coitu nullā peni-
tus fecerunt mētionem. Multi eñ sunt qui viuūt sa
De coitu. — ni sine coitu sicut alij cū coitu. Non est igitur coitus necessarius ad neces-
sitatis ꝯseruationē indiuidui: licet ad cōseruationē speciei necessarius sit
Possibile igitur est hoīem viuere sanum sine coitu: sicut patet in multis
nō — virginib⁹ preteritis ⁊ presentib⁹. Igitur ponēde sunt he regule quibus ho
Prima regula — mo pōt se a coitu preseruare ⁊ ꝯtinenter viuere. Prima regula sumitur ex
parte consuetudinis. Sciendū igitur ꝙ deassuescere actū est de his q̄ ma-
xime reddunt hoīem continentē. Sicut eñ mulieres nutrices cū deassue
scunt lactare nō generatur lac in eaꝝ māmillis et sic pueros nutrire non
possunt: si etiam mēbra generationis cū deassuescūt coitū ⁊ spmatis emis
sionem spma in eis nō multiplicaẜ nec fermētatur ⁊ per ꝯsequēs ad coitū
minime stimulātur: ⁊ sic continētes de leui efficiuntur. Est diligenter no
tandum ꝙ si quis fuerit ꝯsuetus ad actū coeūdi longo tpe nō est securum
hanc consuetudinē subito relinquere sed paulatim. nam subito permuta
re ꝯsuetudinem est res periculosa in sanitatis regimīe. Consuetudo igiẜ
Consuetudo est altera natura. Mod⁹ euitādi coitū — paulatim est mutanda ⁊ hoc fieri pōt si quis volens mutare cōsuetudinē
coeat tardius q̄ꝫ consueuit ⁊ cū turpioribus mulieribus ⁊ cū vetulis ⁊ cū
meretricibus ⁊ vniuersaliter cū mulieribus quaꝝ actus et aspectus sunt
horribiles ⁊ specialiter in actu coeūdi imaginari debet actus turpitudis
et ꝙ eodem actu ratio absorbeẜ ⁊ succūbit ⁊ homo brutis adequatur: ⁊ ꝙ
ex hoc actu nullus actus virtutis nec bon⁹ habitus in nobis augmētaẜ
quoniam in hoc actu ratio nihil indicat: nec de bono: nec de malo: immo
eius iudicium totaliter annullaẜ ⁊ specialiter ꝙ ex hoc actu homo distra
hitur a multis operibus virtuosis: q꞉ mulier furatur cor ipsius sapientis
Omibus his itaqꝫ cōsideratis ⁊ sepe homo leui⁹ ⁊ facilius continebit.
Amplius scias ꝙ venationes ⁊ ludoꝝ species ⁊ tristicie ꝓuocationes ⁊ di
gnitates assumpte sunt ex his que iuuant hoīem continere ⁊ sup oīa ser-
uire philosophie ⁊ studijs litteraꝝ ⁊ specialiter moralibus insudare ⁊ bel
lorum actibus insistere hec omia iuuant q̄ꝫ plurimū continere. Amplius

Leert hier sonderlinghe regulen

fleubothomia ꝛ stupha sicca exercitiū forte ꝛ balneum multum iuuat ad continendum hoies. Oms em̄ qui coitu nō vtuntur plus alijs vtentibus debent fleubothomari ꝛ sepius stuphari stupha sicca ꝛ sepius balneari ꝛ plus exercitari. Ex his em̄ oibus materia spermatica cōsumitur ꝛ desiccatur ꝛ minus in corpore multiplicatur. Amplius volētes cōtinere debēt vitare cibaria hoīem ad coitum incitantia vel sperma multiplicādo vel calorem incitādo vel spiritū vētosum in mēbris generatiuis congregando. Que aūt sint ista cibaria scriptū est in scđa parte huius operis capitulo de regimine sanitatis sumpto a diuersitate mēbrorum. Ibidem em̄ queritur q̄ ꝛ qualia cibaria sūt ꝛ volentib⁹ ꝯtinere totaliter euitētur ꝛ vtātur desiccātibus materiā spermaticā: bonum est ꝙ vtāť infrigidātib⁹ mēbra generationis ꝛ cū ventositas sit forsan de incitantib⁹ ad coitū ꝑpter erectionem bonū est ꝙ euitent vētosa ꝛ ꝙ vtātur consumētib⁹ ventositatē et sperma desiccātibus. Desiccātia sperma quedā sunt frigida quedā calida. Frigida sunt vt lentes ꝛ aqua lentiū decoctarum cum semine caulis et nenufaris ꝛ coriādri ꝛ semine lactuce ꝛ aqua lactis sine butyro vehementis acetositatis ꝛ acetum etiā semen portulace. Hec igitur cōmesta seu bibita sperma desiccāt ꝛ caliditatē ad coitū incitantem alterant. Fiant igiť ex eis pulueres ꝛ electuaria vel potiones quib⁹ hoīes volentes cōtinere possent vti. Amplius scias ꝙ inungere mēbra generationis ꝛ renes cum oleis frigidis ꝛ siccis ꝛ cū oleo iusquiami vel papaueris ē ex his que sperma desiccant: etiā incedere nudis pedibus deijcit desideriū coitus. Sunt etiā multa calida que sperma desiccāt puta liliū semen rute ꝛ herba ꝛ semen agnicasti: calamentū: euforbiū: myrrha: ꝛ ciminū: vnde dyaciminum est desiccatiuum materie spermatice valde ꝛ si quis sit calide cōplexionis et in tpe calido vtatur aceto. Amplius scias ꝙ iterdū submergere mēbra generationis in aqua frigidissima: est de his que auferūt desideriū coitus et specialiter hoc fiat tpe illo quo homo ad coitū stimulatur vel ex natura vel ex inordinatione appetitus. Amplius in habētibus renes calidos valde ꝛ genitalia: lamina plūbea minutissime perforata ꝛ subtilis valde aliquo oleo frigido ꝛ sicco inuncta multū deicit coitum si portetur ligata ad renes. Amplius cibaria eorum nō debent esse multi nutrimēti nec calidi et humidi: sed nutrimenti pauci declinātis ad siccum ꝛ frigidum. Nec dn̄t esse cibaria ventosa: nā ventositas incitat ad coitū ꝛ specialiter cū caliditate ꝛ humiditate sicut patet in cicere in quo est caliditas ꝛ humiditas ꝛ ventositas: ꝛ similiter in naponibus ꝛ pastinacis et similiter in fabis et pineis excorticatis ꝛ similibus. Amplius volēs continere insistant vigilijs ꝛ minus solito comedāt ꝛ nūꝗ̄ sint ociosi: vnde circa aliqua sollicitari siue agibilia siue speculabilia multum detrahit hominem a desiderio coitus. Ocium enim alimenta ministrat non solum huic vicio sed multis alijs. Volens igitur de leui viuere caste sic suum ordinet viuendi modum: quia preter horam somni nulla per ocium transeat: ꝛ laudo ꝙ continere volentes vtantur agnocasto in balneis in suffumigationibus: et eorum camere ꝛ lectus sternantur agnocasto. Habet enim mirabilem proprietatem in isto sicut diu testificati sunt multi sapientes. Multi enim sunt quorum ex dimissione coitus stomachus et cor debilitatur. Bonum est igitur intendere ad ipsorum stomachū confortandū cū medicinis bibitis et comestis seu emplastris stomachū ꝯfortātibus calidis seu frigidis seu tē

De fleubothomia

Cibaria spermatis desiccatia.

Vnguētū.

Submersio i aqua gelida.

De cibarijs ventosis.

De agno casto

Confortatio stomachi et cordis

peratis sicut melius videbitur expedire scdm diuersitatē ↄplexionis corporis ꝛ etatis ꝛ similia: ꝛ que sunt illa satis dictum est in prima parte huius operis in capitulo de mēbrorum conseruatione vbi tractatur specialiter de stomachi ↄfortatione ꝛ ꝓportionabiliter intelligatur de corde hoc enī mēbrum debilitari cōsueuit ex dimissione coitus et que sint cordiales virtutes ꝛ medicine simplices ꝛ cōposite in preallegato capitulo sufficiēter dictum est.

De exercitio.

Amplius dico ꝙ tales maxime assiduent exercitiū partiū superiorum sicut est lapidis eleuatio ꝛ vniuersaliter omne exercitium in quo pectoralia ꝛ brachia exercitētur plus ꝙ̄ inferiores partes. Nā p tale exercitium supfluitas in mēbris superioribus consumet ꝛ in eis nō multiplicatur ex dimissione coitus.

De vnguētis.

Membris aūt inferioribus administrari debent vnguēta ꝛ emplastra frigida ꝛ sicca vel calida ꝛ sicca sperma exiccantia quod hoꝝ magis videbitur expedire: sed regulariter melius est ꝙ talia emplastra vel vnguēta declinent ad frigiditatē semp ꝙ̄ declinēt ad caliditatem vel nimiam siccitatem: ꝛ quādo ex administratione taliū emplastrorum videbimus ꝙ materia ventositatis erit ↄsumpta: tunc poterunt administrari embroce declinātes ad aliqualem caliditatē ꝛ subtilitatem: puta de camomilla agnocasto ꝛ semine canabis.

De vomitu.

Amplius scias ꝙ in volētibus continere vomitus est cōgruentior ꝙ̄ farmacia. Timet enī ꝙ farmacia nō faciat descēdere materias. Amplius fleubothomia de saphenis interioribus cauillariū pedū maxime competit his qui ex coitus dimissione incurrūt cordis debilitatē ꝛ stomachi.

Margarite castitatis.

Amplius scias ꝙ saphirus ꝛ smaragdus ꝛ topasius reddunt hoīem castum ꝛ continentem.

Capitulum vigesimūquartum
De iter agentibus.



Onsequenter dicendū est de regimīe iter agentium. Circa quod regimen dande sunt regule.

Prima regula.

Quarū Prima est. Qđ intendens iter agere ex necessitate debet in modo viuēdi consuetudinem mutare. Alius enī debet esse modus viuendi itinerantiū ꝛ nō itinerantium: nam ꝓpter laborē qui in eis contingit est dubitandū ne in malas cadāt egritudies nisi suū regimen ꝑmutent ab eo qđ consuetum est.

Mutatio regiminis

Hec tamē consuetudinis permutatio nō est fienda subito: sed paulatim ꝛ ordinate Oportet igitur qui iter agreditur vt vtatur ordine ꝛ in principio sui itineris paruꝫ plus solito exercitetur ꝛ sic paulatim ad exercitium itineris assuescat: et si in suo itinere necessarium fuerit vigilare paulatim assuescat et anteꝙ̄ iter arripiat: ꝛ similiter intelligitur de fame ꝛ siti. Vñ in hoc casu summe oportet ad nō cōsueta trāsmutare: debet etiam assuescere ad cibum quo in itinere ꝓponit vti. Maius enī periculū est iter arripere his qui nō ↄsueuerūt ꝛ in debilibus ꝛ senib⁹ ꝙ̄ in cōsuetis fortibus ꝛ iuuenibus. Et circa illos in q̄bus mai⁹ periculū īminet maius studiū est impēdendum in mutatione ↄsuetudinis ad ea q̄ itinerātibus sunt necessaria.

Scđa regula

Scđa regula est ex parte cibi ꝛ potus nā cibi itinerātiū debēt esse facilioris digestionis ꝛ melioris substātie ꝛ ꝓpinque mensure ꝛ nō multi. Et vt sit ad vnū dicere suū nutriēs debꝫ meliorari vt bñ digerat ꝛ supfluitates in venis nō ↄgregent. Et q̄ sunt hmōi cibaria dictū est in capitulo de ci-

bis ꝛ potibus in speciali. Amplius non debet equitare stomacho pleno cibo ne eius cibus in stomacho corrumpatur. Et si necessitatem habet bibendi bibat aquam ne per eam augeatur sonitus ꝛ ventositas ꝛ dilatio sui in ventre. Expectetur igitur cibus vsqꝫ ad horam hospitandi: ꝙ si forsan comedere omnino sit necessarium parum comedatur ne necessitas bibendi imineat. Unde itinerātes summe euitare debent olera ꝛ fructus ꝛ q̄cq̄d generat humorem crudū nisi interdum gratia medicaminis. Amplius nō debet fastiditus cibo iter arripere. Dormiat igitur primo vt fastidiū resoluatur: nec etiam valde famelicus vbi enim est indigentia ꝛ fames magna non oportet laborare vel itinerare: prius enim confortanda est virtus: sed quia itineranti potest necessitas imminere tolerandi famem tandiu ꝙ desiderium destruatur totaliter comedendi vel multum minuatur: bonum est scire cibos cum quibus homo diutius potest sine cibo permanere. Sciendum igitur ꝙ cibi facti ex epatibus assatis ꝛ pile facte ex amigdalis ꝛ oleo amygdalino ꝛ anetino ꝛ adipe vaccino conueniunt: si enim vna ex eis comedatur fames longiori tempore tolerabitur. Amplius sumere oleum violatum bullitum in quo sit dissolutus adeps vaccinus facit diu tolerare famem intantum ꝙ si quis sumeret vnam libram talis conditi sine desiderio notabili quasi per decem dies permanere valeret ꝛ sicut dictū est de fame ita intelligatur de siti. Quia enim sitim interdum tolerare oportet determinandum est de medicinis sitim extinguentibus quarum vna est lens ꝛ semen portulace pistatum cū aceto ꝛ sint seminis portulace: drag. iij. ꝛ distemperentur cum aceto ꝛ aqua sufficientibꝰ ꝛ euitentur q̄ sitim faciūt quoꝝ vnum est pisces ꝛ omnia salsa ꝛ dulcia ꝛ locutio multa ꝛ fortis deambulatio. Hec igitur sunt euitanda. Et si quis multū sitiat bibat aquam cū aceto quia est ex his que sitim extinguūt sicut prius dixi. Tertia regula sumitur ex parte fleubothomie ꝛ farmacie: nam si aliquis propter plenitudinem indigeat aliquo istorū fienda sunt anteq̄ incipiatur iter q̄ si non fiant est dubitandū de febribus ꝛ apostematibus e membrorū exteriorum infectionibus: et si tempus sit frigidū ꝛ humores sint corrupti non multū calidi ꝛ membra interiora fortia ꝛ sint humores aliqualiter grossi ꝛ adusti multū est dubitandum de lepra. Bonum est igitur ante principium itineris fleubothomare vel farmacare secūdū ꝙ medico melius videbitur expedire: ex hoc enim redditur corpus agilius ꝛ ab egritudinibus securius: nullo igitur modo volens iter arripere hoc faciat sine consilio boni medici. Quarta regula sumitur ex parte caliditatis cōtinentis. Sunt enim multi qui itinerare proponūt ꝛ coacti sunt in tempore calido qui multū studere debent ne eoꝝ membra maxime cerebra a calore continentis ledantur. Sepe enim ex hoc homines incurrūt capitis dolorem fortem ꝛ febrem effimeram vel putridam ꝛ alias egritudines quas non est necessarinm hic enarrare. Cooperiantur igitur capita eorum vt defendantur a sole q̄tū possibile est. Amplius itinerantes hoc tempore sollicitare debent de eorum pectoribus vt scilicet non desiccentur ne super calefiant propter exercitiū ꝛ aerem attractū qui est valde acutus ꝛ calidus. Debent igitur epithimare ꝛ inungere eoꝝ pectora ꝛ specialiter cordis regionem que est sub mammilla sinistra epithimatibus frigidis ꝛ humidis et vnguentis frigidis ꝛ humidis puta cū muscillagine psilij ꝛ succo portulace ꝛ similibus. Amplius tempore calido anteq̄ dieta incipiatur ꝛ dato

Ad tolerā dūꝫ fa.

Ad tolerā dū sitim.

Tertia regula.

Quarta regula.

Modꝰ cōseruandi.

dato q aliquis non fuerit famelicus bonum est omnino aliquid comede-
re conueniens ad resistendum tempori puta ius hordei et syrupum de fru-
ctibus et similia. Cum enim equitant et in eorum interioribus nihil existit
multum debilitantur ex resolutione et non erit quod restauret. Sumatur igi-
Unguenta. tur aliquid ex predictis vel similibus et non incipiant dietam antequam de-
scendat ab orificio stomachi. Amplius bonum est q secum deferant vn-
guenta frigida et humida nota puta oleum violarum et rosatum nenufa-
ris et vnguentum populeon ex quibus inungatur eorum spina et pectus
hora post horam et multi sunt qui iuuantur ex balneo in aqua frigida cum
incurrunt aliquam lesionem ex caliditate continentis: melius est tamen
ne hoc subito fiat sed parum expectent et deinde ordinate ad ipsum proce-
Cōtra malos odores dant. Amplius si quis timeat malos odores ex aere et venenosos: nares
simul et os ligare debet et obturare et in hoc tolerare dolorem et antequam inci-
piat dietam debet sorbere lac sine butyro in quo fuerit infusum cepe mi-
nutum fortis incisionis et sepe comedere et sic non nocebunt sibi odores.
Bonum etiam est odorare oleum rosarum et sorbere et bibere oleum de cu-
curbitis. Ex hoc enim remouetur venenosorum malicia et si quis iam ex ta-
libus odoribus nocumentum incurrerit proijciatur super eius extremita-
tes aqua frigida et facies ex ea lauetur et comedat olera frigida et super ca-
put eius fundatur ex oleis frigidis et siccis notis et omnino a coitu caue-
at et si coierit confert ei vinum temperatum et pisces saliti ad appetitus
stomachi renocationem et confortationem: vinum quidem temperatum
De febrite ad virtutis confortationem et sitis sedationem. Et si febre caruerit lac
ei competit nisi capitis dolorem patiatur: quia nutrit humectat alterat
et facile digeritur: et si febrem patiatur et non putridam sed effimeram com-
petit lac acetosum et si sitim patiatur imensam post illos aeris odores ve-
nenosos se curet os lauando et gargarisando et hora post horam parum trans-
gluttiendo et postquam sitis mitigata fuerit bibat et antequam bibere incipiat bi-
bat parum olei rosati mixti cum aqua et post aquam bibat. Amplius bo-
num est q tales qui calore continentis lesi sunt maneant in loco frigido
Quinta regula et pedes abluant aqua frigida et si fuerit sitiens aquam frigidam bibat et nu-
triatur ex cibo qui cito digeritur. Quinta regula sumitur ex parte frigi-
De frigiditate ditatis continentis nam in tempore frigido itinerare magnus est timor: li-
cet homo multum se custodiat. Nam ex frigore continentis interdum to-
tum corpus stupefit spasmatur et mortificatur et appopletici moriuntur
et interdum membra exteriora: puta pedes manus et oculi ex tali frigore
quamplurimum patiuntur intantum q interdum putrefiunt et cadunt et con-
sequenter sequitur mors. Multi etiam ex frigore continentis cadunt in
appetitum caninum. Bonum est igitur q in tempore frigido volentes su-
iter arripere procurent vestes ceteris calidiores et que sunt iste vestes su-
perius dictum est capitulo de indumentis et quia frigus subintrare con-
sueuit per nares aures et os et ceteras corporis porositates: bonum est q
meliori modo quo possibile est obstruantur ne frigus subingrediatur: et
quia in capite et facie sunt multe vie per quas frigus potest subintrare.
Debet medicus sollicitari circa cooperimenta capitis et faciei. Et quia
De cooperimentis. interdum membra faciei vt oculi sunt nobiles et necessarij et ex frigore con-
sueuerunt incurrere lesionem: puta ruborem et interdum apostema et mag-
num dolorem sollicitandum est in eorum custodia; cooperiantur igitur

oculi ꝛ inuoluantur panno subtili sic ꝙ ex eis nihil sit discoopertum nisi quod est necessarium: faciem etiam a venti oppositione quanto plus poterit remoueat. Bonum est etiam ꝙ talis coopertura sit super totam faciem ꝛ non solum super oculos: ꝛ pannus quo oculi teguntur non debet esse calidus. Si enim oculus ex tali ligatura fuerit calefactus plus leditur a frigore: nam aqua calida citius congelatur. Unde debentes itinerare nõ debent se opponere caliditati ignis aliquo modo: ꝛ si predicta nocumenta acciderent oculis vaporem cum aqua decoctionis camomille vel sticados vel aneti ꝛ similium. Et si videamus necessitatem fiat fleubothomia ꝛ farmacia: ꝛ quia istud pertinet ad regimen curatiuum non scribo plus de ista materia. Amplius medicus multum sollicitari debet de coopertura extremorum ꝛ specialiter pedum: cooperiantur igitur calidis cooperimentis sicut de toto corpore dictum est. Et anteꝙ homo se exponat itineri pedes specialiter sunt multum fricandi ꝛ deinde ex oleo oliuarum veteri fricando sunt inungendi vt caliditas de potentia ad actum deducta per fricationem melius conseruetur: ꝛ si sit oleum de sticados vel camomillinũ vel anetinum vel ab arbore cedri melius extremitates a frigore defendentur. Fiat igitur hec fricatio ꝛ inunctio hora post horam secundum ꝙ necessitatem videbimus magis imminere ꝛ facta fricatione ꝛ inunctione cooperiantur ꝛ inuoluant pannis lineis mollibus immediate ꝛ deinde supponatur lana succida et supponetur plantis pedum et deinde calcietur calceis seu caligis calidis ꝛ deinde calcietur sotularibus vel ocreis largis in quibus pes ꝛ pedum digiti moueri possint: talis enim motus est de his que maxime defendunt pedes a frigore: ꝛ quando pedes ꝛ digiti pedum infrigidantur ꝛ perfecte moueri non possunt: sine mora redeundum est ad fricationem ꝛ inunctionem vt predictum est: ꝛ ꝙ multũ laboret in eorum motu. Et dicunt aliqui ꝙ submersio extremitatũ in aqua frigida cõfert in tali membrorũ stupefactione sicut videmus in pomis congelatis. Si enim ponantur in aqua frigida redeũt ad naturam suã: ꝛ si ponantur prope ignem minime: sic etiam ymaginantur de extremitatibus multũ infrigidatis ꝙ meli⁹ ẽ ꝙ submergãtur in aqua frigida ꝙ̃ igni apponant de ꝓpinquo. Forte enĩ ꝑ antiparistasim membrũ infrigidatum in aquam frigidam positũ calefit. Nam frigiditas aque circũstãs ꝛ quodãmõ ratione humiditatis mẽbrũ arefactũ ꝛ quasi a frigore cõgelatũ remolliet sicut videm⁹ glaciẽ in aqua remolliri caliditatem mẽbroꝝ confortat ꝛ fortificat: quia vnum quodqꝫ contrarium ad presentiã sui contrarij fortificatur: caliditate igitur in membro fortificata membrum totum in sui circunferentia plus calefit ꝙ̃ ante: ꝛ specialiter quia membrum est magis aptũ suscipere caliditatẽ: quia remollitum: sed si membra exteriora propter frigus inflentur ꝛ non deuenerunt ad viriditatem vel nigredinem mansiuã cum aliquali priuatione sensus signum est ꝙ caro circunferentialis totaliter non est corrupta ꝛ mortificata ꝛ ꝙ cura cadit absqꝫ hoc ꝙ remoueatur caro a membro. Bonũ est igitur ꝙ membrũ ponatur in aqua calida decoctionis aneti vel camomille vel sticados vel cauliũ vel naponũ ꝛ emplastretur mẽbrum cum bolo ꝛ si iungatur membrum aliquo oleoꝝ supradictoꝝ aliquantulũ prope ignem ꝛ post fricationẽ non erit malũ. Si autẽ viride vel nigrũ effectũ est membrum mansiue cum sensus ꝛ mot⁹ priuatione fienda est scarpellatio sic ꝙ sanguis exeat a carne sua ꝛ ponendum est mem

Aqua calida citi⁹ cõgelatur

De ptib⁹ extremis.

Bonũ experimẽtũ de pomis cõgelatis.

brū in aqua calida ne sanguis congeletur in eodem ⁊ deinde epithymandum est membrum cum bolo armenico dissoluto cum vino vel aceto: et deinde lauandū est membrum cum vino calido: ⁊ deinde epithymandum quousq̧ membrū redeat ad suā naturalem dispositionem. Et si forte caro sit omnino mortificata ⁊ remollita putrefacta malū odorem reddens scarpellatio nihil proficit: sed procurandū erit ꝙ caro putrida totaliter remoueatur quod quomodo fieri debet exit limites regiminis sanitatis. Amplius scias ꝙ itinerantis tempore niuis ⁊ ex albedine niuis immoderata et ex frigiditate continentes consueuerūt oculoꝝ incurrere imobilitatem ⁊ visus destructionem propter nimiam disgregationem factam ab albedine niuis. Bonum est igitur ꝙ qui hoc tempore itinerare proponit induatur vestimentis nigris ⁊ corpus aut caput ⁊ oculos cooperimento nigro cooperiat: aut in manu teneat pannū nigrū quem aspiciat. Item talis itineraturus tempore frigido non se exponat diete anteꝙ comedat ⁊ bibat bonū vinū ⁊ subtile ⁊ odoriferū: nec statim post cibi repletionem inchoanda est dieta: sed postꝙ natura egit in cibum ⁊ inde corpus totū calefactum est: ⁊ si omnino sit necessarium ambulare post comestionem: minus est comedendū ⁊ vinum permixtū cū aliquantulo aque bene calefactū igni est bibendum ⁊ in principio itineris non est mouendum nec ambulandum ambulatione forti ne digestio corrūpatur: sed ambulatione leni quousq̧ cibus in stomacho quodammodo sit digestus. Si enim ambuletur ambulatione forti cibus descendit de stomacho ante digestionem perfectam et corrumpetur digestio: et cum aliquis itinerans impleuit suam dietam ⁊ est in hospicio non statim appropinquandum est igni: sed in loco calido longe ab igne stare debet ⁊ ignem circuire ⁊ sic paulatim appropinquare ad ignem: parum enim morandum est prope ignem. Et si corpus hominis itinerantis esset stupidum ⁊ congelatum fricandum est totum corpus in loco calido ⁊ deinde inungendum cum oleis calidis aromaticis: cuiusmodi est oleū liliaticum ⁊ anetinum ⁊ camomillinum ⁊ de cinamomo vel de sticados ⁊ deinde ponendus est in loco molli ⁊ cooperiendus cooperimentis mollibus calidis ⁊ actualiter ⁊ virtualiter ⁊ permittendus est dormire ⁊ quiescere ⁊ si videamus magnam imminere necessitatem: homines habentes corpora calida ⁊ lenia debent esse nudi cum eo in lecto ante ⁊ retro ⁊ ipsum calefacere ⁊ fricare eius ventrem ⁊ costas ⁊ pectus: et deinde bonum est ꝙ eidem exhibeatur parum de assa fetida ⁊ mirrha ⁊ pipee ⁊ vino forti. Amplius aqua carnis est ei conueniens deinde potest cibari cum micis panis infusis in brodio carnium laudabilium et in maxima quātitate bibat de optimo vino: ⁊ eidē lectus mollis preparetur in quo multis cooperiatur pannis et precipiatur eidem vt dormiat diu et postꝙ expergefactus fuerit et conualescere inceperit ingrediatur balneuꝫ in quo longam faciens moram diu fricetur. Et ex aliquo oleorum supradictorum inungatur ⁊ admisceatur predictis oleis castoriūm: costus mustus: ⁊ euforbium. Si autem itinerans non sit congelatus ⁊ stupidus sed ipsius manum contigerit frigus sufficit fricatio ⁊ balneū: ⁊ si minus frigus adhuc eum tetigerit sufficit mora in loco calido per vnam horaꝫ: et ad ignem appropinquare paulatim ⁊ secundum ordinem. Cibaria antem que quis comedere debet itinerans tempore frigido: sint calida actualiter et virtualiter ⁊ in ei⁹ cibis vtatꝰ nucib⁹ alleis cepis porris ⁊ butyro. Et ni

[Margin notes: De itinerātib⁹ cōtra visionē niuium — De ābulatiōe forti. — Regimen. — De cibis calidis.]

es habent in hoc mirabilē proprietatē. Unde itinerātes tempore frigido secū deportent de nucibus munitionē. Unde si nuces et allea simul pistentur et cum aqua carnium laudabiliū distemperentur multum corpus calefacient et a frigore tuentur si in potu vel cibo sumantur: et ad idem valent calide confectiones quibus itinerantes tempore frigido non debent carere. Amplius bibere vinum bene forte et in copia et parz comedere de aliquibus cibarijs vnctuosis multum confert ad propositum. Amplius tota nucha et specialiter principium: scilicet posterius colli inungatur hora post horam vnguentis calidis superius nominatis quibus itinerantes tempore frigido nullo modo carere debent. Amplius magna cautela est exhibenda in custodia colli et specialiter posterioris partis vbi est principium nuche totum igitur collum et specialiter pars illa inuoluatur in volutionib⁹ calidis actualiter et virtualiter et similiter intelligatur de posteriori parte cerebri. Amplius scias ꝙ itinerantes tempore frigido debent secum ferre odoramenta calida ad calefactionem et confortationem cerebri cuiusmodi sunt odoramenta calida ex musto et ambra et ligno aloes et similibus. Amplius scias ꝙ lotio extremitatū in aqua calida salsa quotidie mane et sero est de prohibentibus extremitates ledi a frigore. Naz ex hoc extremitates calefiunt et indurantur et superfluitates in eis consumuntur et sic impassibiliores efficiuntur. Sexta regula regimis itinerantiū sumitur ex debilitate et labore que itineranti contingere consueuerunt. Cum igitur fortis labor et fatigatio itineranti contingit cū ad ocium peruenerit ad vnam horam quiescat: deinde balneum intret et in eo permaneat donec caro lenis fiat et rubea: et deinde totum corpus fricetur leniter et minime cum pollice quasi comprimendo tangatur seu palpetur et deinde inungatur totuz corpus et specialiter iuncture. In hyeme quidem oleo calido anetino vel camomillino vel sticados: et in estate cū oleo rosato et camomillino: deinde quiescat et dormiat et lecti molliciem augmentet et plura super se ponat coopertimenta: deinde cum excitatus fuerit a somno ad fricationem iterum redeat ad balneum et fricationē et inunctionē et sic ad suam reuertatur consuetudinem. Septima regula sumitur ex parte aquarum quibus itinerantes necessarium est vti. Que autem sunt meliores aque et quomodo dinoscuntur superius dictum est: et quia itinerantes non possunt semper inuenire aquā bonā bonū est ꝙ secū deportent de luto proprie terre de luto quidem libero nō fetido ex quo cum peruenerint ad locū quietis et forte aquā non inuenerint laudabilem ponatur in aqua et fortiter permisceatur cuz eadem et duabus bullitionibus bulliat in eadem et tunc dimittatur quiescere donec aqua fuerit clarificata: et si videamus aquas grossas vel turbulentas bulliende sunt vel de vasę in vas ponende vel distillande per alēbicum vel cum filtro cuius extremitas vna ponatur in vase pleno aque et alia in vase vacuo et sic tota aqua existens in vase pleno ad vas vacuum distillando mouebitur et sic aqua efficitur pura et subtilis: vel per colationem et ex farina tortellorum madefacta sic cooperte coletur. Amplius aluminis iameni in aquā positio ipsam clarificat. Amplius scias ꝙ comedere cepas et allia et lactucas cum aceto reddit hominem securum a malicia aquarum et similiter permiscere aquam aceto et diuersas aquas sibijnuicem permiscere: et si aqua fuerit salsa quam bibere oportet ponēde sunt in ea sorbe: mel vel fructus mirti vel citonia et bibenda est cum aceto. Si

Nuces et allea habēt pprietatē mirabilez

Unctio nuche.

Odorifera cōpetunt.

Lotio extremitatū

Sex. re. de fatigatione:

Sep. re.

autem aqua fuerit stans ⁊ habens in se putrefactionem permisceatur cū succo granatorum vel citoniorum vel pomorum acetosorum ⁊ bibens talem aquam debet euitare cibos calidos ⁊ nullo modo vinum bibat nisi fuerit debile. Nam tales aque maxime sunt febriles: ⁊ si forsan aqua fuerit amara admisceatur zuccarum ⁊ dulcia comedat: ⁊ si aqua ventrem soluit stiptica nota comedat. Amplius si in aqua fuerint herbe in quibus est acuitas comedat cibos dulces ⁊ vnctuosos ⁊ in colatura aque studeat ⁊ si dubitamus ꝙ in aqua sint sanguisuge vel alie bestiole parue ⁊ imperceptibiles ne forte eas transglutiamus bonum est aquam bibere mediante panno lineo subtilissimo. Tali igitur panno cooperiat os ⁊ per ipsum aquam transglutiat. Aqua vero si fastidium fecerit cum succo granatorum erit bibenda. Et vt sit ad vnum dicere aqua per contrarium est corrigenda.

Mod' bibēdi aquā

Capitulum. xxv. De transfretantibus.



Oportet qui vult mare intrare anteꝙ̄ mare intret per aliquos dies cibum eius minuere ⁊ minus comedere consueto ꝙ vtatur cibis roborantibus stomachum ⁊ illa cibaria dicta sunt superius in capitulo de conseruatione stomachi ⁊ ceterorum membrorum. Amplius volens mare intrare muniat se pomis garnatis ⁊ citonijs cum aceto ⁊ macianis ⁊ optimo vino odorifero piscibus paruis salsis ⁊ pomis cytrangulis ⁊ limonibus ⁊ optimo composito ex piris ⁊ coctanis cū aceto ⁊ speciebus: ⁊ similiter deportet secum cappares ⁊ alia que appetitum confortent ⁊ reducunt ⁊ valent contra vomitum: ⁊ similiter deportent secum oliuas salsas ⁊ radicem que comesta post cibum multum resistit vomitui et specialiter si comedatur cum aceto ⁊ sale in pauca quantitate ⁊ prima die qua quis nauem ingreditur non intueatur aquam nec caput teneat eleuatum nec bibat nisi forte valde parum: ⁊ hec sunt que stomachum confortant ⁊ vomitum refrenant: ⁊ si cōtingit dolor ⁊ subuersio in stomacho et vomitus: permitendus est vomere aliquibus vicibus: hoc enim ei non nocebit qui si forte vomitus superfluat retineatur cum his que vomitum refrenant puta cum pomis granatis ⁊ citonijs ⁊ macianis ⁊ cum odore panis tosti infusi in aceto optimo. Et scias ꝙ semen apij bibitum nauseam sedat ⁊ specialiter si sit torrefactum ⁊ in aceto infusum ⁊ absyncthium bibitum ⁊ emplastratum ⁊ odoratum est ex his que idem prohibent. Amplius bonum est ꝙ nutriantur ex acetosis confortantibus os stomachi ⁊ vaporem ne ad caput ascendat prohibentibus ⁊ hoc quidem est sicut lentes cocte ⁊ frixe cum aceto comeste vel cum agresta ⁊ addatur parum de puluere calamēti. Amplius panis assatus ⁊ infusus in vino bene redolente comestus valet ad idem. Amplius mice panis assati lote in aqua frigida comeste cum vino vel simplici aqua valent ad idem ⁊ si superfluus inuaserit vomitus: queras curam in libris de cura egritudinum.

Ista iuuāt supra mare.

Semen apij nauseā curat.

Ista impediūt ascensum vaporum ad caput.

Nota

Capitulum vicesimum sextum De confectionibus



Uia homines sani communiter vtuntur pfectionib' ꝛ ãte cibũ ꝛ post ꝛ stomacho pleno ꝛ vacuo ꝛ tẽpore calido ꝛ frigido bonum mihi videtur de confectionibus hic facere vnum capitulum speciale. Sciendum igitur ꝙ homines communiter vtuntur in sani tate eorum confectionibus magis ad voluptatem ꝙ̃ propter necessitatem. Unde saluo iudicio saniori puto ꝙ plus nocent in sanitatis regimine ꝙ̃ prosunt. Unde si competunt per aliquem modum corporibus sanis hoc est ad preseruandum ab aliquibus malis contingere possibilibus. Sed homines eis isto modo communiter non vtuntur: sed ad voluptatem et potus delectationem. Unde si aliquis comederet confectiones ne potus vini noceret melius esset talibus panem comedere: quia tamen homines eis communiter vtuntur ꝛ hanc consuetudinem vtendi dimittere nõ possunt volo meliorem modum vsus earum patefacere. Sciendum igitur ꝙ meliores confectiones que sunt in vsu ꝛ magis delectabiles sunt hee: zinziber conditum zinzibriatum cum zuccaro vel cum melle ꝛ pineatum et fisticatum ꝛ auellane condite ꝛ anisum conditum ꝛ coriandrum conditum ꝛ dragea grossa ꝛ dragea in tabula ꝛ zuccarum rosarum in tabula et dyaciminum ꝛ confectio que nominatur marcepen ꝛ nuces confecte cũ zuccaro vel cum melle ꝛ auellane condite cum zuccaro ꝛ dactili. Harum autem confectionum quedam sunt conuenientiores in hyeme ꝛ complexione frigida ꝛ in senectute ꝛ huiusmodi confectiones sunt puta zinzibriatum ꝛ specialiter de india: ꝛ zinziber viride conseruatum cum melle et dragea grossa ꝛ in tabulis ꝛ nuces condite cum zuccaro ꝛ gariofilis ꝛ melle ꝛ similes confectiones calide: ꝛ alie sunt minus calide multum vt zuccarum rosatum alexandrinum in pixide ꝛ in tabula ꝛ dyacitoniũ que magis conueniunt in estate ꝛ complexioni calide ꝛ in etate iuuentutis ꝛ pira condita ꝛ cucurbite condite ꝛ coriandrum conditum. Hec enim sunt confectiones minus calide alijs. Amplius harum confectionum quedam sunt que magis competũt tempore ieiuniorum: puta quando stomachus est inanitus cibo in collatione de sero: ꝛ alie sunt que magis competunt post cibum immediate vel ante cibum de propinquo. Confectiones ieiunantibus magis conuenientes: sunt confectiones minus deficcatiue ꝛ minus acute: in quibus magis reperitur de ratione nutrimenti sicut pineatum ꝛ fisticatum ꝛ zuccarum rosatum ꝛ confectio nominata marcepen ꝛ similiter auellane condite ꝛ nuces condite cum optimo melle despumato ꝛ paucis speciebus ꝛ similiter dactyli conditi. Si enim stomacho ieiuno bibatur vinum sine omni comestione in pauca quantitate incitabit stomachum ad appetitum sequentis cibi quo non indigent ieiunare volentes: et si bibatur vinum in magna quantitate sine comestione leditur stomachus et cerebrum et totum corpus: ꝛ si de predictis speciebus comedatur vini nocumentum remouebitur nec stomachus ad appetitũ sequentis cibi preparabitur: nec ex his confectionibus corpus deficcabitur. Sed si comedantur alie confectiones acutiores et calidiores ꝛ magis deficcatiue ꝛ plus distantes a ratione nutrimenti non sic nocumentum vini remouebitur; et ad sequentem cibum stomachus incitabitur. Unde zinziber conditum et specialiter de india et dragea gros

Cõfectiões nes bone ac laudande.

Pro ieiunantibus.

Uinũ ieiuno stomacho bonum.

Confectiones post comestionem.

sa et carui conditum et anisum conditum ieiunantibus non multum congruunt: sed si quis post cibum immediate velit uti confectionibus ad digestionis confortationem in stomacho et specialiter in orificio stomachi quod est naturaliter frigidius et ad digerẽdum debilius: tunc zinziber conditum et zinzibriatum et zuccarum est eis convenientius et debent recipi in pauca quãtitate et parum valde superbibendũ est bonũ vinũ: et si quis post cibum immediate sumptũ consueuerit sentire eructuationes ventosas vel comederit cibos ventosos et vniuersaliter habeat stomachũ ventosum: tunc post cibum immediate bonum est uti anisi condito et carui cõdito et dragea grossa. Et si quis naturaliter habeat orificiũ stomachi debile tũc post cibum vtatur coriandro condito. In hyeme quidẽ cum puluere quarundam specierũ et in estate sine specibus. Hoc etiam coriandro condito potest quis uti tempore ieiunij in collationibus serotinis et ad obuiandũ nocumento vini dato ꝙ non tantũ appropinquat nutrimento sicut confectiones superius nominate. Postꝙ autẽ stomachi orificium est clausum nullo modo bibendum nec comedendum species non obstante ꝙ magnorum .s. regum et regaliũ et diuitũ cõsuetudo sit in contrariũ: nã ex isto duplex venit nocumentum. Primo quidem: quia ex hoc stomachi orificiũ aperitur si cum delectatione suscipiatur: et hec est causa corruptionis digestionis vel diminutionis ipsius in stomacho. Amplius tales cõfectiones citissime digeruntur: et sic digeruntur citius reliquo cibo et post eaꝝ digestionem non habẽtes exitũ a stomacho manentes vltra debitũ tempus corrumpuntur et totaꝫ massam corrũpunt: et si omnino quis velit infra duas comestiones confectiones comedere et cõsuetudinem nõ mutare meliores confectiones sunt q̃ magis digestionẽ cõfortãt et q̃ sunt subtiliores in substãtia et actione. Tales enim confectiones cũ tota massa ptisanaria in stomacho existẽte citius permiscentur: et sic minꝰ impediũt digestionẽ et cũ alijs simul digerũtur. Unde saluo iudicio meliori puto ꝙ ĩ tẽpore hoc marcepen et pineatũ et fisticatũ et dactyli conditi et nuces cõdite et auellane condite et similiter coriandrum conditum non competunt: sed zinzibriatum zuccarinum quod pasta regis nominatur et dragea grossa et in tabula et zuccarum rosatũ magis competunt et dyaciminũ et confectio de citonijs hoc tempore minime conferunt. Amplius sunt quidam quorum digestiua est debilis in toto stomacho et quorum stomachus est frigidus et ventosus et calidus bonum est per modicam horam ante cibum calidas confectiones comedere et ventositatis dissolutiuas: et sic stomachus melius digerit cibũ quem suscepturus est. Debent autem predicte confectiones sumi anteꝙ suscipiatur sequens cibus per tantum spacium ꝙ sint deducte de potentia ad actum a calore stomachi et ꝙ iã stomachum calefecerunt et ad inferius descenderũt. et puto ꝙ ad hoc potest sufficere spacium vnius hore cũ dimidia: nam tales confectiones que sunt subtiles in substantia et actiõe et in pauca q̃titate recipiuntur: citissime digeruntur et stomachũ cito preparant ad suscipiendũ sequentem cibum et cum talibus confectionibus bonum est parum sumere vini boni et optimi confectiones autem ad hoc omnino valentes sunt que sunt calide subtiles in substantia et actione et stomachum confortant et ventositates dissoluunt: et huiusmodi sunt zinzibriatum: et specialiter de india et dragea grossa carui conditum et anisum conditum et similes confectiones.

De coriandro.

Tẽpus sumẽdi confectiones pro cõfortatiõe stomachi.

¶ Quarta pars. Capitulum primum De paratis cadere in egritudinem



Einceps determinare volum⁹ de regimīe corporum que parata sunt cadere in egritudine; nō quidem ratione naturalis lapsus in complexione: qr de regimine talium corporum sufficienter dictū est in prima parte hui⁹. Volumus aūt in hoc capitulo mentionem facere de corporibus paratis cadere in egritudinem de propinquo propter causam accidētalem in eis existentem quam causam per qdam accidentia contra naturam inuenta percipim⁹ et vocam⁹ talia corpora neutra desinentia que tamen adhuc sunt in latitudine sanitatis: vnum autē sermonem conuenit preseruare in omnib⁹ talibus corporibus q similis est custodia futurorum et curatio presentiū: per eandem eīm medicinā per quam curantur egritudines actuales: curātur etiam parati ad eas de propinquo: et sic istorū regimen sufficientius habet per regimen curatiuum. Ne igitur trāseamus nostri propositi limites: scilic; regiminis conseruatini: de regimine talium corpoꝝ et de modo succurrendi eorum accidentibus dū adhuc permanent in latitudine sanitatis breuiter pertrāsco: et q de hoc plus scire curauerit legat antiquoꝝ libros de sanitatis regimine vniuersales et particulares. Sciendu; igitur q qui sunt parati cadere in egritudinem aut sunt parati propter repletionē sui stomachi aut pter cruditatem seu maliciam humoꝝ qui in eis existūt. Quo ad primum temperanda est humoꝝ qtitas: et quo ad scdm corrigenda est humorū qualitas per contrarium: vel ad hūc finem q corpus ex his possit nutriri vl' q obediant expulsioni: humoꝝ aūt qtitas temperat cū equalitate qtitatis nutrimēti et augmento exercitij et fricatione et balneo et vt cibus eis parciatur et nō vna vice suam compleāt satietate; et si de facili sudēt fiat vt aliquibus diebus sudēt et tardet comestio post balneum ad spaciū quatuor horarum: nisi dubitem⁹ motum coloꝛe rubee ad stomachū: tales eīm cibandi sunt ante balneum: et si tales sic balneati et cibati sentiant in lateribus opilationes: vtant de opilatiuis notis et appropriatis coꝝ complexioni. Posset autem esse tanta humorum multitudo et plenitudo q predicta non sufficerent sed esset necessaria fleubothomia et farmacia. Posset etiam tantū peccatum esse in qualitate humoꝝ q alteratiua cōtraria nō sufficerent: sed essent necessaria euacuantia. Et qr parati cadere in egritudinem habēt quedam accidētia et signa egritudinis prenosticatiua de his signis accidētibus et de coꝝ remedijs generalib⁹ volo in hoc capitulo pertrāsire: nā de hoc speciali⁹ tractare pertinet ad librū de ingenio sanitatis. Incipiam⁹ igit ab vna mala aptitudine egritudīs prenosticatiua q est generalis et ponamus eius remedium: et est illa mala aptitudo laboꝛ spontaneus: quando enim aliquis sentit se multum fatigatū ac si fecisset magnum exercitium et membra confracta et doloꝛosa: ac si membra eius essent percussa proculdubio significari potest egritudo futura nisi remediū adhibeatur: nec remedium huius aptitudinis male coincidit cum cura egritudinis alicuius particularis: et ideo de remedio huius accidētis diffusius est tractandum q de remedijs aliarum malarum aptitudinū qua

Duplex cā egritudis future.

Humoꝛu; temperamentum.

rum cura coincidit cum remediis aliquarum egritudinum specialiũ. Un de etiam sapientes loquentes de regimine sanitatis de remedio huius accidentis longũ faciunt sermonez. Est enim hec aptitudo non ad egritudinem specialem vnam: sed ad multas: nec etiam est aptitudo ad egritudinem huius membri determinati: sed totius corporis et omnium partium eius tam interiorum ꝙ exteriorum. Bene igitur expedit de hac aptitudine mala et de eius remediis longiorem facere mentionem. Sciendũ hoc ꝙ spontaneus labor triplex est ꝗtum spectat ad propositum. Ulceratiuꝰ qui est ex humorum mala qualitate acuta ⁊ mordicatiua: vel granatiuus vel extensiuus qui est ex humorum immoderata ꝗtitate: vel apostemosus qui prouenit ex humoribus peccantibus in quantitate et qualitate. In omnibus his laboribus spontaneis indigemus alterantibus vel euacuantibus aut vtroqꝫ modo. Quo ad laborem vlceratiuum indigemus alterantibus et corrigentibus maliciam humorum. Quo ad extensiuum indigemus euacuantibus. Quo ad apostemosum indigemus vtrisqꝫ. Alteratio et digestio fit a natura et cum medicinis conuenientibus et cibis qui habent humorem corrigere et aliquando somnꝰ et quies et fames iuuãt ad hoc. Euacuatio fit cum medicinis que prouocant vrinam et sudorem ⁊ ventrem et fleubothomia et exercitio. Hic igitur est modus generalis remediandi labori spontaneo. Et vt laboris vlceratiui specialius curam et remedium videamus. Sciendum ꝙ humor acutus mordicatiuus est causa huiusmodi laboris: et iste humor mordicatiuus non solum est colericus sed melancolicus et fleumaticus. Colera namqꝫ mordicat propter suũ acumen: et melancolia propter suam acetositatem: fleuma propter ipsiꝰ salsuginem. Isti aũt humores que sunt causa laboris: vel sunt sub cute ⁊ in porositatibus membrorum vel sunt profundati in musculis vel sunt in venis. Amplius aũt cum istis humoribus vel sunt humores mucillaginosi et grossi et viscosi vel non. Et si sint mucillaginosi vel sunt in venis cũ sanguine vel in spongiositatibus membrorum et musculorum cum predictis humoribus in venis: vel est in multus sanguis vel paucus: paucꝰ quidem cum tales humores sunt multi et multũ elongant a natura sanguinis et multꝰ cum sunt propinqui nature sanguinis et fuerint pauci. Si igitur humores qui sunt causa vlcerosi laboris sunt sub cute sufficit exercitium et fricatio et balneum et syrupus acetosus et cibus subtilis. Si autem isti humores causantes laborem vlcerosum sint locati in carne et musculis indigemus quiete et abstinentia a cibo. Ista enim adducũt digestionez nec tũc indigemus exercitio: et in sero balneant in aqua calida et cibentur cibis subtilibus et vtantur syrupo acetoso. Et si accidens sedetur cum isto regimine bene quidem cognouimus causam et locum. Si autem humores sint in venis magnis: qꝛ scilicet sunt propinqui nature sanguinis et cum multo sanguine et non sunt hũores mucillaginosi fiat statim fleubothomia. Et si sint cum pauco sanguine ⁊ non sint humores muscillaginosi. Et sint longinqui a natura sanguinis exhibeat farmacia humori appropriata: et si in venis sint hũores mucillaginosi et grossi nullomodo fiat fleubothomia: sed ante subtilief sanguis cum subtiliantibꝰ lenibus: nam fortia subtiliantia spergũt humores ad membra subtiliatione. Si sit multus sanguis et humores predicti sunt propinqui nature sanguinis fiat fleubothomia: et si paucus sanguis et humores distantes

Sponta neus labor triplex est

Colera acuta est et mordicatiua.

Humeros qui sũt cã laboris

De hũoribus in venis.

a natura sanguinis post predictorum humorum subtiliationem fiat eua cuatio cum farmacia approriata. Si autem hũores muscillaginosi non sint in venis: sed in membris tunc possunt securius exhiberi fortia subti liatiua: et que sunt illa scitur ex libris simplicium medicinarum et com positarum. Signa etiam significantia humorem peccantem et locum hu moris scias ex libris signorum. Consideratis igitur vrinis et pulsibus ce teris signis et regimine precedente et complexione etate et tempore con suetudine et similibus leuiter deueniemus in cognitionem humoris pec cantis et loci et q̃titatis: sic igitur patet quomodo obuiandum est labo ri spontaneo vlceratiuo. Sed labor extensiuus et apostemosus ex neces sitate veniunt a sanguine multo: ideo conueniens est pacientem primit' flebothomare si particularia concurrant. Quantitas autem flebotho mie accipitur scd̃m tempus anni etatem et complexionem et maiorem et minorem plenitudinem: et sunt distinguenda membra in euacuatione hu ius humoris. Si enim sentiatur in capite grauedo fiat flebothomia de cephalica et si in membris inferioribus de basilica et si in vtrisq; mem bris sentiatur grauedo fiat de mediana. Sic igitur satis est manifestum quomodo obuiandum est labori spontaneo qui potest pronosticare diuer sas et multipharias egritudines futuras. Sunt etiam alie aptitudines male et malam egritudinem pronosticantes q̃ pronosticant aliquem egri tudinem specialem et in loco speciali que cum remedijs earum generali bus valde communiter enumerande sunt. Dicamus igitur primo q cum dolor capitis fortis et permanens fuerit vel emigraneus timendum est ne aqua descendat ad oculos et dilatetur pupilla et causetur cataracta. Si igitur talis dolor perseuerauerit nec medicinis alleuietur infirmus: infirmati subueniendum est vt arterie que in tympanibus pulsant extra hende sunt et sic per illas humor ad oculos non descendet. Amplius sal tus faciei perseuerans et fortis: torturam oris significat cui est subueniē dum et cum medicinis ventrem soluentib': et cum medicinis vomitiuis comestio parua danda erit et a vino abstineat: fortib' etiam euacuationī bus et fricationibus: necnon et gargarismatib' et sternutantibus vten dum erit et facies ex forti aceto in quo mentastrũ bullierit fricari deb3: fortis saltus in toto corpore pronosticat spasmũ: et talibus expedit subti liare regimen: et fortiter euacuare et fricare corp' cum medicinis acutis. Amplius paralisis parua magnam portendit et expedit subtiliare regi men: et fortiter euacuare et cum medicinis acutis fortib' que scribuntur in cura paralisis magne. Similis enim est custodia futurorũ et cura pre sentiũ. Amplius faciei et oculorum rubedo et venarũ oculorum manife statio et mobilitas et lucididitas et lachrymarũ descensus: et claritatē lu minis pati nõ posse: om̃ia hec si cũ dolore forti capitis affuerint frenesim futuram pronosticant. Succurrendũ igit est cũ minutione et clisteribus et medicinis euacuatiuis: et ligatione inferiorũ et fricatione dolorosa: ca put quoq; oleo rosato et aceto infundendũ erit. In cubus perseuerãs epi lentiam portendit cui obuiandũ est cũ medicinis epylentie scriptis in ca pitulo de epylentia. Tristicia: timor: pusillanimitas: melancoliam signifi cant quib' succurrendũ est: vt in capitulo de cura melancolie scriptũ est. Cũ aliquis quasi muscas volare ante oculos vel aliqd simile precepit: ca taractas oculorũ futuras prenosticat. Reumatism' est coriza et si frequē

Hũor mu scilagino sus.

Signa.

De dolore capitis et q̃ sequunt dolorem.

De incubo Auice. ter tia primi et prima ter tij

ter acciderit passiones pectoris et pulmonis protendit vnde succurrendũ est cum minutione et nutrimenti paucitate. Si sudor mali fuerit odoris significat ꝙ egritudo vel febris de colera est propinqua. Quapropter dãda sunt que coleram rubeam soluunt. Cordis tremor frequens et fortis mortem subitam pronosticat: ideo oportet succurrere cum minutione et medicinis soluentibus ventrem leuiter. Repletio superflua emoptoycas vel appopleriam vel vene rupturam pronosticat vel subitam mortẽ: vnde statim cum minutione subueniendum est. Si sensuum perturbatio et motuum debilitatio cum repletione affuerint ne superueniat appopleria minuendum erit. Succurrendum igitur cum minutione et gargarismo: si grauitas fuerit in dextero latere: et pũctura: et tensio: epatis lesionem significat cui subueniendum est: vt in capitulo de egritudinibꝰ epatis dictum est. Egestio magis tincta solito significat ꝙ colera multiplicatur in corpore: et minus tincta solito significat opilationem oris ad cistiꝫ fellis. Isti subueniendum est: vt in capitulo proprio ad hoc scribitur. Facies palpebre inflate idropisim futuram significant quibus subueniendum est vt in capitulo de idropisi. Egestionum fetor magnus fastidium vel humorum corruptionem significat. Fetor vrine magnam putrefactionem sanguinis significat et febres futuras: fatigatio et dissolutio cũ destructione appetitus febrem significat. Appetitiue destructio et fastidiũ significat vel colicam vel colericam passionem futuram quibus subueniendum est cum longo somno ⁊ cibi abstinentia et alijs que nominantur in proprijs locis: grauitas et tensio in inferioribus ventris cum permutatione vrine a dispositione naturali nocumentum in renibus inchoatũ demonstrat: ideo cito succurrendum erit: vrine ardor diu perseuerans vesicam et virgam pustulis hereditabit. Subueniendum igitur est vt dictũ est in suo capitulo. Mollis egestio ani adustionem et puncturam faciẽs dissenteriam portendit. Amplius pruritus ani significat venturas emoroidas si non contingat causa vermium paruorum ibidem existentium. Apostemata parua multa pronosticant apostema magnum. Et multis paruis glandulis magne glandule suspitio oritur: morphea parua alba magnam pretendit que adeo intenditur vt lepra putetur. Multus faciei rubor cum quadam offuscatione et difficultate anhelandi et vocis raucedine lepram significat. Et vt sit ad vnuꝫ dicere si aliqua dispositionis corporis sani mutata fuit scilicet vt appetitꝰ fortior vel debilior existat: vel exeuntia a corpore plura vel pauciora: vel somnus longior vel breuior: vel etiam in somneitas assit vel sudor preter solitum a corpore decurrat: vel ea que a corpore decurrere solebant retineantur vt emorroyde ⁊ sanguis menstruus: et vomitus qui statutis horis venire solebat. vł sanguis qui ex naribus fluere consueuit: vel si totius corporis dissolutio fiat: vel ingenij ebetudo: aut in ore sentiatur sapor extraneus: aut ea que non consueuerunt delectationem auferre auferant vel econuerso: aut coeundi desideriuꝫ sentiat quis augmentari vel diminui: vel in somno occurrat somnium quod non consueuit: vel corporis color conuertatur ⁊ mutetur: aut actus preter solitum vel ad vltimum cum alicui non consueta acciderint et augmentari ceperint. Hec omnia egritudinem futuram pronosticabunt. Quamobrem cuiuslibet predictorum: et causa subtiliter est inuestiganda et eius saluationem festinandum. Amplius quia hic loquimur

Tremor cordis.

Fetor vrine.

Signa lepre.

Signa futurarꝫ egritudinum.

de regimine preseruatino addenda sunt aliqua quib' homo potest a nuul tis egritudinibus preseruari: et per consequens in sanitate perseuerare. Sciendum igitur quod comedere simul pira siue poma et oua colicam generant et ventositates: illorum dolores et emorroydas: vinum et lac simul sumpta podagram generant. Caseus et piscis simul sumpta colicam generant passionem: oua frigida sumpta maculas generant et ventositates in quarum remotione stupor accidit: balneari stomacho pleno generat colicam. Coire ante euacuationem vrine generat arenulas. Coire cum duabus mulieribus immediate generat lepram. Unctio cum oleo violato in introitu balnei preseruat a scabie. In comestione aquam non bibas: nam potus aque relaxationem siue mollificationem causat in stomacho. Tres haustus aque calide in introitu lecti sumpti preseruant a siti. Cum pisces comederis non dormias donec in stomacho sint quasi digesti quoniam torturam faciunt accidere: quod si somnum fugere nō potes parum mellis sume vel optimi vini. Si sero comederis: parum comede et mane te inuenies leuem. Unde si quolibet mane vuas passas comederis proiectis arillis bonum erit. Si etiam semel in septimana mirabolanos grossos cū zuccara alba comederis a colericis et sanguineis egritudinibus preseruaberis: et dicunt experimentatores ꝙ si vngues in die iouis prescindantur a fissuris et alijs egritudinibus preseruantur. Si semel in septimana vnum haustum aceti sumpseris a dolore splenis preseruaberis. In calciando primo calcia dextruz pedem et inde calciando sinistrum: quoniam valet contra dolorem splenis et apostemata lateris. Si vis vt dentes non alterentur munda eos cum ligno perfici. Ad vitandum surditatem mitte in aures semel in septimana aliquantuluz de aceto intinctum in oleo de lilio. Si vis viuere sanus obserua vt cibus tuus sit equalis et non plus recipias vna vice ꝙ alia: et cum appetitu comedere desinas et cum sitieris bibe ad medium satietatis: hoc enim corpus cōseruat stomachum confortat: et cibum ad digerendum iuuat: et cum existens in lecto vigilaueris decuba in dextro: et cum dormieris decuba in sinistro somno vtere duabus partibus noctis: et cum mane surrexeris frica dentes cum ligno aloes et sale nitro et rosis adustis puluerisatis. Hoc enim dentes mundificat et dealbat gingiuas: et a fleumate liberat et fetorem oris remouet.

Regimen preseruatiuum.

Modus dormiendi

Conseruatio dentiū

Capitulum secundum.

De preseruando a pestilentia



Adhuc in regimine preseruatiuo quod debetur corporibus decidentium restat determinare de regimine corporum preseruandorum ab egritudinibus pestilentialibus nobis contingere potentib' ab aere preter naturam. Circa quod breuiter sic procedamus. Nam primo ponemus signa significantia pestilentiam presentem vel futuram. Secundo dicemus aeris rectificationem. Tertio dicemus moduz preparandi corpora ne ledantur a pestilentia aeris quantum possibile est. Propter primum sciendum ꝙ quando in estate multe eueniūt pluuie nubes quoq; et multitudo pluuiarum die ac nocte permanserint: et medio

Signa pe- stilētialia

nales venti perflauerunt: vel aer ita quietus fuerit ꝙ non moueatur et cuȝ hoc meridionalis ventus turbidus existat. Hec omnia pronosticant epidimiam futuraȝ in fine estatis. Amplius in nocte quando contingūt aeris apparitiones corruscationibus similes: et aeris color similis est ictericie venti quoqȝ flauerint post quorum aduentum multa animalia ⁊ homines egrotant. Et in nocte videntur in aere radij: et splendor atqȝ egrotantes cito mortem incurrunt: aer etiam difficulter attrahitur: et egrotantium ora fetidum emittunt odorem. Ipsi quoqȝ infirmi multū angustiantur ⁊ sitim habent magnam et ipsorum infrigidāt extremitates vomunt et emittūt humores fetidos et corruptos. Ex his omnibus aeris corruptio vt pestilentia denotatur. Amplius scias ꝙ multitudo muscarum et reptilium ranarū mortalitatem pronosticant: et similiter si vides mures et animalia que habitant sub terra fugere ad superficiem terre et exire manifeste: ⁊ videas aīalia male nature fugere a nidis suis ⁊ dimittere oīa. Amplius cū videris aerem alterari vno die multotiens ⁊ clarificatur aer die alio et oritur sol clarus: et alio die conturbatur: et oritur in velaminibus nebule que est vt puluis tunc iudica ꝙ pestilentia accidet. Amplius quando videris turbiditatē aeris et nebulositatem: et sperauerīs pluuiam et non pluat tunc scias ꝙ complexio hyemis est corrupta. Pestilentiā autem estiuam malignam significat paucitas pluuie in vere cum frigore: deinde multiplicatur auster et conturbatur aer aliquot diebus et deinde post clarificatur aer ebdomada vna non simpliciter et accidit frigus in nocte: conturbatio et putrefactio et caliditas: tunc tam pestilentia venit et expectatur febris et variole et similia. Hec igitur sunt signa pestilentie vel future vel presentis. Rectificatio aeris duplex est in qualitate et substantia. In qualitate quidem quando aer excedit in caliditate et frigiditate vel humiditate ⁊ siccitate. Sed rectificatio ipsius in substantia est quando in aere non continente accidit corruptio vel putrefactio vndecūqȝ hoc contigerit. Si igitur aer in qualitate sit multum distemperatus eligenda sunt loca vmbrosa septētrionalia et alta ventosa et reprimatur aeris caliditas frigiditate aque et folijs aromaticis frigidis et humidis: et sic suo modo intelligatur si aer sit distemperatꝰ in alijs qualitatibus. Aer autem corruptus in substantia est rectificandus cum aromaticis calidis et frigidis: quod horum magis videtur corporibus expedire suffumigando aerem ex his intentio enim in his suffumigationibus est aeris exsiccatio: et vt aer fiat boni odoris ⁊ prohibeatur putredo.

Rectificatio aeris.

Calida rectificātia.

Calida autem rectificantia et desiccantia aerem et putrefactioni resistentia ex quibus potest aer suffumigari sunt hec: lignuȝ aloes: thus: mirrha: muscus: costus dulcis: cinamomum: xilobalsamus: storax: terebentina: cypressus: lapdanum: iuniperus: laurus: acorus: asarum: sauina: squinantū: mel: crocus: et similia. Frigida vero rectificantia sūt hec: sandali: camphora: cortices: granatorum: citonia: ebanus: rosa. Ex his igitur oportet ꝙ multiplicetur suffumigatio: et rectificetur aeris putrefactio. Amplius nullomodo aer sit inclusus non euentatus: nam aeris euentatio ⁊ specialiter a plaga septētrionis multum rectificat aereȝ. Hec igitur breuia sufficiant de aeris rectificatione. Et nos volumus hic apponere suffumigiū mirabile et expertum ad rectificandum aerem corruptū. Recipe bedegar: sandali rubei: florum ana. partem semis: xilobalsani: xiloaloes: olibani

ana. partem vnam et semis: seminis maiorane: cipri: gariofili: zuccari al/bi musti ana. partem semis fidanith vnũ terantur et bene dissoluantur in qua storacis ambre ana. pars semis fuerit dissoluta. *Suffumigiũ mirabile.* Si quis autem voluerit corpora a pestilentia preseruare oportet vt extrahant humiditates superflue: et inclinet eorũ regimen ad subtiliationem et desiccationẽ ex omni modo et minoratione cibi: sed non exercitio: oportet enim vt nõ administret: nec balneũ nec etiam tollatur sitis et rectificet aer: vt diximus et declinet cibus ad acetosa et minoret ex eo: et sit caro administrata decocta in acetosis. Amplius vtendũ est succo limonũ ⁊ agresta ⁊ aceto et iuuat etiam succus granatorum. Amplius cappares conditi cũ aceto et similiter oliue valent ad idez. Et similiter zuccarũ rosarũ: tyriaca: et metridatum valent ad idem cũ reliquo regimine. Amplius medicamẽ factum ex ligno aloes: croco et mirrha valet multũ contra pestilentiam et sumat in die ex eo circa dragmam vnam. Amplius est sciendũ ꝙ quando aer corruptus est in substantia: et putrefactus est habitandum est in locis cauernosis subterraneis: ⁊ quando in aere est magna caliditas habitandum est in montanis ventosis vento septẽtrionali. *De comestibilibus* Amplius sciendũ ꝙ bolus armenicus terra sigillata aere pestilentiali prebent magnum iuuamentũ. Amplius in aere epydimiali ꝓpter corruptionẽ ⁊ putrefactionem aeris: euitãdi sũt fructꝰ humidi ⁊ olera ⁊ pisces ⁊ lac ⁊ carnes exceptis carnibꝰ volucrũ in mõtanis degentiũ ⁊ vituli ⁊ hedi: ⁊ siũr perdicũ: et vl'r res ventrẽ lenificãtes hoc tpe cõpetunt: queadmodũ sunt tamaridi: pruna: cassia fistula: manna ⁊ viola: qñ estas fuerit disposita sicut superiꝰ dictũ est in principio huiꝰ capituli. *Fructꝰ sũt vitandi* Infantes ⁊ iuuenes ⁊ corpa habentes grossa: ⁊ colorem rubeũ maxime sũt custodiẽdi ab aeris pestilẽtia. Et qñ estas totaliter cõsimiliter disposita fuerit tũc abstinendũ erit a carne et vino ⁊ a ꝯfectionibus de melle factis: ⁊ fructibꝰ specialiter recentibus ⁊ dulcibꝰ a balneo ⁊ lauacro aque calide abstinendũ erit oĩno: ⁊ aceto vtendum in oĩ comestione ⁊ agresta ⁊ succo fructuũ acetosoꝝ: ⁊ si necessitas cogat comedere carnes superiꝰ nomĩatas comedant cũ aceto ⁊ succo vue acerbe: ⁊ similibus superius in hoc capitulo nominatis: ⁊ si in corpore sit sanguinis repletio festinemꝰ inanitionẽ si etas: cõplexio: cõsuetudo ⁊ reliqua particularia ꝯcurrãt. Mansiones quoqꝫ frigide eligẽde sunt in ꝗbus est morandũ et foramina a parte septẽtrionis sint apta. *De habitationibus.* Est eñ possibile vt hoc regimine vtẽtes deo auxiliãte aeris pestiferi dispositionẽ euadãt. Quando autẽ in fine estatis multꝰ fuerit calor: ⁊ autũnus valde siccus et puluerulentꝰ ⁊ frigus ⁊ pluuie venire tardauerint: tũc eligẽde sũt frigide mãsiones: ⁊ rectificandꝰ est aer cũ infrigiditantibꝰ ⁊ humectantibꝰ: puta cũ pãnis canabinis aqua aspsis ⁊ appẽsis. Ampliꝰ pauimentũ mãsionis aqua frigida irrorabit sepe et a labore ⁊ coitu et sollicitudine abstinendũ est. Amplius hoc tpe aqua calida ꝗs lauandꝰ erit ⁊ aqua ĩfrigidata in potu sumenda: ⁊ a nutrientibꝰ calidis ⁊ vino abstinendũ erit nisi vinum sit lymphatũ cum multa aqua. De cucumeribꝰ aũt ⁊ cytrullis ⁊ his similibus multũ erit vtendũ: summopere cauendũ erit ne in sole sedeat ⁊ nullo modo ieiunetur nec comestio post famẽ tardet ⁊ nullomodo tolerãda est sitis: in dormitione specialiter meridiana eligat loca frigida: pisces quoqꝫ si comedere voluerit suꝑ carbones assatos comedat: vuas quoqꝫ in ꝗbus est acetositas sumat in talibꝰ temporibꝰ: singulis diebꝰ bibere aquaz

ordei confert multum et specialiter habentibus corpora multū calida et sicca; hoc enim regimine vtentes febres acutas calidas et pessimas egritudines hoc tempore contingere potentes euadent. Quando autē in aere apparitiones coruscationib⁹ similes que in capitulo isto dicta sunt apparuerint fruct⁹ et olera que in tali tempore nascuntur sunt euitanda et aqua que in superficie terre est: nō est bibenda: aer quoqȝ calidus est fugiendus: et dom⁹ qualibet die aceto et aqua mixtis est irroranda: ⁊ si in aere sint odores fetidi rectificet̄ aer cum his que sunt boni odoris vt superius dictum est: et fumiget̄ homo cum sandalo ⁊ camphora. Nutrientia: sint lentes: acetum ⁊ sumac ⁊ succus vue acerbe ⁊ similia: acetuȝ cū aqua temperatum bibendū ⁊ vinum dimittendum. Amplius in hac dispositione multū est sollicitandū in rectificatione aeris modo quo superius dictum est. Accidit quoqȝ in multis annis vt squināntia in vere multos inuadat que mala et periculosa existit. Oportet igit̄ preuenire cuȝ minutione et ventosis in crurib⁹ positis ⁊ ventris solutione ⁊ gargarismis q̄ singulis diebus et noctibus fieri debent cū aqua rosarum in qua sumac ma defactum fuerit ⁊ cum rob mororū et nucum: ⁊ cum his homo preseruabitur a squināntia si deus voluerit ⁊ contingit etiam ꝙ aliqua hyeme appoplexia ⁊ paralysis ⁊ egritudines ⁊ his similes eueniant. Est igitur necesse cum talis fuerit ann⁹ frequenter purgare corpus cum pillulis ad hoc appropriatis quas inuenies in libris particularib⁹ ⁊ gargarismis ⁊ sternutationibus inūctionibus totius corporis que omia inueniūtur in librorū locis particularib⁹. Amplius eorū nutrimentū est minuendum ⁊ subtiliandum. Hec breuiter sufficiant de preseruatione a pestilentia.

Nutriētia

Contra sq̄nantiam.

Capitulum tertium de preseruando a veneno.



Quoniam autem sani homines ex veneni assumptione magnū possunt incurrere nocumentū: bonum est in hoc cautelam ⁊ studium adhibere sic ꝙ homines ab assumptione taliū venenoruȝ valeant meli⁹ preseruari. Sciendū igitur ꝙ nō est simile de colorib⁹ inuentis in mixtis ex quattuor elementis ⁊ eorūdem saporibus ⁊ odorib⁹. Nam colores mixtorū eandeȝ habent operationem resepectu aīalium ⁊ respectu hoīs sicut albedo cigni disgregat visum hoīs ⁊ nigredo congregat visum eiusdem: sic etiaȝ ⁊ has easdeȝ operationes habent isti colores respectu cuiuslibet aīalis viuentis: sed nō est sic de sapore ⁊ odore. Unde sapor qui est delectabilis et amicabilis alicui speciei aīalium nō est amicabilis homini: vt sapor ellebori ⁊ coloquintide nō est amicabilis homini: est tamē sapor coloquintide porco delectabilis. Et sapor ellebori est amicabilis turdo. Uolens igitur euitare speciem comestorum venenosam non comedat rem in qua participatur sapor horribilis nec odor: et specialiter si non sit cib⁹ per experimentum notus. Dubitantes igitur de veneno permixto cum cibo ante omnia lauent peroptime os suum cum aqua frigida limpidissima et purissima: ⁊ tunc illo facto masticēt cibus diu: et teneatur in ore et sapor eius notetur et similiter odor. Nam proculdubio si in cibo sit virtus veneni sufficiens ad corpus perimendum percipitur sapor in ore malus et horribilis. Amplius scias ꝙ talis deceptio magis latet in ci-

De coloribus

De saporibus

Sapor horribilis euitād⁹ est

bis vehementis dulcedinis vel acetositatis: ꝛ vniuersaliter participanti bus saporem excellentem. Dubitantes igitur de veneno debent euitare ci baria: ꝛ similiter fercula ex diuersis composita ꝛ diuersoꝝ coloꝝ varias ha bentes species cōpositionem diuersoꝝ ꝛ saporē excellentem valde. In bro dio autem carnium simplici ꝛ in carnibus simplicibus ꝛ in pane simplici tales deceptiones de facili fieri non possunt. Dubitantes igitur sint con tenti cibis simplicibus ꝛ potu aque pure cū aqua hec deceptio minime fi eri possit. In vino aūt hec deceptio fieri potest de leui. Unde multū con siderare debet sapor vini ꝛ color ꝛ odor ꝛ debet in vase vitreo esse vinū vt ipsius color ꝛ substantia precipi possint: ꝛ bibatur vinū albū: clarū debile nam in tali vino dolus faciliter percipitur. Amplius sciendū ꝙ quedaꝫ sunt q̄ venenū presens non substinēt quin statim mutētur in colore: sicut dicitur cōmuniter de cornu serpētino vel lingua serpentina que in presen tia veneni. humefit specialiter si sal supponatꝛ eidē ꝛ sal ēt ligue serpētine suppositū humefit in p̄sentia veneni ꝛ lapis smaragdꝰ colorē mutat i p̄sen tia veneni. Et similiter dicitur de corallo: dubitantes igitur de veneno ta libus debent premuniri. Amplius tyriaca sumpta āte cibū ꝛ post valet ad idem ꝛ similiter metridatū. Multa enim sunt simplicia ad iden valentia puta: ruta: nuces: auellane: ficus: saluia: tormētilla: bacce: lauri ꝛ herba tu nici que apud dioscoridem appellatur polomenon bonū est igitur dubitā tes de veneno hijs omnibus vel quibusdam premuniri. Et ex hijs aliquid sumere ante cibum ꝛ post. Dicunt quidā ꝙ sanguis leporinus potatus an te venenū expellit ipsum. Amplius puluis testiculoꝝ vrsi exsiccatoꝝ valet cōtra venenū ꝛ expellit ipsuꝫ: si sumatur ante cibū omnē ꝛ etiā si sumatur post. Amplius qui dubitat de veneno euitare debet cibi speciem in qua re periuntur indiuidua habētia venenū ꝛ huiusmōi sunt species fungorum ꝛ truffaꝝ ꝛ lāpredaꝝ. Amplius necessariū est cauere vt nō sit omnis eius cautela in cibo dato ab alio aut potu. Forte enim accidit ei vnde non esti mabit quādoqꝫ enim contingit res cadere malinas sicut lacertas vel scor piones in eo quod decoquitur: ꝛ in vasis in quibus est vinum. Nam plu rima venenosorum diligunt odorem vini ꝛ currunt ad ipsum ꝛ quandoqꝫ moriuntur in cacabis: ꝛ quandoqꝫ bibunt ex eo ꝛ vomunt in eo: et propter hoc oportet vt caueantur detecta: ꝛ quod est sub arboribus magnis ꝛ her bosa loca. Amplius considerandum est ꝙ aqua qua vtimur non sit a qua stans in qua inueniantur venenosorum species ꝛ similiter intelliga tur de herbis quibus homines vtuntur: interdum enim in talibus locis conuersantur animalia venenosa. Interdum etiam ligna quibus sapiunt naturam venenosorum in eis conuersantium ex quibus hominibus pote rit inopinata lesio cōtingere. Quādo igitur aliq̄s in stomacho suo percepe rit nocumēta puta incensionem: mordicationem: ꝛ inflammationem: an gustiam ꝛ sitim: ꝛ sudoris exuberantiam: aut somni profunditatem ꝛ stu porem: ꝛ frigus aut casum virtutis cum sudore ꝛ sincopi. His enim ap parentibus vel quibusdam horum ꝛ subito sine alia manifesta causa sta tim est succurrēdum cum vomitu prouocato cum oleo sisamino vel amig dalarum dulcium: vel accipiendum est butyrum ꝛ lac: ꝛ cibum multū et vomendum: ꝛ dato ꝙ non sequatur vomitus adhuc bonum est vt virtus veneni ex hoc destruatur vel minuatur: ꝛ si forsan venenum iam assum ptum de facto descenderit fiant clysteria. Amplius sumatur bolus arme

De vino.

Que non patiūtur venenū.

Siplicia ad idem.

De aqua.

Signa.

Remediū

nicus cum vino ⁊ fricetur totum corpus ⁊ tunc inhibeatur somnus: ⁊ vt sit ad vnum dicere fiant omnia que possunt diuertere venenum ne moueatur ad cor. Unde salua meliori sententia puta ꝙ transacta secūda vel tertia die non est malum: sed bonum ⁊ vtile fieri fleubothomiam. Et si perceperimus venenum esse frigidum quod scitur ex somni profunditate et stupore ⁊ frigore bonum est ꝙ exhibeantur calida valentia contra venenū puta allium vel ruta vel diptamum ⁊ similia calida superius enumerata ⁊ scripta in aureolis simplicium contra venena frigida: ⁊ si venenum sit calidum sumatur coriandrum ⁊ camphora ⁊ similia. Et si fuerit de hijs que interficiunt a tota specie: sicut napellus: sumatur metridatum: tyriaca: semen vrtice: agaricus: ⁊ coloquintida ⁊ semen iuniperi: ⁊ serapinum et castoreum sunt medicine bone contra venenum: quia faciunt euomere et ducunt per secessum ⁊ valent a virtute specifica. Sed q꞉ cura venenatorum ⁊ venenorum in speciali magis pertinent ad regimen curatiuū: differam hoc tractare quousqꝫ componam librum memoriale de cura egritudinum in quo laborare propono auxiliāte deo ⁊ vita comite post huius operis complementum

Que interficiūt a tota specie.

Capitulum quartum de conualescentibus.



Uoniam cōualescentes ab egritudinibus continentur in latitudine sanitatis: determinandū est hic de ipsorum regimine in generali. Sciendum igitur ꝙ quidam sunt perfecte conualescentes quia sunt perfecte mūdificati: ⁊ alij sunt non perfecte conualescentes: quia non sunt perfecte mundificati. Si autem illorum qui non sunt perfecte conualescentes nec perfecte mundificati sunt hec: appetit⁹ defectus sitis inordinata: dolor capitis: grauedo totius corporis ⁊ ꝙ eorum corpora non redeunt ad eorum virtutem: ⁊ confortationem ⁊ in somneitas ⁊ labor in somno ⁊ egestio colerica: ⁊ similiter intelligatur de vrina. Hec inꝙ ⁊ similia sunt signa imperfecte cōualescentie: ⁊ in talibus dubitamus de recidiua: nam que relinquuntur in morbis subuersionem facere consueuerunt: talium autem regimen multum appropinquat regimini egrorū: indigent enim mundificantibus ⁊ alterantibus residuū materie. Uere aūt conualescentes in quibus nihil remansit de materia morbi quod scitur ex bonitate appetitiue ⁊ ex eo ꝙ corpus reddit ad virtutem ⁊ ad carnes: ⁊ ꝙ egestiones non sunt humorales ⁊ nihil ex priori morbo relictum apparet nisi solum membroꝝ debilitas: tales inꝙ conualescentes non indigēt aliqua specie euacuationis: sed solum virtutem confortantibus ⁊ facientib⁹ corpus redire ad virtutē ⁊ solitas operationes. Commune est aūt omnib⁹ conualescentib⁹ tam mūdificatis ꝙ post crisim immediate eoꝝ regimē decet esse secūdum ꝙ fuit in egritudine duobus dieb⁹ continue ⁊ parū valde debet appropinquare ad regimen sanoꝝ: ⁊ quanto plus quis distabit a die cretica: tanto plus debet appropinquare regimini sanorum. Conualescentes enim subito permutare ad sanorū regimen esset periculosum: ⁊ quia vt dictū est virtutes conualescentis sunt debiles nihil graue est eisdēꝫ administrandum nec ex cibis nec ex potibus; nec ex ponderibus nec ex moti

Signa nō pfecte conualescētiū

Regimen cōualescētium

bus: ꝛ similiter intelligatur de alijs. Debēt enim conualescentes gradatī perduci ad exercitium facile ꝛ equale: ꝛ quantum percipim⁹ eorum membra sustinere posse sine lesione ꝛ fatigatione: tale enim exercitium est conualescentibus conueniens. Et quia conualescentibus vt plurimuz est paucus sanguis: administranda sunt que augmentum faciunt in sanguine. Conualescentium igitur cibi debent esse boni chimi ꝛ facilis digestionis: ꝛ debent esse cibi fluidi ꝛ potabiles: tales enim cibi facilius ꝛ citius digeruntur ꝛ debent eorum cibi declinare ad caliditatem subtilem cum humiditate: ꝛ sint tante quantitatis quante conuenientius digeri possunt: ꝛ ꝙ non causent grauitatem nec rugitum nec inflationem: nec debent conualescentes tolerare sitim nec famem ꝛ sepe debent comedere ꝛ parum vna vice: ꝛ si forsan hec participantur post cibum assumptum minuatur de quantitate cibi. Hora autem cibandi conualescentes est hora diei magis temperata: nec debent conualescentes comedere ad satietatem: nec debet tolerare sitim. Potus eorum sit vinum subtile clarum: boni odoris non fumosum et saporis delectabilis ꝛ trahentis ad dulcedinem ꝛ non debet esse vinum eorum forte: et nullo modo bibant aquam frigidam multam nec balneantur in ea: hec enim posset esse causa mortis ipsorum repentine. Amplius oportet ꝙ conualescentes quiescant ꝛ letentur ꝛ gaudeant: ꝛ ab euacuationibus abstineant ꝛ proprie a coitu. Coitus est enim maxime eis nociuus: vinum cum temperamento est eis conueniens ꝛ maxime subtile tenue vt dictum est. Si conualescentium crisis fuit occulta: suscipiendum est de recidiua: ideo interdicenda est eis satietas comestionis omnino ꝛ plusꝙ alijs conualescentibus: ꝛ si videris ipsos indigere euacuatione quod fieri potest per signa superius enumerata in hoc capitulo. Primo cōfortanda est virtus cum bono cibo per aliquos dies: ꝛ deinde euacuanduz cum medicina appropriata vel cum fleubothomia quod horum videas expedire. Fleubothomia tamen est euitanda conualescentibus quanto plus possumus quia communiter est paucus sanguis: interdum tamen est necessarium ipsam fieri propter aliquas causas speciales scilicet propter maliciam sanguinis: ꝛ propter illud quod remansit in eo de cineritate malorum humorum quarum necessarium est vt extrahatur sanguis malus paulatim ꝛ augeatur bonus. Somnus diurnus non multum competit conualescentibus quia mollificat eos: ꝛ si competit: hoc est quia eos quiescere facit: ꝛ de regimine conualescentium est ꝙ permutentur ad aerem contrarium aeri in quo erant infirmi. Amplius scias ꝙ conualescens vti debet his que securitatem faciunt a reliquijs egritudinis que precessit. Uerbigratia conualescens a pleuresi lenientibus pectus debet vti ex quibus securatur a pleuresi ꝛ reliquijs eius: timetur enim in conualescente a pleuresi asperitas pectoris. Amplius non est bonum ꝙ cōualescens sudat in balneo ratione virtutis sue debilis. Et si in conualescente multiplicetur sudor signum est superfluitatis. Interdum contingit ꝙ conualescentes auidi sunt in cibo suscipiendo: et tamen corpus non redit ad virtutem ꝛ venter solutus est: et in hoc casu diminuendus est cibus et aque potus: et confortandus est stomachus cum mina citoniorum aromatizata vel non aromatizata: cuius mine descriptionem inuenies in libris particularibus de medicinis compositis ꝛ similiter con-

Hora cibationis de potu

De recidiua.

De flo͂ia

De somno

Exēplum

fortandus est stomachus cum cerotis emplastris seu vnguētis stomacho appropriatis calidis vel frigidis stipticis quod magis videbitur expedire Et quia raro sunt diuturni morbi non inferentes passionem alicui mēbro principali multum considerandum in conualescentibus si aliquod mem/ brorum principalium incurrat lesionem. ⁊ eidem lesioni pro viribus resi/ stendum secundū ꝙ videri possit in libris egritudinum particularibus: ⁊ sicut dictū est de membris particularibus ita intelligatur de virtutibus naturalibus ⁊ alijs virtutibus. Nam ad illius virtutis confortationem magis est intendendum ꝙ magis viderimus debilitatem: quod quomo/ do cognoscatur ⁊ fieri poterit: ex libris scitur particularibus. Nolumus e/ nim omnia concalcare. Et hec de regimine sufficiant conualescentium.

Capitulum quintum de consuetudine.



Onsuetudo est fortis res valde: et trāsgres/ sio a consuetudine nocet nocumento magno: consue/ tudo enim obtinet vim nature: sicut igitur naturam custodire oportet sic ⁊ consuetudinem: ⁊ specialiter si consuetudo sit laudabilis indifferens in bonitate et malicia respectu eius ad quod debet fieri permutatio vnde si aliquis fuerit consuetus multū laborare: ⁊ ve lit hanc consuetudinē dimittere ⁊ in ocio viuere vel minus laborare vel aliam speciem assumere laboris: ⁊ aliud tempus vel aliū modū procul dubio multū grauabitur ex hoc ⁊ similiter intelligatur in cibis ⁊ potibus ⁊ sōno ⁊ vigilijs: ⁊ in euacuationib⁹ ⁊ animę accidētib⁹ In omnibus multum obseruanda est ꝯsuetudo si sit laudabilis vl' par⁊ lau dabilis vel īdifferēs respectu huius ad quod fieri debet ꝑmutatio. Si aūt consuetudo sit illaudabilis ex qua debeatur peruenire ad pessimas egritu dines: sicut consuetudo comedēdi malos cibos ⁊ siluestres qui in fine per ducāt ex necessitate ad pessimas egritudines. Et similiter coitus immo deratus ⁊ similes egritudines. Taliter inꝗ consuetudines corrigere opor tet ⁊ permutare vel totaliter vel saltem infra terminos latitudinis earū sed hoc debet fieri paulatim ⁊ secundū ordinem quedam: nam omnis su/ bita mutatio nocet ⁊ specialiter a cōsueta ad inconsuetā. Amplius debet sibi quis cauere ne vnius rei quantumcunꝙ sit bona consuetudinem fa/ ciat quam ipsum obseruare sit necessarium ex cuius obseruatione constri ctionem vel attritionem patiatur: verbigratia si quis vno cibo consueto semper vtatur: vel aliquo potu vel totaliter ab eis abstineat vel dormire vel moueri vel coire assuescat: ⁊ ad hoc grauiter astringat maximū incur/ ret nocumentū si interdū ab eisdem oporteat abstinere. Si igitur quodli/ bet corpus se disponere debet vt calorem ⁊ frig⁹ patiens esse possit et ad motiōes ⁊ ad nutriētia sibi necessaria aptū reddat: ⁊ vt somni ⁊ vigilia⁊ horas mansiones ⁊ domos lectos ⁊ indumenta lesione permutare possit quod quidem poterit fieri si cōsuetudo nō obseruet advnguē: sed interdū ad inconsueta transim⁹: oportet enim ad inconsueta permutare.

Mutare cōsuetudi/ nē subito pessimum est. hec Auicen.

Quinta pars. Capitulum pri mum. De fleubothomia



Quoniam fleubothomia et farmacia: ventosa: sanguisuge: cauterium: vel sectiones: interdum sunt intrātes in sanitatis regimine: et vt ad hoc op⁹ nihil contineat diminutum determinandum est de his quantum spectat ad propositum: non enim operis presentis est determinare de his prout faciūt ad curam egritudinis. Primo igitur determinabitur de fleubothomia et de considerationibus circa ipsam in sanitatis regimine. Prima igitur consideratio est ꝙ corpus simpliciter sanum seu eucratum nullomodo indiget fleubothomia: vnde in corporibus sic eucratis natura non facit aliquam euacuationem sanguinis: et hoc est signum ꝙ tali corpori sanguinis euacuatio non est necessaria sed corporibus quibusdam lapsis vel a generatione vel a tempore vel abvtroque modo fleubothomia est vtilis ꝙplurimum (et notāter dico quibusdam: sunt enim quidam quibus fleubothomia non solū non competit immo etiam valde nocet) quapropter videmus ꝙ in quibusdam corporibus lapsis natura sine artis adiutorio facit sanguinis euacuationem vel per nares vel per emorroydas vel per os vel per secessum vel per vrinam remanentibus eisdem sub latitudine sanitatis: et quia imitatur ars naturam inquantum potest: nihil mirum si adinuenerit ars modū euacuandi sanguinem in adiutorium nature: Modus autem ad hoc conuenientior est per fleubothomiam vel per ventosas vel sanguisugas. Non enim est medicina laxatiua que sanguinem euacuet: vel si sit nō est in vsu nec esse debet: quoniam est venenosa et corporis peremptiua: est enī omnino inartificiale sanguinem euacuare cum farmacia. Unde adiudicatus fuit morti qui talem medicinam per experientiam adinuenit: quia vtebatur ea ad malum et multos perimebat cum ea. Modus autem euacuandi per fleubothomiam est multum rationabilis: nam per eam euacuatur sanguis a toto corpore: et similiter omnes humores et specialiter a partib⁹ interioribus et sistere possumus cum volumus. Unde in fleubothomia non est tantum periculum sicut in medicina laxatiua: sic igitur patet ꝙ corpora lapsa a generatione vel a tempore aut vtroque modo indigent ea. Secunda consideratio est ad sciendum q̄ sunt illa corpora lapsa que maxime indigent fleubothomia ex parte lapsus naturalis et ex parte lapsus accidētalis: dicam igitur ꝙ corpora complexionis sanguinee magis indigent fleubothomia q̄ntum ex parte complexionis: et melancolica minime: sed fleumatica et colerica mediocriter. Sed colerica plus q̄ fleumatica. Et ex parte compositionis ceteris parib⁹ habentes venas latas et habitudinē carnosam et colorem inter rubeū et nigrū pilos multos et musculos bonos et fortes plus aliis indigent fleubothomia. Non igitur solum consideranda est complexio sed compositio. Amplius consideranda sunt virtus et etas et consuetudo obtinet vim nature. Nam ceteris parib⁹ corpora lapsa in naturali complexione que sūt fortioris virtutis et perfectioris etatis et magis consueuerūt magis debent fleubothomari. Uirtus enim debilis non sustinet fleubothomiam: nec etas infantilis nec senilis. Consuetudo etiam multū est obseruanda: non solū in hoc: sed etiam in aliis: et sicut dictum est de lapsibus naturalib⁹ sic suo modo dicendum est de accidenta

Prima cō siderato

Nulla est medicina q̄ euacuet sanguinē.

Scda consideratio

libus. Unde sanguineus per accidens est maxime fleubothomandus melancolicus aũt minime. Colericus et fleumaticus minime. Similiter carnosus et musculosus accidentaliter maxime et extenuatus minime. Et similiter vtentes regimine multiplicante sanguinem sicut viuẽtes in ocio et gaudio: et comedentes multas carnes et assaturas: ꝛ dulcia et bibẽtes bona vina: et non vtentes balneis nec coitu nec multũ exercitantes: tales inꝗ plus alijs fleubothomandi sunt. Et per oppositũ ieiunantes et comedentes cibaria melancolica et multũ balneantes: et coeũtes: ꝛ exercitantes: et habitantes regiones calidas in q̃bus plurima fit resolutio a corporib⁹: minime indigent fleubothomia. Et ex hoc concludit̃ ꝙ in partibus francie homines plus debent fleubothomari ꝙ̃ in partibus ytalie: quia minor multo fit a corporib⁹ resolutio in partib⁹ gallicanis: quia regio est magis frigida. Et similiter in alijs intelligit̃ regionib⁹ frigidis respectu calidarũ viuunt etiam magis deliciose ꝛ inordinate q̃ sunt cause necessitatis fleubothomie. Unde ceteris parib⁹ viuentes magis deliciose et inordinate indigent plus et sepe fleubothomia. Amplius multũ considerandum est vt qui debet fleubothomari non sit ebri⁹ nec crapulatus seu nauseatiue satiat⁹: nec in stomacho plen⁹ cibo: et ꝙ in ei⁹ stomacho non sit colera. Unde si quis habeat stomachũ multum infectũ colera ante fleubotomiam vomat coleram: et deinde comedat aliq̃d acetosum stipticum stomachi confortatiuum et post fleubothometur. Ampli⁹ habens humores crudos et viscosos et indigestos cũ sanguine mixtos nõ debent fleubothomari anteꝙ̃ sanguis subtiliet̃ sicut pri⁹ dixi. Amplius post balneum vel coitum vel forte exercitium nullomodo est fleubothomandus. Ampli⁹ post longam egritudinem cauendũ est a fleubothomia anteꝙ̃ corpus fuerit fortificatũ nisi specialis necessitas ad hoc cogat: ꝛ de hoc superius dictum est in regimine conualescentiũ. Amplius homines qui ꝯuersantur in artibus multũ laboriosis et corporũ resolutiuis min⁹ alijs fleubothomari debent ceteris parib⁹. Unde seruientes in balneis et stuphis minus sunt fleubothomandi ꝙ̃ scriptores et pannoꝝ scissores. Amplius multũ vigilãtes ceteris pĩb⁹ min⁹ sũt fleubothomãdi. Ampli⁹ hñtes stomachũ cor ꝛ epar debilia q̃b⁹ egritudĩes frigide accidere solẽt nõ sũt fleubothomãdi nisi necessitas vrgeat valde magna. Ampli⁹ in tpe calidissimo vel frigidissimo nullomõ est fiẽda fleubothomia nisi vrgente magna necessitate. Uer aũt est tp̃s valde aptũ ad fleubothomiã ꝓpter ei⁹ tẽperieꝫ: ꝛ q: assimilat̃ morbo de repletiõe: nã tales infirmitates hoc tpe maxime accidere solent: et nihil est qđ adeo tueat̃ a talib⁹ egritudinib⁹ sicut fleubothomia: fiat aũt in ꝑncipio veris cũ dubitam⁹ de egritudinib⁹ ꝯtingẽtib⁹ ex sanguinis putrefactione. Sed in fine veris quando non est tanta sanguinis multitudo: sed dubitam⁹ de humoꝝ acuitate vel calefactione et ebullitione ratione caliditatis. Autũnus autem ratione sui temperamẽti est tempus aptũ ad fleubothomiam: et precipue quando dubitam⁹ de sanguinis incineratione. Amplius multum consideranda est aeris dispositio in fleubothomia: vnde aere existente pestilentiali vel nebuloso vel turbido: et flante vento australi: vel quacũꝗ mala qualitate infecto nõ est aperienda vena ne aer infectus subintrans venaꝫ sanguinem reddat pestilentialem et infectum et sit error peior priore. Eligatur aer purus et dies clara et luminosa: et ventus magis depurans aerem cuiusmodi est

Gallici veniunt fleubothomãdi sepius.

Uer est aptũ ad fleubothomiã

Autũnus similiter est tp̃s aptũ ad fleubothomiã

boreas et non sit ventus fortis. In hyeme tamen est australis ventus eli gendus ad aeris temperiem. Amplius eligatur hora diei magis tempe rata. In temporibus igitur calidis fleubothomia fienda est ante horam tertiam;et in frigidis circa meridiem. Amplius dicunt quidam ꝙ si san guis sit colericus fleubothomia fienda est in hora motus colore: puta a tertia hora diei vsq3 ad nonam. Et si sanguis sit purus debet fieri fleu bothomia a quarta noctis vsq3 ad tertiam diei. Et si sanguis sit fleuma ticus debet fleubothomia fieri a nona hora diei vsq3 ad tertiam noctis. Et si melancolia a tertia noctis vsq3 ad nonam noctis hoc tamen nō ap- probo: quia fleubothomia semper fienda est in lumine diei nisi in casu magne necessitatis. Amplius in fleubothomia consideranda est etas lune et locus eius:similiter autem et coniunctio et aspectus. Nam in pri ma quadra lune fleubothomandi sunt iuuenculi et iuuencule. In qua etiam etate lune videmus puellas maxime pati fluxum menstruorū: sed in vltima quadra sunt fleubothomandi seniores et in temporib⁹ medijs mediocres:iuxta illud. Luna vetus vetere:iuuenes noua luna requirit. Amplius dicunt quidam ꝙ in prima quadra lune fleubothomandi sunt calide et humide complexionis:puta sanguinei. In secunda colerici: in tertia fleumatici:et in quarta melancolici. Nam prima quadra est ca- lida et humida:secunda calida et sicca:tertia frigida et humida: et quar- ta frigida et sicca:et similiter possemus dicere ꝙ si vellem⁹ euacuare san- guinem purum fiat in prima quadra. Si colericum in secunda:si fleuma ticum in tertia:si melancolicum in quarta. Amplius considerandus est locus lune. Nam si luna sit in signo aspectum habente ad aliqd mem- brum non fiet fleubothomia de illo membro. Verbigratia luna existente in signo geminorum non fiet fleubothomia de brachijs:quia hoc signum habet aspectum ad brachia. Et similiter existente in thauro non fiet fleu bothomia de vena colli: nec existente in piscibus fiet fleubothomia de venis pedum:et existente in ariete non fiet de venis capitis. Et luna exi stente in aquario non fiet fleubothomia de venis que sunt in tibijs. Am plius luna existente in signo fixo non est fienda fleubothomia nisi neces sitas immineat:puta luna existente in tauro: leone: scorpione: et aqua- rio. Eligantur ergo signa mediocria: et mobilia: et si sint signa calida et humida melius valent. Unde omnibus consideratis:luna existente in prima facie libre debet esse bona fleubothomia ceteris paribus: tum qa est signum mobile:tum quia est signum calidum ⁊ humidum. Et notan- ter dico in prima facie libre: qa transacta prima facie libre ingredit᷑ viam combustam:que durat vsq3 ad finem secunde faciei scorpionis vel circa. Aries etiam est signum conueniens ad fleubothomiam de brachijs quia signum mobile et calidum. Gemini est signum conueniens ad fleubotho miam de brachijs quia signum ca.et hu.mediocre. Sagittarius etia3 est conueniens signum ad fleubothomiam quia est calidum et mediocre. Amplius luna existente retrograda non debet fieri fleubothomia. Simi liter luna existente coniūcta signo malignoso et infortuito puta saturno vel marti non est fienda fleubothomia siue sit coniunctio corporalis siue per aspectum. Dicunt quidem ꝙ luna existente vsq3 ad secundam vel ter- tiam diem:non est fienda fleubothomia nec in decima septima die:nec in vigesimo quod dictum non teneo quia eius non video rationem.

De hora.

De luna

no

De diebus autem egyptijs in antiquo kalēdario lune scriptis breuiter me expedio: et dico naturalis quare fuerint maledicti: sed supernaturalis: nec fuerunt maledicti apud omnes gentes sed apud illos de regno pharaonis. Et si forsitan tempore illo fuisset aliqua mala constellatio: tamen per temporis processum iam fuit ista constellatio mutata: vnde nō est aliqua ratio quare tales dies sunt obseruandi immo puto ꝙ est peccatū in moribus: in lege: et in natura. Sed quia opinio vulgi est ad hoc fiendum in honorem dei: et etiam homines fleubothomari contra eorum opinionem posset eos ledere et medicis infamiam ponere stante tali vulgi opinione ego obseruabo in vulgo nisi magna necessitas immineat: sed in me et meis nullatenus obseruaui: nec obseruabo. Amplius cadit consideratio circa iuuamenta ꝗ̄plurima in sanitate conseruanda et in egritudine curanda. Ex negligentia q̄dem ipsius cū ipsa quis indiguerit accidēt apostemata intus et extra magna et parua: et scabies: serpigo: sinochus: paralisis: variole: morbilli: et sputum sanguinis: et pestilentia: et mors subita: et squinancia et lepra: ⁊ vniuersaliter ex negligentia fleubothomie omnes egritudines sanguinee vel de sanguinis corruptione vel de ipsius multitudine vel incensione contingere possunt. In corporibus ergo paratis ad tales egritudines nō negligatur fleubothomia. Fleubothomie aūt sunt plura nocumenta quando fit indebite. Ex frequenti enim minutione accidit malignitas opilationis ydropisis, et festinatio senectutis: et destructio appetitus: stomachi cordis et epatis debilitas: tremorq̄ ⁊ paralisis: demū q̄ apoplexia: et postremo omnium virtutum naturalium ⁊ animalium debilitas et imbecillitas per fleubothomie frequentiam: in quibus et quando et quotiens non oportet solet sepius euenire. Amplius circa fleubothomiam: et propter quas causas generaliter fiat fleubothomia: sciendum ꝙ fleubothomia fit quinq̄ de causis in generali. Nam fit ad euacuandum humorum omnium vel sanguinis multitudinē. Interdum fit ad minuendum partem humorum vt natura potentior fit super residuum. Interdum etiam fit ad infrigidandum. Interdum fit ad attrahendum sanguinem ad aliquem locum. Et interdum fit ad diuertēdum sanguinem ab aliquo loco. Dico ergo primo ꝙ fleubothomia fit ad euacuandum omnium humorum multitudinem vel solius sanguinis: ⁊ propter hoc dicitur a sapientibus ꝙ est euacuatio vniuersalis euacuans humorum multitudinem: quando igitur nobis apparuerint signa repletionis venarum magnarum quam impossibile est laxatiuo purgari fiat tunc magna fleubothomia: si reliqua particularia concurrant superius nominata: et fiat fleubothomia de venis magnis respicientibus totum corpus. vel respicientibus partes corporis in quibus magis signa repletionis apparent: et ad hanc intentionem fit fleubothomia in paratis cadere in synocham vel synochum: vel in similes egritudines repletionis: ⁊ ꝗ̄uis in omni fleubothomia fiat euacuatio tamē hec euacuatio maxime dicitur ad euacuandum: quia in hoc casu maior fit euacuatio et de maioribus venis: et quasi intenditur totius superfluitatis materie eradicatio. Amplius fit fleubothomia interdum ad minuendum partem humoris peccantis vt natura sit potentior in digerendo residuum et sic ista intentione potest fieri fleubothomia propter dominiū sanguinis colerici vel fleumatici aut melācolici: et talis fleubothomia debet esse multo mi

Alia consideratio

Nocumenta fleubothomie

Fleubothomia ē euacuatio vniuersalis.

minor. Et debet esse ex venis habentibus aspectum ad partem in qua nobis constiterit magis esse talem repletionem. De his autem venis ꝛ earuꝫ aspectibus adhuc dicetur. Amplius interdum fit fleubothomia ad infrigidandum ꝛ euentandum ꝛ debet esse fleubothomia parua: et isto modo fleubothomia potest fieri non existente peccato quantitatis sed solū qualitatis. Amplius fit interdū fleubothomia vt attrahatur sanguis ad aliquem locum (vt verbigratia) fit fleubothomia de sophenis pedum vt attrahatur sanguis ad matricem. Amplius aliquando fit fleubothomia ad diuertendū (verbigratia) esto ꝙ aliquis patiatur fluxum sanguinis nariū vel sputum sanguinis fleubothamia fit de venis inferioribus: puta de sophenis ꝛ basilica seu sciatica ad hoc vt sanguis diuertatur ad contraria. Et circa hoc diligenter est notandum ꝙ quanto locus a quo fit fleubothomia fuerit longinquior ꝛ directior loco a quo fit diuersio: tanto est diuersio perfectior ꝛ artificialior. Unde in patientibus fluxū sanguinis narium perfectior est diuersio per fleubothomiam sophenarum vel sciatice ꝙ per aliam aliquam venam superiorem: tamen bonū est et artificiale ꝙ hec diuersio incipiat a superiorib⁹ venis ꝛ finaliter terminet ꝑ inferiores venas

De diuersione.

Amplius circa fleubothomiam considerande sunt vene que in nostro corpore fleubothomari consueuerunt. Nolo autem in hoc opere facere mentionem de omnibus his que possunt in nostro corpore fleubothomari. Sed de communioribus ꝛ de his de quibus fleubothomando seu fleubothomari faciendo sepius assueui. Sciendum igitur ꝙ venarum harū quedam sunt particulares et alie vniuersales et communes: dicuntur autem communes ꝛ vniuersales eo ꝙ euacuant a toto corpore: ꝛ a locis principalibus totius corporis immediatius ꝛ a venis maioribus ꝛ per oppositum vene dicūtur particulares que immediate euacuant a venis minorib⁹ et non aspiciunt membra principalia immediate. Nec euacuāt sic a toto corpore cum fleubothomantur sicut maiores. Uene autem communiores et vniuersaliores sunt tres vene que reperiuntur in curuatura brachij quarum venarum superior vocatur cephalica: idest vena capitis: alia inferior basilica: idest epatis vena in brachio dextro vel splenis vena in sinistro: tertia est vena mediana que reperitur in medio predictarum ꝛ ideo mediana vocatur: ꝛ aliter dicitur vena cordis ꝛ aliter vena communis. Iste tres vene sunt alijs communiores: tum quia grossiores et maiores: tum quia membris principalibus interioribus propinquiores ꝛ directiores: tū quia cuꝫ venis totius magis colligate ꝛ manifestius apparent: et ideo cū fit fleubothomia propter euacuationem a toto corpore rationabile est ꝙ fiat ab altera istarū venarū: verūtamen est ꝙ cephalica magis aspicit superiores ptes. Et basi lica inferiores ꝛ mediana medias partes: mediana indifferenter partes superiores ꝛ inferiores aspicit. Est enim composita ex cephalica ꝛ basilica ꝛ quelibet illarum venarum habet ramos qui fleubothomari possunt in defectu illarum venarum scilicet quando non apparent. Item coitus inordinatus ꝛ vehemens maxime est cauendus propter fetum debite producendum ne semen peruersum recipiatur in matrice vt nō generet fleubothomiam. Unde regula est generalis in fleubothomia obseruanda ꝙ ceteris paribus vena grossior ꝛ apparentior est fleubotahomda. Et est circa illas venas notandum ꝙ in fleubothomia cephalice minus imminet periculum; nam sub ea non est neruus nec arteria no

Regula generalis

rabilis et quorum tactu per fleubothomiam possit periculum imminere sed sub basilica est arteria magna de cuius apertura dubitandum est: et huius vene apertura non debet esse profunda: et sub vena cordis est nervus de cuius punctura etiam multum est dubitandum cum fleubothomatur: quia nervi punctura nata est inducere spasmum. Et quanto hee vene: puta cordis ⁊ epatis sunt minores ⁊ profundiores tanto maius est periculum. Iste autem tres vene et earum rami reperiuntur in brachio dextro et in brachio sinistro: et interdum sunt aperiende in parte dextra et aliquando in sinistra. Et circa hoc cadunt considerationes plurime. Prima igitur consideratio est ꝙ in tempore frigidiore scilicet in hyeme: vel iuxta debet fieri fleubothomia de parte sinistra et tempore opposito de dextra: et vniuersaliter si ex regimine vel ex complexione naturali: vel ex etate nos percipiamus sanguinem esse grossum et melancolicum fleubothomandum est ex sinistra. Et si perceperimus sanguinem fore subtilem ⁊ colericum et calidum fleubothomandum est de dextra. Amplius si velimus attrahere a dextra fleubothomia fiat a sinistra: et econtra verbigratia. Si dubitamus de apostemate in parte dextra extrahemus de sinistra et econuerso. Si autem materia iam sit fluxa: vel per viam congestionis in loco congregata seu generata fiat fleubothomia ex illa parte in qua magis apparebunt signa replexionis. Et est notandum circa diuersionem ꝙ diuersio nunquam est facienda nisi per vnam dyametrum: puta a dextro ad sinistrum: vel deorsum: vel ad sursum: vel econuerso: secundum enim duas dyametras simul non est fienda fleubothomia diuersoria nisi in casu vbi esset magna plenitudo. Amplius circa venarum istarum apertionem sciendum ꝙ maior consideratio adhibenda est in mediana ꝙ̄ in alijs: ex eo ꝙ huius vene fleubothomia plus debilitat cor. Unde in habentibus cor debile et in paratis ad cordis tremorem et sincopim non fleubothomatur vena illa. Sed si necessitas occurrat accipiatur: vena basilica vel cephalica. Et similiter si perceperimus epatis vel splenis vel stomachi frigiditatem multum est dubitandum fleubothomare basilicam: et si necessitas occurrat fleubothomandi loco eius accipiatur mediana et sic intelligatur de cephalica. Ego autem in istarum venarum apertione habeo regulam ꝙ vena harum trium grossior et apparentior ⁊ plenior securius est aperienda. Nam et hoc conuincitur probabiliter membra super que vena habet aspectum fore calidiora et fortiora ⁊ sanguine pleniora. Notandum est ꝙ fleubothomia de vena capitis que valet ad infirmitates et ad dolores capitis et oculorum: et si non exeat sanguis in prima percussione secure potest iterari percussio quia nō est dubitandum de tactu arterie vel nerui sicut superius dictum est.

Exēplū de diuersione

De vena capitis.

Fleubothomia vene mediane: que aliter vena corporis vel cordis nominatur: valet ad infirmitates calidas totius corporis: et specialiter partium cordis et pulmonis. Et debet fleubothomia fieri cum cautela: quia sub ea est neruus. Non igitur fiat vulnus nimis profundum: vena basilica multum valet ad infirmitates epatis stomachi et splenis et debet fleubothomari cum cautela: quia sub ea est arteria: in defectu vene cephalice brachij potest capi cephalica que est in manu scilicet in radice pollicis: et

valet in casibus in quibus fleubothomia cephalice. Et quidam dicunt quod valet in illis casibus in quibus fleubothomia vene cordis et stomachi valet: similiter loco basilice brachij accipiatur saluatella que est in manu inter auricularem et medicum et valet in eisdem casibus: sed aperienda est cum timore: quia sub ea est neruus: et cum fit fleubothomia de venis que sunt in manu ponatur manus in aqua calida vt apertura vene remanet magis perfecta vt sanguis liberius et facilius exeat et manus fleubothomata minus ledatur continente. Hec igitur sufficiant de venis que sunt in brachijs et manibus que sunt in vsu: de alijs venis que sunt in collo et in capite: quia non consueuerunt aperiri in regimine sanitatis breuiter transeo. In collo enim sunt due vene quarum vna est in parte dextra et alia in parte sinistra et in hominibus cantantibus et anhelitum retinentibus mirabiliter ingrossantur et vocantur guidegi. Harum autem venarum fleubothomia valet ad constrictionem anhelitus et inceptionem lepre et impetiginem et serpiginem et egritudinem que comedit carnes que alio nomine dicitur noli me tangere: vel cancer corrosiuus. Debet autem stringi collum vt vene ingrossentur et sedeat infirmus qui debet fleubothomari super scannum et fleubothomator super caput eius et incidat venam in longitudine parum: postea sequatur ligamentum: et parum stringat ne suffocetur fleubothomatus et dimittat eum vsque mane sanatur eius vulnus. Amplius due vene sunt post aures quarum fleubothomia valet ad emigraneam et catharrum antiquum et tineam et capitis exituram. Hee autem vene sunt in loco concauo post aures et bene apparent cum stringuntur guttur et gula: et sunt in loco vbi apposito digito sentitur pulsus. Apperiantur ergo parum in longitudine et fac exire sanguinem quantum vis. Amplius in temporibus sunt due vene quarum fleubothomia valet ad capitis dolorem antiquum et apostema palpebrarum et oculorum et ad omnes superfluitates que currunt ad oculos et debet sanguis emitti vt superius dictum est. Amplius est vena in medio frontis inter duo supercilia et eius fleubothomia valet contra infirmitates antiquas faciei et turpia vlcera et ad dolorem partis posterioris capitis. Amplius est vena in puncto nasi cuius fleubothomia valet ad freneticum febres acutas et capitis dolorem antiquum et antiquam rubedinem faciei. Amplius sunt vene in lachrimalibus oculorum quarum minutio valet ad egritudines oculorum: scilicet ad scabiem et rubedinem et ad apostemata oculorum nec debet huiusmodi fleubothomia fieri ex lachrimali versus nasum propter dubium ex fistula. Amplius sunt vene in labio inferiori quarum fleubothomia valet ad rupturam: et corrosionem oris et singiue et ad fissuras labiorum et ad vlcera mala que sunt in naso. Amplius sub lingua sunt vene quarum fleubothomia valet ad apostemata gule et ad infirmitates gule et oris specialiter ad squinantiam. Amplius in quolibet pede sunt tres vene que fleubothomantur communiter: scilicet sciatica et sophena et quedam vena que est inter pollicem pedis et digitum qui sequitur. Fleubothomia sciatice valet ad passionem scie et renum. Et fleubothomia sophene valet in passionibus matricis et testiculorum et antiquam scabiem et fleuma salsum coxarum et tybiarum. Ad idem valet fleubothomia illius vene que est iuxta pollicem pedum. Et est

Vene colli

Vene post aures

Vene sub lingua.

diligenter notandum ꝙ hec fleubothomia plus debilitat ꝙ̄ fleubotho-
mia venarum magnarum ⁊ superiorum. Et ideo communiter fleubotho
mia earum post prandium: quia tunc temporis virtus est fortior. Ampli-
us post prandium humores sunt magis moti ad extrema corporis ⁊ ad ve
nas minores que sunt in membris. Ratio autem quare magis debilitat
forte est maior diuersio caloris ⁊ spiritus a corde. De venis autem maiori-
bus ⁊ communioribus que sunt in brachijs fieri debet fleubothomia sto-
macho ieiuno: et eo ꝙ tunc sanguis magis dn̄atur in eis ⁊ post cibū plus
mouetur sanguis ad venas minores ⁊ ad membra. Amplius in fleubotho
mia consideranda sunt que sunt fienda ante fleubothomiam: ⁊ que fien-
da sunt in actu fleubothomie: ⁊ que post fleubothomiam. Ante fleubo
thomiam nanqꝫ bonum est aliquantulum exercitari ⁊ moueri ⁊ euigilari
vt sanguis sit mobilior ⁊ ad euacuationē abilior. Amplius membrum fleu
bothomandum est calefaciendum ⁊ fricandum vel cum aqua calida irro
randum ⁊ lauandum vt vena fiat aptior ⁊ sanguis fluxibilior fiat ad locū
fleubothomie. Eligendus est autem fleubothomator iuuenis expertus
boni visus non tremulus: non ebriosus: non crapulosus: de cuius bonita
te ⁊ fidelitate habetur confidentia certa: et si forte fleubothomandus es-
set pusillanimus vel valde debilis ⁊ ad cuius stomachuꝫ colera fluere cō
sueuit: ante fleubothomiam comedere debet bucellam panis intinctam
invino stiptico vel odorifero vel in succo granatorum quod horum magis
videris expedire. Amplius sciendū ꝙ quidā sunt q̄ per aliquos dies ante
fleubothomiā balneādi sunt ⁊ isti sunt quorum sanguis est valde grossus
et immobilis ⁊ vene occulte. Nam per balneum sanguis subtiliatur et
mobilior efficitur ⁊ vene etiam ingrossantur. Etiam per balneum su-
perfluitates propinque euacuantur ⁊ resoluūtur: et sic cum fit fleubotho
mia de venis magnis nō attrahentur ille immundicie a venis paruis ad
venas magnas: et balneum non premittatur immundicie que sunt iuxta
cutem attrahentur ad magnas venas: verbigratia. Si immundicie es-
sent in riuulis paruis si fieret euacuatio a fonte magno: immundicie riuulo
rum possent redire in fontem. Nam fleubothomia per quandam colligan
tiam que est in venis euacuat ab omnibus venis. In tali igitur casu pre-
mittendum est balneum: sed si corpus esset valde plectoricum nullomodo
premittatur balneum. Nam magnum periculum esset ꝙ balneum ebulliti
onem in humoribus et febrem continuam vel apostema in membris prin-
cipalibus et similes morbos qui consueuerunt ex humorum ebullitione
causari. Amplius ante fleubothomiā emittēde sunt feces et vrine ne illaꝝ
superfluitatum vapores attrahantur ad venas ⁊ inficiant sanguinē: nam
vene exinanite per fleubothomiam attrahunt a stomacho et intestinis
mediantibus mesaraicis et alijs venis epatis. Amplius in vere et in e-
state in sanis fiat fleubothomia de dextra parte: et in autumno ⁊ hyeme
de sinistra parte. Sed in egris corpore existente plectorico ante fluxum
materie fiat primo de parte opposita: deinde de eadem vbi est egritudo.
Et si corpus non sit plectoricum ⁊ egritudo sit multum maligna fiat fleu-
bothomia de eadem: sed quocunqꝫ modo res se habeat materia existen-
te venenosa nunquam est diuertenda ad partem oppositam. Amplius
in actu fleubothomie multa consideranda occurrunt. Prima qui-
dem consideratio est circa vene appertionem: non enim aperienda est

Eligēdus est fleōātor fidelis et iuuenis

Multa cō siderauda sunt i flen bothomia

vena cum fleubothomo obtuso hoc enim est causa erroris et non sequitur finis intentus quia non fit apertio vene qua libere sanguis exeat et potest esse causa apostemationis loci. Amplius fleubothomator non debet fleubothomum manu premendo impellere: sed suaviter blandiendo et furtive ut fleubothomi extremitas ad interiora vene perveniat: quia si duriter impellat fleubothomũ forte caput fleubothomi rumpetur in vena occulta ruptura aut refugiet vena et non vulnerabitur usque ad interiora: sed solum in superficie tunice. Et si fleubothomator post capitis fleubothomi rupturam perfidio se insisterit ut fleubothomandum cum eo fleubothomet augmentabit dolorem et apostema. Et ergo fleubothomator temptare debet et experiri qualiter fleubothomus ingreditur cutem ãteq̃ fleubothomet: et similiter temptare debet cum secundare vult secundam percussionem si fuerit opus secunda percussione vel ad dilationem foraminis: vel ad illationem noue aperture si defectus fuerit in ictu primo. Amplius fleubothomator cavere debet ne venam impleat et sanguine inflet q̃ fleubothomare querit quia nõ inflata nec impleta melius tãgit a fleubothomo nec removetur ab ipso. Et istud verum est de impletione et inflatione immoderata: quia moderata iuvat ad impulsum fleubothomi. Amplius cum vena occulta fuerit et ipsius repletio sub ligatura non apparuerit debet solui et postea pluries ligari et inũgi oleo calido dilatativo ut camomillino et ungendo cum manu comprimi ascẽdendo et descendendo donec manifestetur. Amplius caput fleubothomi debet impelli secũdum certã mensurã non nimis profunde ne perforet venam ex utraq̃ parte et nervũ vel arteriam aliquam vene suppositã perforet. Et debet fleubothomus plus impelli quando vena est multũ gracilis et profunda et veluti sepulta in carne. Amplius fleubothomator debet apprehendere fleubothomũ cũ duob' digitis videlicet pollice et medio et dimittatur index ad palpandum venam. Et debet apprehendere fleubothomum in medio ferri vel circa medium ut firmius teneat et non vacillet. Amplius cum vena fleubothomãda prona fuerit labi ad alterũ laterũ ei' et evadere ictũ fleubothomi opponi debet ei ligatura econtrario parti illius. Et si equaliter prona fuerit labi ad utrũq̃ latus non debet in longũ fleubothomari; sed secũdum transversum. Amplius ligatura debet esse propinqua loco in quo debet aperiri vena. Et cũ ligatura venã occultaverit q̃ prius ante ligaturã apparebat ligatura soluta signãda ẽ vena et cũ debz apperiri vena taliter signata debet caveri ne vena per ligaturã labatur a rectitudine signi. Amplius cadit consideratio circa secũdationem fleubothomie fiat autem secũdatio eadem die anteq̃ vulnus sit perfecte clausum. Hec aũt secundatio fleubothomie fit quando est magna necessitas extrahendi sanguinẽ et forte propter debilitatem virtutis vel propter ignorantiam medici: vel quia cetera particularia non concurrunt vel non fuit extractum de sanguine quantũ fuisset expediens et tunc eadem die apperiatur non cum ungue sed cũ fleubothomo nã si aliẽ aperiretur vena forsan exiret sanguis bon' et subtilis et remaneret malus. Item ista secũdatio habet locum in apostematib' quã do videmus sanguinem in secunda scutella peiorem sanguine prime scutelle: et similiter intelligatur de tertia scutella respectu secunde. Considera tamen constantiã virtutis quia virtute debili existente nõ est secũdãda fleubothomia. Si voluerit fleubothomiam secundare bonum est inungere

De vena occulta

Mod' accipiendi fleubothomiam.

De ligatura.

no fleubothomū vt vulnus nō ita cito consolidetur. Amplius circa fleubotho
Qn̄ nō ex miam actualem considerandum est ꝙ interdum contingit ꝙ vena aperta
it sanguis sanguis non exit ⁊ hoc potest contingere multis de causis. Quarum pri
ma est multitudo sanguinis quare conculcatur ⁊ ingurgitatur ⁊ foramen
opilat ⁊ non exit: vel exit guttatim vel vulnere existente largo cito exit cū
filo cum vulnus percutitur in circuitu cum vngue ⁊ in tali casu bonū est
transire ⁊ screare ⁊ fleubothomatuꝫ super spatulas percutere. Secūda
causa est grossicies sanguinis ⁊ tunc nullo adiutorio bene potest exire: et
sic oportet sanguinem subtiliare cum medicinis ⁊ cibis subtiliatiuis no
no tis. Tertia causa est paucitas sanguinis ⁊ hec scitur: quia macer ⁊ exte
nuatus ⁊ tales indigent dieta resumptiua ⁊ nutriente. Quarta causa est
timor ⁊ pusillanimitas: aut quia non consueuit ⁊ tunc competit mica pa
nis in vino et aspersio cum aqua rosata ⁊ vino odorifero ⁊ verba conso
latoria. Amplius potest hoc contingere ex foraminis paruitate: ⁊ tunc
elargandum est foramen: quia aliter sanguis subtilis exiret ⁊ grossus re
maneret. Amplius egrediente sanguine tangendus est sanguis qui si
Probatio frigidus inueniatur statim est restringendus sanguis. Et similiter si in
sanguinis ueniatur calidus ⁊ subtilis valde nam in vtroqꝫ casu dubitandum est de
sincopi. Si autem sanguis fuerit calidus ⁊ mediocris substantie: vel gros
sus ⁊ vrina rubea ⁊ spissa ⁊ pulsus plenus extrahendus est sanguis in co
pia si particularia concurrunt. Amplius ponatur vna gutta sanguinis
cum egreditur supra vnguem si igitur fluat ⁊ nullo modo consistat talis
sanguis est multum aquosus ⁊ est restringēdus: ⁊ si nullomodo fluat tūc
est nimis grossus ⁊ parum est extrahendus donec fuerit subtiliatus. Si
autem mediocriter se habeat bonitas ⁊ mediocritas significatur ⁊ securi
us potest ex eo subtrahi si cetera particularia concurrant. Et similiter pro
ijciatur vna gutta in aquam ⁊ si descendat nimia grossicies sanguinis si
gnificatur: ⁊ si totaliter supernatet ⁊ diffundatur est nimis aquosus: et si
in medio modo se habeat bonus est. Amplius cum sanguis exit actu a ve
na bonum est ꝙ digitus supponatur vulneri quando parum exit de san
guine. Hec enim digiti suppositio deseruit ad duo. Primo quidem ad hoc
vt virtus reuertatur in se ⁊ non dispergatur nec debilitetur propter subi
tam euacuationem. Secūdo quidem digiti suppositione detinetur san
Nō est dor guis ad tempus aliquod quousqꝫ malus distans a loco fleubothomie pos
miēdū im set moueri. Quando igitur in corpore est apostema ⁊ fleubothomia fit
mediate ad diuertendum: maxime competit huius digiti suppositio. Ampli
p⁹ fleōiam us consideranda sunt que fiunt post fleubothomiam. Sciendum igi
tur ꝙ post fleubothomiam immediate non est dormiendum: nec ambu
landum: nec cum hominibus colloquendū nec in loco luminoso moran
dum: sed statim facta fleubothomia ⁊ loco fleubothomato decenter liga
to: si fleubothomia fuerit de brachio teneatur brachiuꝫ fleubothomatū
eleuatum ⁊ alicui parieti appodiatum per aliquod tempus. Hoc auteꝫ
fit ne sanguis decurrat ad locum fleubothomatuꝫ: quia forte locus apo
stemaretur. Et tunc satis cito ponat se ad quiescendum super lectum in
loco obscuro: nec aliquo modo iaceat super latus vnde facta fuit fleubo
thomia: ⁊ teneat oculos clausos: ⁊ solus maneat vsqꝫ ad tempus aliquod
ne spiritus dispergantur. Et interdum paretur bucella panis tosti in vi

no bono: et satis cito eam comedat. Et si stomachus sit mundus possunt exhiberi duo oua recentia sorbilia: et deinde comedat cibum suum ordinarium. Et in illa die sit cibus eius subtilis et bonus: et paucus. Et potus sit bonum vinum cum pauca aqua: et securius in die fleubothomie excedere potest in potu boni vini quam in cibo. In die fleubothomie nullo modo exercitetur: sed maneat cum socijs suis in domo sua cum gaudio. Illa etiam die nullo modo balneatur: nec aliquo modo coeat: nec dormiat. Nam dormire post fleubothomiam causat confractionem membrorum et est causa motus superfluitatum ad intra versus aliquod membrum nobile. Amplius in somno retrahitur sanguis et color: et spiritus ad centrum: et sic posset ratione motus inducti per fleubothomiam et ratione retractionis que fit in somno fieri in humoribus ebulitio: et sic possit fieri febris et apertio vene. Et specialiter quia in somno mouentur membra hominis motu inordinato et inopinato: scilicet cum quis in somno voluitur et reuoluitur: quod etiam causa esse possit crepationis vene. Sic igitur post fleubothomiam non est dormiendum et specialiter ante cibum sed post cibum per duas vel tres horas puto quod non est magnum periculum: quia in tanto spacio humores possunt esse sufficienter quietati. Securius est tamen non dormire: vel si dormiatur sit valde parum: et sit cum bona custodia propter periculum quod imminere posset. Et in sexta die a die fleubothomie potest balneare: et quinta die coire: et in quarta die exercitari Sic igitur fleubothomatus tribus diebus debet esse sine exercitio notabili: et in bono regimine cibi et potus. Et quia fleubothomiam sequitur sincopis valde sepe: et specialiter in habentibus stomachum colericum et spiritus subtiles: bonum est statim facta fleubothomia fricare extrema: et irrorare faciem aqua rosata: aut vino odorifero: et vocentur proprio nomine: et aperiatur os eorum cum ligno et detur brodium galline cum vino et potest dari dyamargariton et pliris cum musto: vel zuccarum rosatum. Hec sufficiant de hijs que fienda sunt ante fleubothomiam et in actu. Consequens est de sanguinis inspectione: et de dispositione corporum per ipsum sanguinem cognitione breuissime pertransire. Per horas igitur post fleubothomiam inspiciendus est sanguis postquam fuerit coagulatus. Bonum est autem vt sanguis extrahatur in pluribus scutellis: vt ipsius sanguis difformitas et diuersitas possit melius a medico denotari. Prima consideratio est circa hoc: quod si primus sanguis sit peior secundo et tertio: et secundus peior tertio et sic consequenter: et vltimus sit bonus: et notabilis bona: et rationabilis et sufficiens fuit fleubothomia. Et si sit econuerso: scilicet quod primus sit bonus et secundus malus: non est adeo bonum: immo signum est quod adhuc est fleubothomie: vel farmacie: vel vtriusque necessitats. In fleubothomia que fit ad diuertendum vbi locus fleubothomatus distat a loco infirmo: hoc sepe contingit et rationabiliter secundus sanguis est peior primo: et est signum perfecte diuersionis. Sed quando fleubothomia fit ad euacuandum et ex loco propinquo morbo: puta ex eadem parte: tunc primus sanguis debet esse deterior secundo: et secundus tertio. Et si oppositum contingit adhuc est fleubothomie vel farmacie necessitas. Sed in corporibus sanis que nimis distulerunt fleubothomiam sepe contin-

Ista sunt phibenda.

no

no

De his que fienda sunt post floiam

Signa. no

verte

git ꝙ primus erit melior secundo: ⁊ tunc iteranda est flebothomia satis cito. Secunda consideratio est circa sanguinis substantiam. Propter quod sciendum ꝙ in sanguine flebothomie sunt quinqꝫ substantie: scilicet melancolia: fleuma: sanguis purus: colera ⁊ aquositas vrinalis. Melancolia enim est sanguinis fex ⁊ coloris nigri: ⁊ est in infimo scutelle. Et quando est nimia huius fecis q̄titas non est bonum signum. Possumus enim iudicare talem hominem esse tristem: inuidū: curiosum: auarum: timidum: ⁊ pusillanimem. Et talis debet vti mūdificantibus melancoliam ⁊ multiplicantibus bonum sanguinem. Fleuma est quoddam albū ⁊ muscillaginosum insipidū quod est quasi simile albumini oui. Hoc enim debet esse in sanguine post melancoliam: ⁊ huius non debet esse nimia quātitas. Et si sit talis humoris nimia quantitas: possumus talem iudicare fleumaticum vel naturaliter vel accidentaliter: ⁊ esse somnolentum ⁊ rudem: ⁊ pigrum ad actiones ⁊ multi sputi. De isto tamen humore plus debet esse q̄ de melancolia. Deinde sequitur sanguis purus: cuius color dicitur esse purpureus: vel rufus: vel subrufus. Et huius humoris debet esse maior quantitas: cuius humoris si sit magna quantitas possumus iudicare talem hominem esse sanguineū: ⁊ liberalem: ⁊ amicabilem: liberalem ridentem ⁊ rubei coloris: satis audacem atqꝫ begninum. Deinde sequit̄ colera que est spuma sanguinis crocei coloris trahentis ad claram ⁊ scintillantem rubedineꝫ. Et humoris huius debet esse minor q̄titatis q̄ sanguinis ⁊ fleumatis: ⁊ maior q̄ melancolie. Si igitur sit magna q̄titas: possumus iudicare talem hominem esse colericum ⁊ per consequens esse hirsutum: fallacem: iracūdum ⁊ audacem: prodigum ⁊ ad actiones promptum ⁊ vigilem ⁊ subtilem. Et est diligenter notandum ꝙ in corpore de melancolia debet esse minimum quia est humor minus conformis vite ⁊ deinde colera: ⁊ tertio de fleumate ⁊ de sanguine plusq̄ de alijs. Et secūdum quandam estimationem veritati propinquam potest dici ꝙ sanguis est duplus respectu fleumatis ⁊ fleuma duplum respectu colere: ⁊ colera dupla respectu melācolie. Hoc vero scire punctualiter ⁊ cum certitudine est valde difficile: ⁊ de hoc in alijs perfectius apparebit. Amplius considerare debem⁹ substantiam aquosam que supernatat in sanguine coagulato sicut serum in lacte cum coagulatum est. Est enim sanguis superfluitas ⁊ colamentū sicut est serum lactis: ⁊ hec est vrinalis aquositas: ⁊ apparet similis vrine ⁊ in colore et in substantia si ponatur in vrinali. Et quando talis aquositas est similis vrine hominis sani cuius est sanguis est bonum signum: ⁊ aliter non est bonum. Et quanto aquositas talis perfectius a sanguine segregatur: tanto melius ⁊ melior digestio ⁊ decoctio in epate significatur: ⁊ ecōuerso. Hec enim aquositas debet esse in sanguine ad subtiliandum substantiam ipsius sanguinis vt liberius ⁊ facilius per venas magnas ⁊ paruas ad membra peruenire valeat. Unde non est bonum sanguinem esse priuatū totaliter tali aquositate vrinali. Nam ex hoc significatur siccitas ⁊ grossicies sanguinis: ⁊ paucus potus permixtiuus ⁊ delatiuus. Et talis aquositas minima solet esse in multum ieiunantibus et vigilantibus: ⁊ in his qui vtuntur cibis declinantibus ad caliditatem et siccitatem: ⁊ in his qui multum exercitantur ⁊ sudant: ⁊ similiter in conualescentibus. Amplius non est bonū ꝙ nimia huius aquositatis quantitas sit in sanguine. Nam ex hoc significatur defectus digestionis: vel rati

[Margin notes: Quinqꝫ sunt substātie in sanguīe — De aquositate]

one ciborum ⁊ potuū:vel ratione mēbrorum ciborum in sanguine conuer sionem facere non potentium : et significatur etiam nimia humiditas et frigiditas sanguinis:et corporis debilitas. Unde habentes stomachū fri gidum:et epar frigidū:et similiter venas:⁊ vtentes cibis frigidis ⁊ humi dis:et multum bibentes et comedentes:et specialiter multum bibentes et parum exercitantes:et non multum ieiunantes nec vigilantes:cōsue- uerunt talem habere sanguinem. Amplius in sanguine est quedam sub- stantia carnosa declinans ad albedinem. Nam sanguis incipit dealbari in venis:et sanguinis digestio vlterior vt cōuertatur in membra dealbando procedit. Hec digestio incipit in venis magnis:et per venas paruas ter- minatur finaliter ad membra digestionis tertie scilicet ad mēbra exterio- ra solida. Huiusmodi autem substantia quasi carnea manifeste apparet in sanguine post eius digestionem et ablutionem. Et quanto sanguis est pinguior vel humidior et aquosior:tanto minus est in eadem de huiusmo di substantia et quanto sanguis est grossior:nisi temperamentū excedat: et minus pinguis et inaquosus: tanto plus percipitur talis substantia. Ex multa igitur quantitate talis substantie albe bonitas digestionis in venis significatur:et sanguinis obedientia ad conuersionem in membra. Et specialiter si talis substantia inueniat̄ tractabilis manibus:nec in ea apparēt cōtenta nigra: nec ad tactū dura: et q̄ digitis fricata quasi pul- uerisantur. Ex hoc enim significatur ad lepram dispositio propinqua. Am plius si de totius substantie sanguinis ebulitionem cum cultello vel sub tili ligno incide sanguinem. Si enim non restat:sed faciliter incisioni obe diat subtilitas sanguinis significatur. Et econuerso si difficulter diuidat̄ et incidatur:grossicies et viscositas indicatur. Uiscositas sanguinis non est sine dominio aliquali humiditatis:sed grossicies potest esse cū domi- nio siccitatis sanguinis igitur grossus sine viscositate non erit glutino- sus:nec habet partes adinuicem adherentes sicut partes cathene. Sȝ san guis viscosus est glutinosus:et eius partes sibiinuicem adherēt sicut par tes cathene. Si autem sanguis nullomodo sustineat incisionem:q̄uis di uidatur:sicut apparet in aqua oleo et ceteris liquoribus:que facillime di- uiduntur sed non inciduntur:talis inq̄ sanguis est nimis subtilis:sȝ ta- lis subtilitas meo iudicio arguit indigestionem. Et quando sanguis de fa cili perforatur satis conuenienter sed non inciditur : tunc arguitur san- guinis viscositas:et talis sanguis vt plurimum est fleumaticus. Et quā do sanguis est grossus et non viscosus. Amplius considerandum est circa colorem sanguinis. Inspecto igitur sanguine in scutella:si scd̄m alium et alium situm scutelle sanguis appareat alteri⁹ et alterius coloris:sicut ap paret in collo colūbe. Significat̄ ex hoc inq̄ humorum malorum diuersi- tas cū quadam ventositate eleuante partes sanguinis:vt lumen facilius intret:⁊ scd̄m alium et alium sitū subintrans:aliū et aliū colorem causet Hoc enim arguit humorum malorū diuersitatem cū quadaȝ ventositate. Et q: tales non sunt veri colores sanguinis:ideo demū considerare debe- mus verum colorem ⁊ fixū sanguinis:q̄ color si sit rube⁹:obscurus:primo purpure⁹ bon⁹ est:et arguit bonū sanguinem. Et si color sit scintillantis rubedinis arguit dominiū colere:⁊ similiter si sit croceus:et si sit spumo- sus:arguitur ventositas. Et si sit cinericius:vel albus:vel liuidus:potest argui frigiditas et fleumatis dominiū:⁊ specialiter si cū hoc sanguis fue

De substā- tia carno- sa.

Probatio sanguinis

rit viscosus: et cetera particularia arguentia dominiū fleumatis concurrunt. Isti etiam colores possunt pronenire ex adustione: sicut patet in extenuatis et dispositis ad lepram. Color viridis etiam attestaꝛ adustioni et specialiter colore. Color niger attestaꝛ melācolie: vel per viam adustionis: vel naturali. Amplius considerare debem⁹ sanguinis saporem si placet: q̄ debet esse dulcis. Si igitur sit insipidus: arguit dominiū fleumatis si sit amarus: dominiū colere: si ponticus vel acerosus: dominiū melācolie vel fleumatis acetosi. Et si sapor sit salsus: arguit adustionē in humoribus. Ampli⁹ considerandus est sanguinis odor. Nam si boni odoris et delectabilis est: bonū signum est ⁊ boni sanguinis. Et si odor sit fetid⁹: est magna putrefactio in humorib⁹. Amplius considerare debem⁹ si sanguis per fleubothomiaꝫ extract⁹ cito coaguletur: vel tarde. Si enim cito coaguletur: nimia sanguinis grossicies significaꝛ. Et si tarde nimia subtilitas et indigestio significaꝛ. Et si mediocriter: mediocritas substantie denotatur. Hec sufficiant de considerationib⁹ habendis circa fleubothomiam. De his autem que sumūtur ex parte egritudinum ⁊ accidentiū nō est hic locus loquendi: q2 habent videri in curis egritudinuꝫ ⁊ accidentiū In hoc igitur negocio aliud tempus apponetur.

De sapore sanguinis

Capitulum secūdum De ventosis



Quoniam sani minus vtūtur vētosis q̄ fleubothomia: ideo de vētosis breuiter est pertranseūdū. Circa igiꝛ ventosationē multe cadūt cōsiderationes. Prima consideratio est de vtilitatib⁹ ventosaꝝ. Sciēdum q̄ duplex est modus ventosandi. Un⁹ sine scarificatione siue carnis incisione: ⁊ alius cū carnis incisione siue scarificatione ventosa. Ventosa sine scarificatione fit interdū ad diuertendū sanguinem ab alio loco ne euacueꝛ immoderate: sicut (verbigratia) in imoderato fluxu menstruoꝝ apponatur ventosa sub mamillis ad sanguinē diuertendū. Amplius fit interdū ad attrahendū. Verbigratia: si apostema sit profundum apponaꝛ ventosa supra locū apostematū vt materia apostematis trahatur ad extra: vt medicaminū virtus possit meli⁹ ad materiam illam peruenire. Amplius interdū fit ventosa vt apostematū materia mutetur de loco nobili ad min⁹ nobilem. Amplius interdū fit sine scarificatione: vt membrū ventosatū calefiat: ⁊ sanguis ad ip̄m trahatur: vt eius ventositates remoueanꝛ. Amplius interdū fit talis ventosa vt membrū reducat ad suū naturalem locum a quo fuit remotū: sicut fit in ruptura inguinis. Aliquando fit ad sedandū dolorem: sicut in dolore matricis et colica ventose fiūt sine scarificatione. Fiunt autē ventose cū scarificatione propter duo. Primo quidem ad euacuandū de venis magnis q̄buis nō immediate: et ventose huiusmodi posite sunt in crurib⁹ et inter spatulas. Sed sanguine existente grosso tales ventose parū valent: nisi precedant subtiliantia et ab intra per cibos et medicinas: et ab extra per fricationem et balneū. Ventosa aūt in fronte posita valde: potest conferre dolori partis posterioris capitis: et ad alias egritudines ad quas valet fleubothomia vene frontis: sed impedit rationem et intellectū. Ampli⁹ tales ventose maxime fiunt ad euacuandū sanguinem subtilem qui est prope cutē.

nō



Unde in his quibus non audemus fa cere fleubothomiam vel propter etatem:vel virtutem:aut consuetudinem:debem⁹ facere ventosas: ⁊ pōt fieri talis ventosatio cū magna scarificatione et parua. Magna quidem cū fit ad euacuandū a toto corpore:et cū parua cum sit ad euacuandū a venis capillarib⁹:et ab aliquo mēbro speciali. Et quanto sanguis est ꝓfundior et grossior:tanto debet esse maior scarpellatio. Et quanto subtilior et minus profundior:tanto fiat minor scarpellatio. Et scias ꝙ infans primo anno nullomodo debet ventosari:sed in secūdo vel tertio: et sic deinceps potest ventosari. Et dicūt quidam ꝙ post sexaginta annos non ventosetur. Dicūt quidam ꝙ ventosa non debet fieri in nouilunio:nec in fine lune:sed luna existente in magno lumine: et debet fieri hora die secunda vel tertia. Et post horam vnam ventosationis detur cib⁹. Et qꝛ ventosa et fleubothomia in multis conueniūt:et specialiter ventosa que fit ad euacuandū:tunc reducende sunt ad memoriam multe considerationes superius dicte sūt de fleubothomia. Sic igiꝉ patet propter quas causas fit ventosa. Secūda consideratio circa ventosas: est scire loca in quib⁹ ventose cōiter poni consueuerūt. Sciendū igitur ꝙ ventose apponi consueuerunt sup caput:et in fronte:et in mento:⁊ in parte posteriori colli:⁊ inter duo cornua in principio nuce. Et consueuerūt poni sub collo supra nucam:et retro in parte q̄ opponitur cordi et stomacho. Et consueuerūt poni supra renes:et in crurib⁹:scilicet in parte anteriori ⁊ posteriori: domestica et siluestri. Consueuerūt etiam apponi in loco cauillarū. Ad quid autem hoꝝ locorum ventose deseruiant:dicendū est consequēter. Quidaꝫ dicunt ꝙ ventose posite super caput conferunt amentie et scothomie:et tardant caniciem. Hoc tamen non est vꝉr recipiendū pro vero: immo potius in quibusdam corporib⁹ accelerāt canos:et intellectū impediūt. Sed ꝯferūt egritudinib⁹ oculoꝝ:puta scabiei:⁊ bothoꝛ egressioni vuee. Sed intellectum impediūt ⁊ faciūt hereditare stuporeꝫ ⁊ obliuionē. Igitur in sanitatis regimīe nullomodo ventosanda est summitas capitis. Uentosa aūt in fronte posita valde: pōt conferre dolori partis posterioris capitis et ad alias egritudines ad quas valet fleubothomia vene frōtis:ſꝫ impedit rationem et intellectū. Unde non est in sanitatis regimine facienda. Uentosa sub mento confert paruis pustulis que fiūt in ore:et egritudini dentium ⁊ gingiuarū: et multū debent iuuare in mundificatione faciei ⁊ cutis capitis. Uentosa que poniꝉ inter cornua occipitij valet grauedini ⁊ vacuitati que est in capite:et caput ⁊ faciem alleuiat: ⁊ dolorib⁹ qui sunt in radicib⁹ dentium ⁊ gingiuaꝝ auxiliaꝉ:⁊ est mirabilis in tumore faciei. Tales aūt ventose que ponūtur in parte posteriori ⁊ supra nucā debilitāt memoriā. Unde nō debent fieri:nisi iminente necessitate:nec assuescendū est ad eas. Uentose q̄ ponunꝉ inter spatulas valent egritudinib⁹ pectoris sanguineis:⁊ asmati ⁊ spasmo sanguineo. Sed stomachū debilitāt:⁊ pñt esse causa tremoris cordis alteri⁹ quā sanguinei. Uentose renibus supposite valent apostematibus coxarum : et scabiei carum:et emorroydibus: ⁊ podagre: ⁊ prurituī dorsi:⁊ ventositatibus matricis:⁊ vesice. Uentose in cruribus maxime competunt in sanitatis regimine loco fleubothomie : quia maxime repletionē diminuunt : et plus omnibus alijs ventosis. Et tales ventose maxime valent doloribus matricis antiquis : et doloribus renum et vesice : et menstrua prouocant ; et posite in parte an-

[Margin notes: "no" (line 8); "In quibus locis applicaꝉ ventosa"; "Super caput"; "In fronte"; "Sub mento"; "Inter spatulas."; "nō"]

In pedib⁹ teriori valent in apostematibus testiculorum et vulneribus coxarum et crurium. Et posite in parte posteriori valent in apostematib⁹ ꝛ exituris q̄ fiūt in natib⁹. Uentose q̄ ponuntur in cauillis pedū conferūt ad eadem atqꝫ confert illarum venarum fleubothomia: puta prohibitionem menstruorum: et sciatice: et podagre.

Capitulum tertium de sanguisugis.



Electio sanguisugarū. Onsequēter est dicere de sanguisugis. Circa quas cadunt quinqꝫ considerationes. Prima est de earum electione. Secūda de earum virtute. Tertia de ipsarum preparatione anteq̄ applicentur. Quarta de ipsarum applicatione. Quinta de ipsarum remotione potest addi consideratio. Sexta de his que fiunt post ipsarum remotionem. Propter primam sciendum ꝙ debent eligi sanguisuge de aquis mundis currentib⁹ et participantibus laudabilibus conditionibus aquarum bonarum superius enumeratis in primo capitulo scd̾e partis: et in capitulo de balneis: et in capitulo de regimine sanitatis. Et sunt aque in quibus reperiuntur rane munde q̄uis quidam asserant oppositum huius. Amplius sanguisuga debet esse subtilis sicut cauda muris parui capitis non coloris viridis: nec nigri: nec alterius mali coloris nec super eas debent esse fila coloris azuli. Eligantur ruffe quasi coloris epatis vel habentes ventres rubeos et dorsum coloris similis rei super aquam existit viriditas ꝛ non sit simpliciter viridis. Si enim sint magne et magni capitis et coloris nigri et diuersorum colorum ꝛ sint ex aquis frigidis stantibus in quibus reperiūtur animalia venenosa. Tales inq̄ sunt venenose et ex eis inq̄ contingere consueuit sincopis et apostemata mala sanguinis fluxus et febris ꝛ membrorum laxitas et vlcera fraudulentia. Propter secundam sciendū ꝙ sicut per fleubothomiam et ventosas euacuatur. Plenitudo toti⁹ membri particularis: fit etiaꝫ per sanguisugas. Uerum est tamen ꝙ fleubothomia euacuat magis profundo q̄ sanguisuga et ventosa: ꝛ similiter sanguisuga attrahit sanguinem a magis profundo q̄ ventosa. Nam attractio q̄ fit per ventosam est a calido et a vacuo. Sed attractio que fit per sanguisugam est a virtute anime et tota specie cū spiritu et calore: et ideo attractio est fortior: quia etiam attractum maiorem habet conuenientiam cū attrahente: maiorem enim conuenientiam habet sanguis attractus cuꝫ sanguisuga q̄ cum ventosa. Si igitur sanguisuga est conuenientior ad euacuandum plenitudinem et similiter a profundo q̄ ventosa. Et est diligenter notandum ꝙ dicūt quidam ꝙ sanguisuga attrahit bonum sanguinem et non malū: ꝛ scd̾m hanc viam non competūt nisi in sanguinis multitudine et non in sanguinis corruptione. Sed istorum opinio non consentio: qꝛ sapientuꝫ dictis non concordat. Nouerūt enim sapientes ꝙ sanguisuga valet in morphea et in impetigine et in serpigine qd̄ nullomō esset si attraheret sanguinem bonū et relinqueret malum. Sic enim plus noceret q̄ prodesset. Unde puto saluo meliori iudicio ꝙ sanguisuga plus euacuat malū sanguinem et corruptū et attrahit q̄ bonum propter duo. Primum quidem q̄a natura corporis retinet bonum et dimittit malum quo non indiget. Secūdo quia malus sanguis est proporcionabilior san

guisuge quam bonus. Non enim rationabile quod sanguis qui habet similitudinem et proportionem in tota specie cum membro nostri corporis habeat proportionem et similitudinem cum sanguisuga: quia sanguisuga est multum distans a corpore nostro: sed rationabilius est quod malus sanguis et corruptus qui nullam habet proportionem cum membris corporis nostri vel paucam habet proportionem cum sanguisuga et sic sanguisuga attrahit malum sanguinem qui est magis ei proportionatus et relinquit bonum. In omnibus igitur egritudinibus subcutaneis que sunt de sanguine corrupto multum valent sanguisuge et plus quam ventosa. Nam ventosa attrahit indifferenter bonum et malum sanguinem: et sanguisuga non. Sed eligit malum sibi convenientiorem relinquendo bonum. Propter tertiam sciendum est quod antequam applicentur debent servari per unum diem et procuretur quod evomant per constrictionem sic quod emittant quod est in eorum ventribus et parum sanguinis agni vel anatis proiiciatur et inde nutriantur et deinde earum immundicies cum spongia vel cum panno aspero removetur. Propter quartam sciendum quod quando volumus applicare sanguisugas in loco: ante fricetur locus et fometetur intantum quod rubeat et pori aperiantur et sanguis subtilietur et deinde proiiciatur sanguisuga in aqua dulci et mundetur et loco applicetur. Et si applicari noluerit inungatur locus cum aliquantulo sanguinis agni vel luti aque in qua morari consuevit et permittatur attrahere sanguinem quousque appareant vene plene. Propter quintam sciendum quod quando volumus eas removere a membro cui sunt applicate: hoc potest fieri cum seta caude equi aut cum aceto tepido aut cum aqua salsa aut ligno aloes. et demum abluatur locus cum vino puro et melle et securius est quod apponatur ventosa super locum et si forte sanguis fluxus non cessaret aspergatur locus gallis combustis et mastice et sanguine draconis et similibus.

In quibus egritudinibus

De casu

Capitulum quartum de cauterijs.



Quia homines sani raro utuntur cauterijs et tamen utuntur eis interdum propter operis complementum addemus hic unum capitulum breve de cauterijs que tamen spectat ad regimen sanitatis. Cum quibus autem et quomodo fiant cauteria et sectiones non est hic dicendum: hoc enim est cirurgicorum opus. Nolumus etiam hic enumerare omnes egritudines in quarum cura competunt cauteria vel sectiones. Nolumus etiam hic enumerare omnia loca que cauterisari consueverunt: sed solum dicemus generales cautellas et utilitates cauteriorum: et quedam generalia in cauterijs observanda. Sciendum igitur quod multis cauterisatio valde utilis est in exsiccando humores et in attrahendo eos a remotis et profundo ad prohibendum ne corruptio spergatur ad confortandum membrum cuius complexionem volumus rectificare et ad resolvendum materias corruptas in membro retentas. Amplius cauterisatio valet ad retinendum sanguinis fluxum. Et quando cauterium fit ad hanc intentionem ultimam cauterisatio debet esse profundior et fortior: quia si essent debilis faciens crustam que postea satis cito caderet esset error peior priore. Nam sequeretur fluxus sanguinis peior: et incurabilior priore. Homi-

Utilitates cauterij

In quibus morbis cōfert cauterisatio.

nes igitur in latitudine sanitatis existentes qui tamen sunt parati cadere in egritudines mēbrorum exteriorum contingentes ex humoribus corruptis debent vti cauterijs sicut verbigratia ad lepram et ad guttam rosaceam faciei: et vniuersaliter ad egritudines deturpantes faciem ꝑpter humiditates corruptas in cerebro retentas que nō habent spiraculū: nā tales humiditates descendunt ad faciem ⁊ ad totum corpus ⁊ causant lepram: talibus inquā ad preseruandum: et similiter ad curandum cauterisatio est bene vtilis. Et si anteq̄ materia descēderit cauterisatio fiat ī quattuor quartis capitis quousq̄ cauterisatio perueniat ad os cranei multū est vtilis vt humiditates corrupte euentationem habeāt ⁊ spiraculum ⁊ ad cetera mēbra corporis et similiter ad faciem nō decurrāt: sed talis cauterisatio inq̄ptuz peruenit ad craneum multum subtiliter est fienda ne cerebrum ebulliat et pia mater et dura ledatur ⁊ sic error nouissimus priore peior. Et omnia ista cauteria in capite facta preseruant ⁊ curant ab omnibus egritudinibus causatis vel causari possibilibus per viam reumatis descendentis a capite ⁊ sic preseruant ab vlcere pulmonis tussi asmate et squinantia: ⁊ vniuersaliter ab alijs egritudinibus quarum mater potest esse reuma descendens a capite: ⁊ specialiter si humores sint valde corrupti ⁊ in cerebro coartati. Et sicut dictū est de humoribus corruptis in cerebro: et in capite coartatis qui per cauteria capitis mūdificantur ⁊ desiccātur: sic suo modo intelligendum est de alijs membris corporis. Naz in quocūq̄ membro corporis sint tales humores corrupti per talium membroꝝ cauterisationem: mūdificantur et desiccanẗ: et membrum illud purificatur. Unde si tales humiditates corrupte sint coartate in splene: vel epate aut stomacho: vł pectore: super membris illis fiant cauteria. Et similiter intelligatur si humiditates corrupte fuerint coartate in iūcturis. Fiant enim cauteria in circuitu iuncture. Sic igitur patent tales vtilitates cauteriorum. Nūc restat ponere quasdam regulas obseruandas in cauterijs.

Regimen obseruādū in cauterisantibus.

Prima q̄ nūq̄ fiat cauterium: nisi corpore prius mundificato per farmaciam: vel ffeubothomiam: vel per vtrūq̄ istorum sicut medico videtur expedire. Secunda regula obseruanda est q̄ quando cauterium fit ad euacuandum: detineatur cauterium apertū: sed quando fit ad retinēdum sanguinem: locus cauterisatus non teneatur apertus. Tertia regula q̄ cauterium quod fit ad euacuandum: ad minus teneatur apertū quadraginta dies: et quolibet die mundificetur locus semel: vel bis: secūduz q̄ plus vel minus de ipso euacuatur: et secūdū q̄ materia est plus vel minus corrupta. Interdum lauetur locus cū decoctione foliorum edere terrestris et arboree: vt locus cauterisatus non feteat. Quinta regula est q̄ non fiant cauteria in infantibus vel valde senibus. In infantibus quidem propter membrorum nimiam molliciem. In senibus autem propter nimiam membrorum siccitatem. In his etiam etatibus membra sunt debilia: non potentia bene sustinere cauteria. Quarta regula est q̄ non fiant cauteria in temporibꝰ valde calidis: nec frigidis: nec siccis. Sexta regula est q̄ non fiant super musculos et lacertos: sed in fine vel in principio musculorum. Septima regula q̄ interdum fiant super membrū mādans: interdum super membrum per quod tanq̄ per medium mandaẗ: ⁊ interdum fiant super membrū cui mandatur. verbigratia. Si materia existens in cerebro reumatisaret ad oculos per arterias et venas corporū

anteq̄ materia fluat fiant cauteria super caput: et cum actu fluit: fiant cauteria in temporibus. Sed cum tota materia fluxa fuerit ad lachrymale: oculi fiant in lachrymali. Interdum fiant cauteria sub membro ad qḋ fluit materia: verbigratia. Si materia fluat ad faciem: potest fieri cauterium sub mento ad mundificandum faciem. Octaua regula obseruanda in cauterijs: est q̄ cauteria que fiunt sub genibus sunt vtiliora ad mundificandum totum corpus et humiditates corruptas a toto corpore. Unde talia cauteria satis deberent esse vtilia in cura lepre: et morphee: et sic de alijs. Hoc ego fui expertus in vno ex principibus huius mūdi.

Capitulum quintum de farmacia.



Et interdum ventris solutio quibusdã hominibus multum competit in regimine sanitatis scilicet ad preseruandum ab egritudinibus materialibus ex humorum corruptione. Est enim possibile q̄ laxatiua aut farmaca medicina corpus mundificet ab humore qui generari consueuit ex negligētia diete et corporis discrasia: vel naturali: vel accidentali. Nam quantūcūq; aliquis sit bone complexionis: propter nutriētia siluestria in se multiplicabit malos humores: a quibus si non mundificetur: corpus grauabitur. Et similiter quantūcūq; aliquis fuerit boni regiminis: tamen propter maliciam complexionis: ⁊ debilitatis membrorum ⁊ spirituū ⁊ virtutū: multiplicabunt in corpore mali humores: puta colera: fleuma: vel melācolia: ex quorum purgatione preseruabitur corpus ab egritudīe. Utētes igit̄ malo regimīe: ⁊ q̄ sunt male cōplexionis et nō sunt infantes neq; decrepiti: ⁊ hñtes stomachū ⁊ viscera fortia: hñtesq; corpus magnū ⁊ pingue: ⁊ sūt gulosi: ⁊ multū comedūt fruct⁹: ⁊ parū exercitant̄: ⁊ nō multū assellāt: nec sudant: nec coeūt: tales sunt maxime farmacādi. Et si nō euacuant̄: nō euadent q̄n cadent in pessimas egritudines. Et horum oppositi in cōditionib⁹ enūeratis: minime sūt apti ad medicinam laxatiuā. Et spāliter si venter eorum sit solubilis: ⁊ sint apti ad dissenteriam vel lienteriā. Et similiter si eorum corpus sit siccū. In talib⁹ enī medicine laxatiue sepi⁹ sumpte corpus debilitāt: ⁊ ethycā ⁊ ptisim adducūt. Et est diligēter notandū q̄ anteq̄ medicina laxatiua sumat̄ p̄parandum est corpus ad eā ⁊ humores sūt dirigende ⁊ preparādi: vt humores obediant euacuatōni. Qui enī conat̄ materiā indigestā euacuare: ipam nō euacuat sed sana mēbra debilitat ⁊ morbo resistētia. Corpus igit̄ preparandū ē cū nutrimētis mollificatiuis: ⁊ vnctuosis: ⁊ venarum apertiuis: ⁊ ptiēdus est cib⁹. Et vt sit ad vnū dicere corp⁹ est p̄molliendū: ⁊ humectādū nutrimēto plurimo balneo ⁊ requie. Et silr̄ si materia sit grossa ⁊ viscosa: subtilianda ē ⁊ icidēda: ⁊ si sit nimis subtilis ⁊ calida aliq̄liter ē igrossanda. Uerū est q̄ materia existēte furiosa: siue sit furiosa ratiōe mobilitatis materie vel ratione malicie: siue rōne mēbri ⁊ loci: siue ratione q̄ntitatis ⁊ q̄litatis: siue ratione accidētis inducti p̄ talē materiā: nō debet expectari digestio. Amplius obseruandū est ne q̄s recipiat medicinā laxatiuā in t̄pibus calidis valde: nec frigidis valde: s; in tēperatis: vt in vere vel autumno. Tempus etiā humidū p̄uenienti⁹ est ad medicinā laxatiuā. Multum cōsiderādū est q̄ luna nō sit in leone: ⁊ q̄ leo nō sit ascēdēs: ⁊ vniuersaliter

Isti sunt farmacandi

In quo tēpe sit farmacādum.

De luna

ꝙ luna non sit in signo fixo. Si igitur luna in signo mobili et frigido et humido. Unde inter omnia signa mihi videtur ꝙ cancer est conuenientius signum ad farmaciam ꝛ deinde piscis. Hec enim signa non sunt fixa et sunt aquatica: frigida: et humida. Scorpio est signum conueniens: q̄a aquaticum: frigidum: et humidum: sed est signum fixum. Multum etiaꝫ considerandum est ꝙ luna non sit coniuncta ioui nec corporaliter nec per aspectum: et ꝙ etiam non sit coniuncta saturno. Nam coniunctio cum ioue debilitat virtutem medicine: et fortificat virtutem naturalem corporis. Medicina autem laxatiua non euacuat humorem: nisi superande virtutes naturales corporis. Amplius coniunctio cum saturno immobilitat humores: et sic impedit operationem farmacie. Amplius considerandum est ꝙ quedam medicine sunt: super quibus postq̄ꝫ sumpte sunt multum est dormiendum: sicut fortes medicine que sumuntur in substantia pillulata. Alie sunt super quibus non tantum est dormiendum: sicut sunt medicine non ita fortes: que sumuntur per modum electuarij. Et alie sunt super quibus parum vel nihil est dormiendum: cuiusmodi sunt debiles medicine valde: et que recipiuntur in colatura. Medicine igitur que recipiuntur in substantia pillulata recipiantur de sero: et superdormiatur tota nocte. Multum autem considerandum est ꝙ pillule nō sint indurate ꝛ petrificate: nec etiam sint nimis molles: sed sint siccate de nouo. Medicine autem que sumuntur per modum electuariorum recipi debent in media nocte et superdormiatur vsqꝫ ad diem. Et que recipiuntur in colatura recipi debent in aurora: et parum vel nihil est superdormiendum: nec statim: est ambulandum: sed quiescendum: quia scimus ꝙ medicina quantūcūqꝫ sit debilis non operatur in humore: nisi primitus natura in eam egerit: reducendo de potentia ad actum. Et ideo quiescendum est super eam sumptam quo vsqꝫ appropinquet tempus operationis: et tunc mouendum est corpus hincinde: nō laboriose: nec in loco valde calido: nec frigido valde. Si enim vis ducere elleborum moue corpus: nec dormiatur aliquo modo donec medicina suam perfecerit operationē quia somnus retinet fortes euacuationes. Et similiter medicina sumpta nihil est comedēdū donec bibendum: nec medicina compleuerit suaꝫ operationem. Sunt tamen quidam debilis nature et rare compositionis: qui non possunt esse sine cibo quousqꝫ medicina suam perficiat operationem: et isti debent ante haustum medicine comedere aliquid subtile: leue: facilis digestionis. Et tales etiam postq̄ꝫ medicina incipit operari possunt comedere aliquid subtile stipticum: quod stomachum confortet: et medicinam ad inferiora deponat. Sed si necessitas non cogat: cibus et potus totaliter dimittantur quousqꝫ medicina perfecerit operationem. Scimus autem medicinam suam compleuisse operationem: ex eo ꝙ videmus mutationem in egestionibus ad humorem cui medicina exhibita nō est appropriata: tunc enim signum est ꝙ medicina ꝑficit opus suum: ꝛ tunc potest farmacatus cibari. Amplius est aliud signum: scilicet ꝙ medicina exhibita apparet in egestionibus. Naꝫ postq̄ꝫ medicina sufficiēter est operata: natura eam emittit: ꝛ tunc farmacatus comedat: bibat: ꝛ quiescat. Tertium signum est sitis: quā scimus non euenire nec ex acuitate medicine: nec humoris nec ex cōplexione stomachi. Si igitur medicina nō sit acuta: nec etiaꝫ humores in corpore q̄ debent euacuari sīt multū ca

In qua hora medicina sit accipienda.

lidi nec etiam farmacatus sit naturaliter sitibundus: tunc quidem satis patet farmacati operatio. Unde signum est purgationis sufficientis. Sed postq̃ perceperimus farmacum appropinquare ad operationis terminũ bonũ est q̃ farmacatus bibat aliquid lubricatiuum lauatiuum: et sitis sedatiuũ: et medicine repressiuũ ⁊ expulsiuũ: et huiusmodi est aqua ordei calidissima: hec enim est lauatiua: et medicine repressiua ⁊ lubrica. Et post horam diei comedat cibum subtilem facilis digestionis: et vinum limphatum bibat calidum nihil enim suscipiat actu frigidum: ⁊ dimittat illa die omnes fructus: et specialiter frigidos: et humidos laxatiuos. Et specialiter ante cibum: ⁊ precipue crudos debilitantes stomachum. Et si medicina fuerit multum acuta ⁊ farmcatus multum complexionis calide: et tempus calidum: nullo modo bibatur vinum: sed loco vini bibatur mellicratum: vel aqua scilicet zuccarata: vel bibatur aqua cocta in vino paucissimo vel debilissimo alterata. Et est diligenter notandum q̃ si quis fuerit farmacatus: vehementer purgatus: et forte timeamus vlteriorem purgationem: nullomodo bibendum est mellicratum: nec aqua zuccarata: nec similia que ventrẽ laxare possent: sed bibi debet succus citoniorũ inspissatus per decoctionem cum aqua ferrata vel aliquod simile. Interdum aũt contingit q̃ medicina exhibita non euacuat: vel quia medicina est debilis vel quia corpus est debile: vel quia ventositas grossa est in stomacho: que subleuat corpus medicine vel quia vie intestinorum sunt opilate. Si igitur videamus medicinam non operari: quia virtus est debilis: confortanda est cum cibo subtili lubrico: et postea exhibeatur aqua non multum frigida. Si autem medicina sit debilis demus aquam frigidam non nimiũ frigoris: ⁊ deinde dabimus aliqua compressiua pontica: sicut citonia pira. Hec enim medicinam ad inferiora deponunt. Si autem ventositas sit in causa vel constipatio intestinorum: clisteria sunt competens medicina: et dissoluentia ventositatem. Si autem medicina exhibita non operetur: et declinet ad superiora: et generet morsum cordis et angustiã: et estuationeʒ et prefocationem ⁊ motũ spasmosum prouocandus est vomitus. Et si viderimus q̃ declinat ad inferiora non premittantur clisteria fortia attractiua. Amplius talium medicinarum maliciam corrigit potus aque vehementer frigide et balneatio in ea: propter hoc q̃ frangit acuitatem medicine ⁊ inflãmationem: et remouet ferocitatem medicine. Etiam ad hoc conferunt tyriace species quia tales medicine sunt de genere venenosorũ Sed super omnia quando medicina non euacuat: cõfide in clisteriorũ beneficijs. Si autem cum his omnibus medicina sumpta non fuerit a corpore expulsa: ⁊ accidentia mala multiplicentur: et medicina ⁊ materia moueatur ad superius fienda est fleubothomia de sophena: et post de basilica. Uomitus autem magis prouocandi sunt quando medicina generat cordis morsum et nauseam: et facit singultum ⁊ prefocationem. Nec tamen contemnenda sunt clysteria. In hoc enim remedio confisus sum vsq̃ ad nunc: et bonum effectum inueni. Interdum etiam contingit q̃ medicina farmaca exhibita euacuat plus q̃ oportet: et tunc studendum est primo vt medicina a corpore expellatur. Amplius vt intestina confortentur ad retinendum. Tertio studendum est etiam vt materia diuertatur. Quarto vt totum corpus et specialiter cor ⁊ cetera membra principalia confortentur. Quinto etiam in casu forti exhibenda sunt stupefacientia ⁊ materiam con

Regimen.

Correctio medicinarum.

gelantia. Dico igitur primo quod si videamus medicinam secessiuam adhuc in corpore manere et corporaliter et virtualiter exhibeamus aliqua lubrica laxatiua virtutem medicine debilitantia et corpus medicine a corpore expellentia quorum vnum et optimum est aqua ordei calidissima cum mucillagine psilij vel citoniorum in potu exhibita. Hec enim faciunt virtutem medicine debilitari et ipsam a corpore expellunt et ita intelligitur in alijs.

Remediū Hoc autem remedium est bonum si videamus talem euacuationem superfluam esse ex virtutis medicine fortitudine. Amplius dico secūdo quod virtus contentiua intestinorum in tali casu est confortanda: possibile est enim talem superfluam euacuationem esse non propter medicine fortitudinem sed propter cōtētiue intestinorum debilitatem. Contentiua aūt stomachi et intestinorum confortatur cum stipticis et ab intra et extra. Ab intra autem carne citoniorum aromatisata vel non aromatisata: et ab extra cum oleo rosato vel masticino vel mirtino. Amplius dico tertio quod est studendum in diuersiōe materie (verbigratia) possibile est quod materia ad intestina fluat ab omnibus membris et tunc fricationes et balnea multū competūt ad diuertendū materiam ne moueatur ad intestina. Et ex eadem ratione interdū competūt diuretica et interdū etiam competit vomitus. Hec omnia enim diuertūt materiam ab intestinis. Amplius quia interdū medicina laxatiua euacuat vltra debitum superando virtutes corporis et vitales et naturales multū studendum est in tali casu in virtutis confortatione. Et quia somnifera et stupefacientia retinent euacuationes fortes in stante magna necessitate non est malū dare aliquam opiatam ad immobilitatem materie et ad stupefaciendam animalē virtutē hoc tamen fiendū est cū magna cautela.

Capitulum sextum de vomitu.



Quamuis homines sani simpliciter et a tēpore non indigeant vomitu: tamen homines in quorum stomachis multiplicatur fleuma et colera per vomitu ab egritudinibus preseruantur et in propria sanitate conseruantur. Si igitur huiusmodi homines vomitu vtantur secūdū quod expedit eorum stomachus a superfluitatibus mūdificatur et digestio melior efficitur et corpus renouatur caput etiam et sensus alleuiantur et visus acuitur: quod si vomitus immoderate fiat et vbi non oportet corpus desiccabitur epati et pectori necnō oculis et pulmoni nocebit: venas quoque quandoque scindit et rumpit ex quo passio accidit et emoptoica: debet enim fieri vomitus ad plus bis in mense in regimine sanitatis hominum predictorum: nec debet talis vomitus in regimine sanitatis fieri stomacho vacuo Nā talis vomitus laboriosus est nimis. Fiat igitur post cibi saturitatem et sumptionē diuersorum ciborū abhominationē habentiū et etiam quoddam modo incisiuam virtutem. Non debet vomitus fieri frequenter ne stomachus corrumpatur et virtus eius destruatur nec debet obseruari certus numerus dierum inter vnū vomitū et aliū. Habentes autem collum longum et pectus strictū et sine carne et humeros eleuatos ad modum allarum et crura tortuosa tales inquam non vtantur vomitu ad conseruandū sanitatē eorum et quia oculi multū leduntur a vomitu. Interdū cum aliquis vomere voluerit duos pannulos in rotunditate circūuoluat et super oculos ponātur et cum alio panno lato optime liget ne inde auferantur donec vomitus fit

Bōa quae pueniūt ex vomitu et etiā mala

Quib' nō confert

completus. Et postq̄ erit perfectus facies aqua rosata est abluenda. In estate quidem cum aqua rosarum simplici. In hyeme vero ponatur in ea aliquantulum ligni aloes et os abluendū est cum hydromelle vel syrupo acetoso ꝛ non statim est comedendum nec tardet comestionem donec fames sit fortis: ꝛ si contingat vomentem sitire: seda eius sitim cum syrupo citoniorum ꝛ non cum iulep nec cum syrupo acetoso quia ista duo incitāt ad vomitum: ꝛ qui vomuerit comedat carnes pullorum facilis digestiōis in gelatina vel galentina. Hec de vomitu sufficiant vt competit in regimine sanitatis. De vomitu enim laborioso qui fit stomacho ieiuno ꝛ cum fortibus medicinis non est hic determinandum: quia non competit sanis corporibus: ꝛ si interdum forte competeret ad preseruandum ab aliquibꝰ malis egritudinibus. Et eadem ratio est de eo ꝛ medicina laxatina. Unde eis que dicta sunt superius de medicina laxatiua ꝛ ex his que dicuntur de vomitu in isto capitulo patet quid sit faciendum ꝛ obseruandum in vomitu laborioso qui fit cum medicina forti. Laboriosꝰ vomitus.

Capitulum septimum de clysteribus.



Uia homines sani sepe et sepiꝰ clysteribus vti consueuerunt ꝛ similiter suppositorijs de his breuiter determinandum quantum sufficiat ad regimen sanitatis. Sciēdum igitur q̄ homines in quorū intestinis feces indurari consueuerunt: ꝛ propter quaꝫ induratione potest colica passio prouenire. Similiter in quorū visceribus ventositates multiplicari cōsueuerunt vel fleuma muscillaginosum vel ad quorū intestina pauca colera demādatur incitās expulsiuam: tales inq̄ indigent in sanitatis regimine clysteribus vel remollitiuis contra fecum indurationem vel ventositatum dissollutiuis contra ventositatem vel fleumatis euacuatiuis: ꝛ similiter intelligatur de alijs humoribus: vel aliqualiter inordinatiuis contra defectus mordificationis propter colere transmisse ad intestina paucitatem: interdum fiunt clysteria mundificatiua viscerum et cōsolidatiua ꝛ restrictiua ꝛ attractiua a remotis ꝛ īpinguatiua. Sed qr his nō vtimur ī regimīe sanitatis de his penitꝰ nulla fiēda ē mētio ī isto capitulo. Et ē diligēter notādū q̄ circa exhibitionē clysterioꝝ multe regule sunt ꝯsiderāde. Prima regula q̄ clysteria maxime fiūt ad euacuationeꝫ intestinoꝝ ꝛ ad ꝯsūptionē vētositatū in eis: ꝛ similiter ī renibꝰ. Uñ suspecti de collica passione ꝛ dolore renū ꝛ specialiter vētoso maxime debēt vti clisteribꝰ. Uñ clisteria imediate euacuāt ab ītestinis īferioribꝰ ꝛ renibꝰ ꝛ cōsequēter a ptibꝰ superioribꝰ. Euacuāt ergo ab inferioribꝰ ꝛ eradicāt a superioribus per quādā colligantiā inferioꝝ ad superiora. Secūda regula ē q̄ clisteria fortia nō debent fieri nisi materia digesta. Tertia regula est q̄ clysteria nullomodo fienda sunt cibo existente in stomacho adhuc indigesto quia attraheretur cibus indigestus ad intestina ꝛ ad epar. Quarta regula ē q̄ clysteria nō sunt nimis frequētāda ne natura debilitet. Quinta regula q̄ quādo exhibetur clystere propter renes: clysterisandus debet iacere supinus: et si propter intestina econuerso. Sexta regula q̄ non debet fieri clystere in tempore calido nec in hora calida: sed debet eligi hora aliquantulum frigida. Septima regula q̄ nō debet fieri balneū ante clystere nec in

In q̄bꝰ cōferūt enemata

Stomacho repleto nō ē dādū enema

corpore fiat mot⁹ agitatiu⁹. Octaua regula ꝙ illi q̄ sunt suspecti de emoroydibus et similibus passionibus ani: non debent vti clisteribus. Nona regula si quis timeret ne clistere retineatur poni debet in circuitu ani arena calefacta vel milium calefactum. Que autem sunt materie clisteriorum scitur ex libris simplicium.

Capitulum octauum de suppositorijs.



Suppositoria attrahunt a ptibus remotis.

Consequēter dicemus de suppositorijs: quibus sani interdum vtuntur. Sunt autem suppositoria quedam lenia non acuta: puta facta ex melle ⁊ succo mercurialis vel ex sapone gallico vel frusto caulis et similia. Et sunt alia his fortiora: vt suppositoria ex melle acuata cū scamonea vel cum euforbio vel cum coloquintida ⁊ similibus. Prima quidem suppositoria ordinantur ad ventrem remolliendum. Et secunda ordinātur ad extrahendū materiam a remotis: et specialiter a partibus superioribus. Prima quidem suppositoria magis competunt in regimine sanitatis ꝙ secunda.

Capitulum nonum de pessarijs.



Pessaria cōfortant matricem

De pessarijs autem sciendum ꝙ sicut se habent ad intestina suppositoria et clysteria sic pessaria ad matricem. Interdum autem fiunt pessaria ad mēstrua prouocanda ⁊ ad matricem mundificandum. Interdum ad restringendum menstrua. Interdum fiunt ad confortandum matricem ⁊ vt disponatur ad conceptum. Horum autem pessariorum materia scitur ex libris particularibus. Et de isto memini me dixisse superius in capitulo de regimine appropriato sexui femineo ⁊ in tractatu quē composui de regimine sterilitatis. In his etiam locis dictum est de figura ⁊ quantitate pessariorum ⁊ de modo immitēdi pessaria. Et ideo hic pertranseo ⁊ huic operi finem impono cum dei laude cuius nutu sermo recepit gratiam ⁊ doctrina perfectionem.

Tractatus de fleubothomia secundum arnaldum devilla noua



De causis fleu⁹

Fleubothomia est īcisio vene omnes humores euacuans: vnde circa fleubothomiam possunt notari quattuor. Primū ē de causis quare fleubothomia debet fieri. Secundū est quod ⁊ q̄ vene sunt de quibus facim⁹ fleubothomiam. Tertiū est in q̄bus casib⁹ ⁊ de qua vena conuenit fleubothomia. Quartū est quot et q̄ sunt q̄ debent cōsiderari in fleubothomia. De primo sic proceditur. Unde dicim⁹ ꝙ fleubothomia nō fit nisi q₂ humores peccant in q̄titate: aut in qualitate aut vtroq₃ modo vt dicit Auicena primo cañ. feñ. quarta capitulo de fleubothomia. Quantitate vt in sy̆nocha īflatiua: qualitate vt in causone: vtroq₃ modo: vt in causonide. Secūdū notabile est circa fleubothomiā devenis quot ⁊ que sunt de

quibus facimus fleubothomiam: et dicit Auicēna primo canonis capitulo preallegato qđ quādoq3 fleubothomia fit de vena: quādoq3 de arteria: tamē raro. vñ. xxxij. vene sunt de quibus facimus fleubothomiā3. Prima est in medio frontis: due sunt in angulis oculoꝝ: alia est in summitate nasi: due sunt sub lingua: due sunt in maxillis interiꝰ: ꝛ due sūt retro aures: et sic sunt decem. In vtriusq3 brachij iūcturis sunt quinq3 vene: quarum prima scdm cardinalem est cephalica: secūda est mediana: tertia cardiaca quarta epatica: ꝛ quinta basilica ꝛ cū ex vtroq3 brachio habeamꝰ decem: et prius decem sūt viginti. In manibꝰ sunt quattuor. vna. s. inter auricularem ꝛ medicū ꝛ alia inter indicē ꝛ pollicē in qualibet manu. In coxis sunt due vene in vtroq3 pede tres vna. s. interius iuxta cauillā: alia exterius: alia in medio pedis: ꝛ sic sunt. xxxij. Tertiū notabile est in quibꝰ casibus de qua vena competat fleubothomia. Unde debes scire ꝙ fleubothomiā facimꝰ vnde vena q̄ est in medio frontis in dolore capitis antiq̄to ꝛ in frenesi cōfirmata. De venis q̄ sunt in angulis oculoꝝ facimꝰ fleubothomiā3 ꝓpter ruborem oculoꝝ ꝛ in volūtariam lachrymaꝝ effusionē. De vena que est in summitate nasi in frenesi et ad clarificandū facie3: de venis que sunt sub lingua insquinātia: de venis q̄ sunt in maxillis ꝓpter dolorem dentiū: de venis que sunt retro aures in emigranea: de cephalica fit fleubothomia cōtra dolorem capitis: de mediana in passione stomachi ꝛ mēbrorum sibi adiacentiū: de cardiaca in passione membroꝝ spiritualiu3 de epatica in passione epatis: de basilica in passione membroꝝ spiritualiū de vena que est inter auricularem ꝛ medicū in manu dextra fit fleubothomia quādo timet̄ de epatica passione: ꝛ de illa que est in sinistru3 que saluatella dicit̄ in passione splenis: de alijs duabꝰ que sunt inter indicē ꝛ pollicem fit fleubothomia in passione oculoꝝ: ꝛ licet de venis que sūt in angulis oculoꝝ magis competat tamē est nimis periculosa: de venis q̄ sunt in coxa fit fleubothomia in scabie de fleumate salso: de basilica interiori fit fleubothomia in passione matricis ꝛ membroꝝ genitaliu3: de sophena exteriori in passione renū: de vena que est media contra malū mortuū Quartum notabile est de his que debēt ꝯsiderari circa fleubothomia3: et in fleubothomia debēt quattuor cōsiderari: scilicet virtus: etas: tempus: et ꝯsuetudo. Uirtus nam si virtꝰ est debilis nō debet fleubothomari: nā in fleubothomia si sit nimia ꝑditio caloris naturalis ꝛ spirituū: ꝛ tūc virtus magis debilitat̄. Etas debet cōsiderari: nam que sunt in etate puerili et in etate senectutis cōstituti nō debēt fleubothomari exceptis quibusdam carnosis senibꝰ multū abūdantibus in sanguine ꝛ calore naturali et spiritibꝰ. Medij aūt horum fleubothomari debēt decimoquarto anno vsq3 ad sexagesimū. Tempꝰ debet cōsiderari: nam in tpe nimis calido vt in diebus canicularibꝰ nō debet fieri fleubothomia: qꝛ tpe disposito ī nimia caliditate fit magna deperditio in calore naturali ꝛ spiritu quare patiēs posset incurrere periculū. Item in tpe frigidissimo nō debet fieri fleubothomia: qꝛ tūc humores sunt cōpacti ꝛ cōglobati: ꝛ ratione huiꝰ cōpactionis ꝛ ꝯglobationis per fleubothomiā nō posset fieri expeditio liberalis. Preterea notandū est ꝙ scdm diuersitatē temporū fleubothomiā fieri diuersimode precipimꝰ. Uere nāq3 in estate a parte dextra fleubothomiā dicimus optimā: qꝛ istis tpibus magis humores multiplicātur ꝛ abūdant maxime in parte dextra: autūno: ꝛ hyeme humores frigidi potiꝰ dominā-

Uirtus cōsiderāda.

tur: et hoc in parte sinistra et ideo a parte illa in istis temporibus fleubothomiam fieri iudicamus. Unde versus. Estas ver dextras autumnus hyemisque sinistras. Item sciendum est quod quattuor quadre sunt in luna. Prima est calida et humida et comparatur sanguini: et in ista fleubothomantur sanguinei et terminatur in die septima. Et secunda est calida et sicca: et terminatur in die decimaquarta: et comparatur colericis: et in ista fleubothomantur colerici. Tertia est frigida et sicca: et comparatur melancolicis et terminatur in die vicesimaprima. Quarta est frigida et humida: et comparatur fleumaticis: et in ista fleubothomantur fleumatici et terminatur in die vicesimaoctaua. Hec autem omnia intelligi debent quantum est de tempore electionis. Adhuc est aliud tempus fleubothomandi: et est tempus necessitatis: et in isto tempore non considerantur particularia: nam necessitate cogente seu vigente et virtute existente forti in omni tempore anni: et in omni quadra: et in omni hora et die licitum est facere fleubothomiam Item consuetudo debet attendi circa fleubothomiam: nam si quis usque ad tempus senectutis absque fleubothomia permanserit postmodum non sine periculo fleubothomus adhibetur. Nota quod septem sunt planete quibus inferiora generabilia et corruptibilia reguntur et ordinantur. Primus et altior est saturnus: secundus iuppiter: tertius mars: quartus sol: quintus venus: sextus mercurius: et septimus est luna. Saturnus est planeta frigidus et siccus effectissime inimicus vite: nam mors frigida et sicca est velociter inducta. Iuppiter est calidus et humidus effectissime et est amor vite: quia vita stat per calidum et humidum. Mars autem calidus et siccus effectissime sic et sol. Uenus est calidus et humidus effectissime. Mercurius est frigidus et siccus et secundum aliquos temperatus. Luna est frigida et humida. Nota autem quod si quis sibi minuat in die sabbati et in mane cum mercurius dominetur in illa hora errat: si vero hora secunda illius diei sibi minuat non errat: quia in illa dominatur iuppiter amicus vite: et sicut dico de istis planetis: ita intelligendum est de omnibus aliis proportionabiliter secundum virtutem et rigorem artis. Sed quamquam ita sit in medicina non curamus obseruare nisi cursum lune solum cuius ratio hec est: quia luna propinquior est nobis quam aliquis alius planeta et eius influentia manifestior est et sensibilior. Propter enim influentiam lune fluit mare et refluit et crescente luna crescit omne humidum: et decrescente decrescit: et quia medicus est sensibilis artifex: maxime propter illam partem que dicitur practica: ideo considerat cursum lune pre ceteris de qua luna tales dantur regule. Luna existente in coniunctione nullomodo fiat fleubothomia sic nec existente plena. Ratio prime regule talis est: quia quando luna est in coniunctione tunc non habet aliud de ea: et tunc est minus de humido in corpore viuente quam alia hora: et si tunc aliquis sibi minueretur minueret sibi humidum et fieret exsiccatio cum ex duplici parte minueretur humiditas: sed si forte sit magna necessitas fiat scarificatio in tibiis: nam sanguis tibiarum est grossus et feculentus: unde non est magnum periculum in tali diminutione. Unde accidit parisius nostris temporibus quod quidam medicus habeat quendam militem in cura et fecit ipsum minui luna existente in coniunctione et statim arripuit ipsum fluxus tam vehemens quod in triduo expirauit: quia eius retentiua fuit adeo debilitata propter defectum humidi naturalis quod humidum cibale non poterat in eius corpore

remanere. Ratio secunde regule hec est quando enim luna est plena tunc est in corpore viuente plus de humiditate ꝙ in alia hora vel etate: ⁊ tunc si quis sibi minueret exiret humiditas magno impetu: et exiret nimis de bono sanguine: sicut enim vides de dolio pleno ꝙ exit vinum magno impetu: ita exiret tunc temporis sanguis: et tunc non posset natura regulare euacuationem vt deceret: natura enim intendit bonum sanguinem retinere et prauum eijcere: sed tunc prauus sanguis et bonus sunt cōmixti quare nō potest vnum euacuari sine alio. Et consimilis ratio est ne quis minuat de vena brachij vel etiam de alia post prandium: quia tunc sanguis plus mixtus est prauus cum bono ꝙ ante prandium: et ita exiret bonus sicut prauus. Nunc ad maiorem certitudinem sciendum est ꝙ duodecim sunt partes in celo stellato quas duodecim ptes duodecim signa appellam⁹: et ꝙuis quodlibet eorum sit primū et quodlibet vltimuz: tamē omnes mechanice operationes incipiunt ab illo signo quod dicitur aries. Sunt autem predicta signa hec. Aries: taurus: gemini: cancer: leo: virgo. et illa sex dominantur alijs et dicūtur signa septētrionalia. Et in istis luna est magis obseruanda: quia in istis luna est toti terre habitabili propinquior. Alia vero sex signa dicuntur meridionalia: ⁊ sunt hec. libra: scorpius: sagittarius: capricornus: aquarius: pisces. Nunc sciendū ꝙ luna habet speciale dominium supra caput quando est in ariete: et tunc aliquis nullomodo est minuendus in capite: quia luna tantam frigiditatez infligeretur supra icisionē ⁊ fugatur calor ⁊ spūs naturalis adeo ꝙ possit esse mortificatio de facili: et est semper periculū in negocio: etiam sagax medicus semper debet expectare vel tardare incisionē capitis donec luna exiuerit arietem manet enim luna in quolibet signo per duos dies cū dimidio et paulo plus: sed de illo plus ad presens non est curandū: q2 nō facit errorem sensibilē. Luna existente in tauro habet speciale dominiū supra collum et tūc nullomodo faciēda est minutio de collo ratione ꝑdicta qua dictū est de capite. Luna vero existēte in geminis dn̄atur in brachijs ⁊ tūc ⁊ cetera. Luna vero existēte in cancro dn̄atur pectori ⁊ tūc: ⁊ cetera. Luna existēte in leone dn̄atur ventri ⁊ tūc: ⁊ cetera. Luna existēte in libra dn̄atur renibus dorso ⁊ pudibūdis ⁊ pectini ⁊ tūc: ⁊ cetera. Luna existente in scorpione dn̄atur in crurib⁹ ⁊ tūc: ⁊ cetera. Luna existēte in sagittario dominatur genib⁹: ⁊ cetera. Luna existēte in capricorno dn̄atur tibijs ⁊ tunc: ⁊ cetera. Luna existente in aquario dn̄atur sophenis id est cauillis tibiarū vel collis pedū ⁊ tūc: ⁊ cetera. Luna existente in piscibus dn̄atur plantis et tunc: ⁊ cetera. Notandum aūt diligenter ꝙ quando luna est in signis septētrionalibus tunc dominatur membris principalibus ⁊ magis vitaz habentibus ⁊ tunc nobis propinquior quare tunc maxime est luna seruāda. Quādo vero luna est in signis meridionalib⁹ tunc mēbris vilioribus dominatur: ⁊ tūc est nobis remotior ⁊ sine dubio seruāda sed nō tantuz sicut in alijs. Item nota diligenter ꝙ qui in aliqua duarum primarū regularum inciderit cum aliqua duodecima specialium regularum: tūc est magis perniciosum et magis mortiferum. Unde credo ꝙ luna existente in coniunctione et existente in ariete si quis vulneretur in capite nō euadet mortem etiam de paruo vulnere: et adhuc periculosius est luna existēte in ariete et plena et sic de alijs proportionaliter intelligendo. Unde homines fatui qui nesciunt causaz mirantur aliquando vehemēter quādo

aliquis moritur repente recepto paruo vulnere. Luna vero vicesima septima: vicesimaoctaua: vicesimanona: tricesima est timenda: qa aut est in cōiunctione: aut circa cōiunctionē. Luna vero quattuordecima semp est plena. Unde tredecima quattuordecima quindecima etiā sextadecima est timēda ⁊ scōm aliquos duodecima: qr est prope lumē plenū. Regula de luna quo ad signa breuis ⁊ vtilis: sed debes scire ꝙ sol morat in quolibet signo triginta diebus ⁊ paulo plus ꝙ non facit errorē. Et debes scire ꝙ sol ingreditur signū arietis in medio martij residet in eo vsqꝫ ad mediū mensis aprilis ⁊ de sic alijs: scito ⁊ cognito in quo signo ē sol si vis scire in quo signo est luna. hec est regula habeas kalēdariū ⁊ cōputa quot diez est luna: ⁊ adde duos dies ⁊ diuide totū per qntuꝫ ⁊ si habueris vnū quinariū per duo signa distat luna a sole: si aūt habueris. ij. quinarios ꝑ quattuor signa intellige distātiam ita ꝙ lunā intelligo ꝓcedere versus orientē. Per regulam ergo tu scis in quo signo est sol: ⁊ per istam regulā scis in quo signo est luna. Uerbigratia si ita sit ꝙ sol sit in principio arietis ⁊ luna sit quinta ipsa erit in principio geminorū: ⁊ sic de alijs signis. Nota ꝙ sophene pedum et alie parue vene ꝯsequēter fleubothomātur in vespere ⁊ post comestionem ⁊ causa est: quia tūc magis apparēt: tum propter motuꝫ factum de die: tum etiam ratione comestionis magis sunt inflate vene et magis apparētes: etiam quia grossi humores mouētur versus noctem. Alia causa est scōm aliquos: quia virtus magis debilitatur ex fleubothomia istarum paruarum venarum qui ex fleubothomia venarum brachij propter maiorem diuersionem caloris et spirituū modo virtus est fortior post cibum quare ⁊ cetera. Si vena brachij nō possit īueniri accipitur fermētum bene acre et desuper emplastretur in nocte et in mane apparebit vena et cetera. Sanguineis fleubothomia in terreis signis magis expedit. Colericus in signis aquaticis. Fleumaticis in signis igneis. Melancolicis autem in aereis signis.



Era que pigra appellatur sic fit. Reci. pulueris. ro. rube spice masticis xilobalsami carpobalsami cinamomi cassielignee assari omnium ana. drag. v. aloes drag. lxxx. teratur aloes per se ⁊ cribelletur et post cribellationem misceatur cum puluere cribellato aliarum rerum ⁊ conficiantur cum melle despumato valet in dolore capitis ex frigida causa ⁊ calida et composita: et remouet fasti dium a stomacho: et ipsum in omnibus operationibus suis confortat soluit coleram vt fleuma et omnem materiam quam inuenit in stomacho ⁊ intestinis: ⁊ vermes interficit et eos educit mortuos ⁊ viuos: datur cum aqua calida decoctionis lactucarum vel rosaruꝫ vel violarum aut cū aqua calida in frigida causa. Dosis ei⁹ est ab vno aur. ad. ℥. ij.



Uando aliquis vult componere medicinā laxatiuam ex simplicibus medicinis laxatiuis: sumat de vnaqua ꝙ quantū sufficit vni dosi ad purgationem postea si totum fuerit compositum ex quattuor medicinis accipias quartaꝫ totius ⁊ si ex quinta quintaꝫ ⁊ sic in alijs numeris (verbigratia) si fuerit medicina laxa. scamonea: aloe agarico et colloquītida: sumemus ex aloe. ℥. ij. ⁊ ex colloquin. scrup. i. ⁊ ß. ex scamonea. scrup. ß. et aga

rico.ʒ.i.ꝛ scrup.i.ꝛ.habebim⁹ in summa ex oibus collectis simul.ʒ.iiij.et scrup.iij.ꝛ totius quarta erit.ʒ.i.ꝛ quarta vnius.ʒ.ꝛ hoc sufficit vni dosi de hoc cōposito ex.v.medicinis sumes quintā partem totius.v. Reci.turbith.ʒ.i. Aloes.ʒ.iij. agarici ʒ.i.ꝛ.scrup.i.colloquin.scrup.i.ꝛ.ß.scamoneee.scrup.ß.collectis medicinis simul fit summa de omnib⁹ ꝙ erit totum ꝯpositū.ʒ.v.ꝛ.scrup.iij.cuius quinta erit.ʒ.i.ꝛ quinta vnius.ʒ.ꝛ hec quātitas de hoc composito sufficit vni dosi in homine vno.



Eneralis regula de rob quomodo fit est nominis expositio q̄d hic dicatur per rob:vbicūq₃ experies in sciētia medicine intelligas succū vel humidū actuale expressum a re post cōcussionē rei ꝛ decoctū vsq₃ ad rei spissitudinē vel quasi vsq₃ ad syrupizationē:ꝛ specialiter quando decoq̄tur ꝛ inspissatur absq₃ adiuncto fit:ꝛ pōt fieri ex qualibet re:hoc modo recipiatur res viridis ꝛ digesta siue semi digestionis ꝛ pfecte ꝯtūdit ꝛ exprimitur ei⁹ succus cū cocleari vel manib⁹ aut alio mō et colat illud quod exprimit a re:ꝛ ponitur tunc ad ignē ꝛ bulliatur donec ei⁹ medietas sit ꝯsumpta aut donec ei⁹ due medietates ꝯsūpte fuerit ꝛ de spumat ꝛ reseruat ꝛ hoc erit rob cuiuslibet rei ꝛ erit illi⁹ nature secūdū ꝙ est res ex qua deriuatū fuit:ꝛ est preter hoc nobilioris operationis q̄ res ipse secundum quod ipsum si non fuerit decoctum.



Illule cocchie q̄valēt ad oēm dolorē capitis ꝛ specialit q̄ fit ex materia fleumatica frigida et ꝯposita et ꝓpter hoc remouēt cartharꝛ ꝛ valēt in epilia obtalmia ꝛ omnib⁹ egritudinibus auriū oculoꝝ:ꝛ omniū interioꝝ sensibiliū sic fiūt.Reci.pul.pigre.ʒ.x. colloquī ʒ.iiij.ꝛ tertiā scamonee.ʒ.ij.ß.ꝛ.turbith sticados.añ.ʒ.vi.fiāt pillule ad modū cicerum grossi cum succo ruthe vel apij.Dosis earum est.ʒ.i.ꝛ.ß.vel.ʒ.i.sola.



Argarismus q̄ mundificat caput ꝛ deponit fleuma.Reci.piretri piperis.añ.ʒ.ij.sinap.ʒ.v. granoꝝ granati acetosi.ʒ.iiij.terātur ꝛ conficiātur cū melle ꝛ fiat gargarismus cū aqua calida.Aliud ad idē.Reci.sinapis sansuci.añ.ʒ.ij.aceti mellis quātū necesse est.misce antur ꝛ administrētur. Gargarismus ad paralisim torturā ꝛ grauitatē lingue.Reci.sinap.origani.ʒʒ.piperis al.piperis lon.piperis nigri piretri oim añ.ʒ.ß.baurach ʒ.iiij.ysopi succi radicis lilij celestis radicis capparis stafizagrie.añ.ʒ.iij.granoꝝ granati torrefactoꝝ sansucci sicci.añ.ʒ.viij. terātur ꝛ cōficiātur cū melle:ꝛ dissoluētur cū secaniabin mixto cū aqua ꝛ gargarisetur cū eo.Gargarismi fiūt cōtra squinātiā ꝛ dolorē in gutture:primo in principio cū succo moroꝝ imaturoꝝ ꝛ succo corticū imaturoꝝ nucū ꝛ succo berberꝝ ꝛ vino de granatis ꝛ similiū cū aqua calida repercutiūt enim materiā a loco ꝛ confortāt locū ne āplius materiā recipiat.Gargarismus qui fit in augmento confortat locū ꝛ dissoluit materiam squinantie.Dissoluatur medula cassie fis.cū aqua calida ꝛ misceatur cū succo solatri. Gargarismus qui mundificat ꝛ dissoluit omnem superfluitatem gutturis oris et gingiuarū et loca

ista omnia cōfortat. Sumatur oximellis squillitici vel eius acetū ꝛ dissol
uatur cum aqua calida: vel aqua decoctionis ysopi quod melius est. Gar-
garismus q̄ vocē clarificat ꝛ mūdificat cānā pulmonis ꝛ guttur ꝛ totum
caput ꝛ confert ad catarrum. Sumuntur ysopus yreos ꝛ liquiritia ꝛ cro-
cus terantur perfecte ꝛ misceantur cum melle. ro. ꝛ aqua calida vel aqua
decoctionis loquitur quod est melius.



Caputpurgium appellatur omne illud quo caput purgatur ꝛ specialiter illud quod ponitur cum nasali vel quod ponitur in naso aliquo modo vel ingenio per quod purgatur materia ventosa vel humorosa capitis. Scire hoc cōuenit ꝙ caputpurgium vel nascale non debet fieri nisi post purgatiōes vniuersales totius corpis. Caput purgiū quod valet ad sodam antiquā ex ventositatibus: et fleumate: ꝛ conferēs ad dolorem oculorum ꝛ aurium tinitum ex ventositatibus sic fit. Reci. fellis tauri mirre musci. añ. scrup. i. aloes. scrup. ß. terātur ꝛ fiant pillule vt lēs et cum necesse fuerit dissoluātur cū aqua calida: vel aqua dcoctionis sauine qđ meli⁹ erit ꝛ imponātur cū nascali. Aliud ad idē. Reci. castorei oppopo. croci galle adip. añ. ℥. i. terātur ꝛ cōficiētur ꝛ fiāt pillule ꝛ soluātur cū aqua ꝛ ponantur in naso cū nascali vel alio ingenio. Aliud quod abscindit descēsum lachrymaꝝ ab oculis ꝛ valet ad sodā frigidam ꝛ ventosam sic fit Reci. fellis. adip. ꝛ fellis tauri sicle succi anta. ℥. ß. misceantur ꝛ fiat caputpurgiū ex eis. Caputpurgiū quod valet ad emigraneā antiquā q̄ fit ex fleumate ꝛ ventositatibus grossis sic fit. Reci. oppopo. fellis lucij vel alterius piscis. añ. ℥. ij. lentiū amaraꝝ. ℥. vi. serapini origani. añ. ℥. i. terantur ꝛ cribrentur ꝛ fiant pillule ꝛ soluantur ex eis. ij. grana ordei cū oleo de amigdalis dulcib⁹ ꝛ oleo de auellanis ꝛ oleo de se. cucurbite ꝛ fiat ex eis caputpurgiū in capite omni mensꝭ in principio. Caputpurgiū ad sodā ex caliditate sic fit. Reci. spodij. ℥. ij. opi. grana. ij. croci. ℥. ß. terātur ꝛ conficiātur cū oleo de nenufare vel oleo violato cū lacte mulieris puellā lactātis. Aliđ ad idē Reci. amuli zuccari añ. ℥. ij. opij. ℥. iiij. spodij. ℥. gra. ß. i. croci. ℥. ß. fiāt pillule ꝛ dissoluātur cū aqua frigida. Caputpurgiū qđ valet ad furfures capitis sic fit. Reci. cāphore croci añ. ℥. ij. spodij tria grana ordei terātur ꝛ cōficiantur cū albumine oui fiāt pillule ꝛ dissoluātur cū pondere trium granorum ordei aque fluuialis aut cū lacte mulieris ꝛ oleo violato ꝛ ponatur in naso. Caput purgiū mirabile nostrū quod fecimus conferens ad debilitatem visus ꝛ tenebrositatē ꝛ pannum ꝛ lachrymas sic fit. Reci. succi cicoree succi ruthe succi eupathorij succi celidonie ꝛ eufrasie fellis thauri: lucij ꝛ gruis misceantur ꝛ fiat caputpurgiū bis vel ter in ebdomada: post purgationem factam omni ebdomada cum pillulis cochijs. Aliud. Reci. Salamā. i. radix eius. masticis. piretri. turbit. ℥℥. añ. tere. ꝛ miscere. ꝛ pone in paruo saculo lineo: inter dentes et mastica. et fleuma descendet. potest hoc fieri sine purgatiōe pcedēte: de mane tamē ꝛ ante comestionem. Aliud fit de iure maiorane abstracto per nares ad cerebrum.

Incipit astronomia ypocratis de infirmitatibus


Dixit ypocras q̄ fuit medicus ꝛ magister optim⁹. Cuiusmodi medic⁹ est q̄ astronomiam ignorat Nullus homo debe committere se in manus illius qui non est medicus perfectus. Cognoui quia opus erat sciendi astronomiā aspexi libros ypocratis ꝛ inueni librū hūc paruū sed optimū. Dicit ypocras ꝙ medicus pmo aspiciet lunā quādo est plena luminis qꝛ tūc crescit sāguis ꝛ medulla in omī hoīe ꝛ medulla in bestijs omnibus: ꝛ augmentum in mari ꝛ in cunctis mundanis rebus.


Quādo infirmitas cadit in lecto. Op⁹ ē videre si luna exeat tunc de combustione tunc enim crescit infirmitas quousqꝫ veniat ad oppositionis gradus: ꝛ quando fuerit in oppositione: aut si fuerit cuꝫ malo planeta aut in malo loco: ꝛ si aspexerit dominū mortis per hoc potest scire vtruꝫ debeat mori vel nō si habuerit longam infirmitatem vel curtam. Nunc videamus causam signoꝝ iuxta presentiā lune in eis.


Cum infirmitas cuiqꝫ acciderit quādo lūa fuerit in ariete cū marte aut cum sole erit infirmitas in capite ꝓpter caliditatē solis ꝛ dolebunt ei pulsus capitis. Habet ergo febres calidas ꝛ nō vadit caliditas ab eo patiꝉ quoqꝫ anxietatē ꝛ vix loquitur. In pectore q̄ꝫ nimiū calorē patiꝉ ꝛ dolorē in pulmone: ꝛ hꝫ vehemētissimū pulsuꝫ. Necesse est eniꝫ ei minuere de vena cordis sanguinē ꝛ vti rebus frigidis in potu et cibo minuētibus calorē ꝛ habet infirmitas seuire in frenesim. Et qn̄ cū ea fuerit mars aut saturnus morieꝉ ex hac īfirmitate infra. vij. dies die quo lūa fuerit cū sole ꝑ quartū aspectū vl' pl⁹: hoc ē si lūa addat suo lūie. Si lūa fuerit in ariete ꝛ infortunā aspexerit quadrato: aut oppositione ꝛ si fuerit illa infortuna saturn⁹ erit infirmitas in capite: ꝛ ēt ista infirmitas ducet eū extra mētē ꝛ faciet insanū: ꝛ nūc crescit ꝛ nūc minuitur ꝛ est simul q̄ videre nō pōt. Si nō ab astronomia nescis nō poteris scire ei⁹ īfirmitatē. Et si fuerit lūa in diminutiōe lūīs aut graduū qn̄ reuertiꝉ ad primū aspectū saturni. i. qn̄ eū dimisit ꝛ ꝑ aliū aspectū eā aspexerit: terminatur infirmitas siue in bono siue in malo: ꝙ si aspexerit īfortunā morieꝉ: ꝛ si nō aspexerit meliorabiꝉ. Et qn̄ lūa dimiserit illos aspect⁹ de q̄b⁹ diximꝰ ꝙ deberet terminari: ꝛ inuenit iouē vel venerē ꝑ aliquē aspectū anteqꝫ veniat ad cōbustionem super eum stabit infirmitas donec luna veniat in aspectū: aut in oppositione solis: ꝛ sic illos non inuenerit et inuenerit mercurium morietur: et si inuenerit martem meliorabitur: et hec infirmitas erit de aliquo fleumate albo. Et quando infirmus presentit infirmitatem et fuerit luna addens in suo lumine: et gradibus: et mars et sol in ariete erit infirmitas in capite ꝛ in rosan. et nascitur ei apostema in capite de fleumate albo: et exiet ei sanguis de naribus et oportet cū vti frigidum et opus est ei medicina vnde apostema moriatur: et si fuerit luna cum mercurio in loco solis euadet infirmus: sed primum habebit magnum periculum. Ideo mercurius cōcordat cum marte in vno negocio: sed mars nō fa

cit sic cũ saturno: ꝛ moritur quãdo saturnus fuerit in loco solis: sed si fuerit ipse iupiter cũ eo ibidẽ: vel mercurius aut venus habebit egritudinem diuersam si aspexerit eã mars vel saturnus aliquo aspectu opus est illi vt det ei medicinã lenẽ quãdoqꝫ sedet: quandoqꝫ se volutat. Pone sedez eius in loco alto ꝛ vt possit videre per totũ ꝛ balneo vtatur,: ꝛ sedeat plane: et dormire fac eũ plane: ꝛ da ei aquã frigidã: ꝛ da ei mãducare quodvis. Quia quãdo sic est aspectus nõ est opus ei dare medicinã iuxta phisicaꝫ vel sicut placet. Et quãdo aspicit eã mars ex opposito vel quadrato illa infirmitas est ex sanguine ꝛ sentit caliditatẽ ꝛ siccitatẽ ꝛ dolet in nocte ꝛ non potest dormire ꝛ habet voluntatẽ bibendi vinũ aut res actu frigidas ꝛ est ei necessariũ minuere sanguinẽ: ꝛ dare medicinã que eũ reddat frigidũ ꝛ humidum. Et si fuerit in isto saturnus cũ luna venerit ad eũ ꝛ nõ inuenerit fortunã morietur vsqꝫ ad dies nouẽ a die quo ipsum primo cepit infirmitas si fuerit addens in suo lumine ꝛ gradibus ꝛ aspexerit eam mars ex septimo vel quarto ꝛ luna venerit ad saturnũ ꝛ mercurius cũ ea erit hec infirmitas ex frigiditate aut fleumate: ꝛ erit totus fractus ꝛ dirupt⁹ ꝛ vix pauca loqui poterit: ꝛ stomachus erit ei induratus ꝛ non poterit digerere calebit interius. Medicina laxatiã erit ei necessaria quia illa infirmitas est de colera alba. Aspice lunã quãdo veniet ad oppositũ loci in quo fuerit et cũ ibi erit habebit magnũ periculũ ꝛ laborẽ ꝛ moritur si nõ iueneris cũ lũa aliquam fortunam in vno signo: ꝛ si inueneris cũ ea fortunam quoadusqꝫ ad viginti octo dies euadet.

Si luna fuerit in tauro. iij.



Ed cũ aduenerit infirmitas ꝛ lũa ẽ in tauro ꝛ mars ꝛ sol ibi cũ ea habebit hãc infirmitatez in nocte in pectore ꝛ lingua erit sibi conbusta ꝛ habebit magnũ calorẽ in oculis in ore: vadit raro ad sellã et balbutit ꝛ habet febrẽ ex sanguine ꝛ nimiã sitim patitur: opus ẽ ei medicina laxatiua ꝛ sanguis minutio. Mãducet q̃cquid velit: ꝛ bibat de frigido caueat de calido. Et aspice quãdo lũa fuerit in trino aspectu ad solem: si diminuitur infirmitas viuet: si crescit moritur quando luna erit in opposito solis: sed si inuenerit iouem vel venerem non moritur.

Si luna fuerit in geminis. iiij.



I luna fuerit in geminis quãdo accidit infirmitas vel aspexerit eã mars vel saturn⁹ ex opposito vel quarto ẽ infirmitas de eo quod perdit somnũ aut qꝛ habuit aliquã tristiciã vel nimiã cogitationeꝫ de aliquo negocio dolebit totũ corp⁹ ꝛ durabit hec infirmitas cẽtũ dieb⁹: postea hẽbit calorẽ in corde ꝛ cuꝫ iacet in nocte se multum extendit ꝛ dolebit epar et si nõ fuerit cũ lũa vna ex fortunis morif vsqꝫ ad dies xxx. Cũ aũt fuerit lũa in geminis addẽs in suo lumĩe ꝛ gradib⁹ ꝛ mars aspexerit eã ex. iiij. vel. vij. erit hec infirmitas ex colera rubea ꝛ febres hꝫ ꝛ pulsus est ei vehemens minuat ꝛ frigidũ vtaf. Si autem saturnus fuerit in illo aspectu et nulla fuerit fortũa moritur qñ lũa venerit ad oppositũ ab illo in quo erat quãdo cepit infirmitas: sed si aliqua fortuna eã aspexerit

nis ad sanitatem conseruandā ita vt nō fiant eis egritudines alique vel non conferat nisi tantū ad preseruationem corporis ab egritudinib⁹ magnis. Et vtrū generaliter preseruet corpus ab egritudinibus que generantur ab humorib⁹ frigidis duob⁹ siue sint fortes. siue sint debiles: ꝛ si non ꝯfert generaliter ad hoc si fortasse confert quibusdā egritudinibus q̄ non sunt magne vl' si fortassis nō confert. Et dico ꝙ in iuuamēto tyriace in cōseruatione sanitatis ingredit̄ studium difficile: nos em̄ inuenim⁹ omnes medicos ꝛ nō solum Galienū immo oēs alios ab ipo q̄ dicunt ꝙ ad hoc quod dictum est etiam cōfert ꝛ ꝙ nobiliores ex nobilib⁹ sui tpis ꝛ ditiores vtebātur ea singulis diebus: et quidā ex eis vtebatur ea bis in die: et ille qui vtebatur ea quottidie potest eam securius bibere q̄ ille qui non bibit de ea nisi ter vel quater sine nocumēto: et hoc quidē scripsit Galienus in libro suo quē fecit de tyriaca. Et dixit Abohali ꝙ tyriaca confortat a tota specie calorem naturalē ꝛ dat ei multitudinem virtutū illorum per que curātur omnes egritudines: ꝛ dat sanitatem oibus membris. Radix tamen verboꝝ Galieni est in his multum ꝯtraria: ꝛ est ꝙ medicine q̄ conferunt venenis sunt medie inter corpora ꝛ venena: ꝛ hoc dixit in libro suo vbi de simplici medicina: si em̄ nutrimētum tantum est id qd̄ conseruat sanitatem pfectam ꝛ medicina ꝯseruat sanitatem lapsam. Uenena vero sunt que destruūt sanitatem ꝛ medicine existentes in tyriaca sunt medie inter corpora ꝛ venena ꝛ oēe cōpositum declinat in virtute sua versus latus materieꝝ vincētium sed supreme vincētes in tyriaca sunt vincentes venena que destruūt sanitatē: sed id quod vincit cōtrarium magis forte est fortius ex quo sequit̄ ꝙ medicine existētes in tyriaca sūt fortiores medicinis ꝯseruantibus sanitatem lapsam ꝛ medicinis curātibus egritudines que cōiter eueniūt sicut etiam he dispositiones sunt debiliores venenis in ei⁹ compositione. Uidet̄ ergo ꝙ tyriaca sit media inter corpa et venena. si est medicina fortior medijs ꝛ debilior venenis: ergo nō cōseruabit sanitatem q̄ conseruant medie nec curabit egritudines quas ipe curant: qm̄ est fortior oibus eis: ꝛ si ꝯseruat sanitatē aliquā erit illa sanitas illi⁹ qui est p̄paratus cadere in egritudines humoꝝ similiū venenis: ꝛ si iterū curabit nō curabit nisi que ex illis est ꝛ manifestū est ꝙ species istaꝝ egritudinum in hoīe nō sunt nisi pauce: ideoq3 dicem⁹ ꝙ ꝯseruat sanitatē illorum qui timēt ne cadant in egritudīes istas: ꝛ dicūt quidā. s. Auicēna de virtutibus cordis ꝙ illū qui cōtinuat vsum tyriace: nō oportet timere ne operetur in ipo medicina venenosa: sicut dicit Galien⁹ de illis regib⁹ q̄ cōposuerūt metridatum ꝛ ꝯseruabat̄ complexio ei⁹ super eis in vita naturali. Et quidam dicūt ꝙ nō creditur: quoniā cū venenosa medicina sit ꝯtraria corpori homīs nō euadit corpus ab ipa quin in ipm̄ opatur: nisi postq̄ factum est simile veneno: quoniā id qd̄ in aliud nō agit est tale quale id ꝓculdubio est ei simile ꝛ res que in aliā agit ei est ꝯtraria. Et iā3 quidē declaratum est in libris antiquoꝝ et inter eos nō est diuersitas in hoc: et si corpus homīs in quo dixerūt nō operari venenum simile veneno ꝛ venenum ꝯtrarium est corpori humano: tūc manifestum est: ꝙ corpus homīs illius per vsum tyriace est factum diuersum a corpore alioꝝ hoīm nō est possibile vt remaneat hō: ꝛ si remanet: nō remanebit q̄n tempore pauco transacto redeat ei⁹ complexio ad cōplexionē illorum qui habēt humores venenosos. Si vero dicat aliquis ꝙ q: corpus hoīs nō patitur ab opatio

ne venenosorum: nec ei nocet: nō est hoc dicendū est simile. i. nō puenit ratione similitudinis q̄ habeat cū venenis: sed hoc puenit qz virtute medicine liberātis a veneno corpus hoīs est effectū ex toto p̄riū veneno: adeo q̄ veneno resistit taliter q̄ venenum in ip̄m nō pōt: sed hoc est factū qm̄ cōplexio illius est in vltimo ɔtraria cōplexioni medicinaꝝ venenosaruꝫ ⁊ est fortior venenis: intantū q̄ in ip̄o nō opabūtur ⁊ vincet hō venenum ita q̄ nō vincit ab ip̄o. Ad hoc dicemꝰ q̄ si sic est videt̄ q̄ corpus hominis redeat in hoc simile: certe verū est medicinis vincētibus venenū interiꝰ assumptis: nō aūt exterius approximatis medicinis vincētibus venenū: ⁊ esset corpus mediū inter medicinas ⁊ venena: ⁊ videt̄ q̄ nō remaneret eiꝰ cōplexio in termino naturali si fieret simile medicinis talibꝰ exterius approximatis: ⁊ ille q̄ pmutatur a termino naturali: ea pmutatione quam diximus: possibile est vt corrūpatur: ⁊ hec corruptio erit egritudo procul dubio. Et si reperiat̄ non eius cōplexio redeat scd̄m moduꝫ quem diximꝰ erit simile ei. s. veneno. Quidā dicūt q̄ fuerūt vsi tantum q̄ ɔuertebatur eis in nutrimētum: ⁊ hec est res que egredit̄ viam nature: ⁊ de cōsuetudine quidē artis medicine nō est vt res exerceat in corporibꝰ naturalibus: que egrediūtur viā naturalē: ⁊ corpora quibꝰ nō confert scd̄m plurimū in regimine sanitatis vsus tyriace: sed egrotare facit illa nō iuuātur: etiam per illam in curatione egritudīs: si egritudines ille essent debiles ex his nō similibus venenis. Inquit Auerroys hoc est qd̄ dicemꝰ in hac re: ⁊ ego quidē iam p̄cepi socijs meis famosis in arte medicine: q̄ curabāt filios regis vt prohiberēt eis vti tyriaca in regimīe sanitatis: ⁊ nō vterētur ea cōtinuo. Et qz nō ɔsiderauerunt. s. vsus tyriace dānificauit multū eos: quia ɔtinuare vsum tyriace nō est credo bonum in cōseruatione sanitatis corporis cuius cōplexio est sicut cōplexio que est temperata scd̄m plurimum in hoībus: ⁊ si sic est nec meliori cōplexioni q̄ medici considerāt que reperitur raro vt dicūt: sed sunt eā cōmemorati vt sit eis sicut statera ponderanti q̄ qn̄q3 ex corporibꝰ ab eq̄litate lapsis fuerit: sicut etiā nō inuenimꝰ cōplexionē in qua generātur egritudines similes venenis nisi parū. Et si sic est totū quod dictum est oportet vt nō vtatur tyriaca in ɔseruatiōe sanitatis que est temperata in pluribus hominū: ⁊ maxime in illis q̄ sunt ex eis sunt iuuenes. Ista em̄ sanitas que scd̄m plurimū est reperta in hominibus: dignum est vt dicatur naturalis: quia res naturalis est in ea secundum plurimū vel scd̄m maiorem victoriā. Sanitas aūt que est in fine perfectionis: ⁊ nō est inuēta nisi parum: sicut etiam sanitas que est in fine melancolie nō est reperta nisi parū. Et hec sunt due extremitates que sibiinuicem sunt cōtrarie: ⁊ id qd̄ inter eas est manifestum q̄ est inuētuꝫ scd̄m plurimum: ⁊ si sic est hec erat illa species sanitatis ad cuius conseruationē facte sūt medicine q̄ ab egritudīe defendūt futura. Ad cuiꝰ etiaꝫ egritudinis curationē facte sūt medicine q̄ curāt egritudīes q̄ scd̄m plurimum reperiūtur in his tribus: quoniā medicine quibus curamus istas egritudines sunt genus aliarum medicinarum a medicinis quibus curantur venena. Medicine em̄ quibus curamus venena sunt medie inter medicinas ⁊ venena: ⁊ radix est vt non vtatur medicus in curationibus egritudinū medicinis cū qbꝰ curant̄ venena: ⁊ hec duo gn̄a medicinaꝝ sūt in hoīe ⁊ natura diuersa. Sꝫ qm̄ egritudīes q̄ exeūt naturā aliaꝝ egritudinū sūt sīles venenis; ⁊ similant̄ etiā medicinis q̄ curāt venena sui opatio

ne operi medicinarum que curant egritudines ideoqȝ tyriaca est compo-
sita ex duabus medicinarum speciebus: ⁊ generatur in ea complexio me-
dia inter medicinas que curant egritudines ⁊ inter medicinas que sūt me
die inter medicinas ⁊ venena: ⁊ propter hoc possibile est vt curet egritudi
nes aliquas ex egritudinibus alijs ab his que similantur venenis: illas
eñ iuuant vel id quod est minus eis parum: ⁊ melius in eo quod diximꝰ
est vt ꝓpinentur medicine curātes egritudinem egritudinibus tantum:
cum ꝓpinari debent curando corpus: ⁊ medicine curātes venena venenis
tantuȝ: sed quoniā tyriaca est composita ex duabꝰ speciebus: resultat hec
medicina aggregata ⁊ approbata in egritudinibꝰ ⁊ venenis: sed nō oībus
egritudinibus generaliter: sed tantū vł illis duabus speciebꝰ supradictis
vel eis que sunt eis ꝓxime. Sed quoniā distiguere has duas species egri-
tudinum quādoqȝ est difficile medico: ideo necessarium est: vt bene ꝓui-
deat medicus dando tyriacā in curatione egritudinū: ⁊ ꝓpterea studeant
medici in mensura potus tyriaca plusq̄ in alijs medicinis cōpositis: quo
niam in tyriaca sunt medicine curātes venena: ⁊ si vtātur eis in egritudi
nibus necessarium est vt faciant hoc cū cautela magis: ⁊ ideo in egritudi
nibus sit minus de potu eius: q̄ sit potus cōtra venena: ⁊ diuersificēt po
tum tyriace in venenis scđm fortitudinem veneni ⁊ eiꝰ debilitatem: et si-
militudo que est inter medicinas que curāt venena et medicinas que cu-
rat egritudines quas iam diximꝰ: est ꝙ omnes species operationū quas
efficiūt medicine in egritudinibꝰ sunt eedem cum eis quas complēt medi
cine ꝓprie venenis. i. curātes venena: quoniam sicut quedaȝ ex medicinis
proprijs egritudinibus sunt que curāt egritudines suis qualitatibꝰ. i. ca-
liditate frigiditate humiditate ⁊ siccitate: quando egritudines fiūt ab il
lis ⁊ est vt quelibet curetur suo cōtrario. i. calidum frigido ⁊ econuerso.
Et similiter etiam sunt ex medicinis venenosorum que operantur in eis
suis qualitatibus ꝓprijs. Et sic sunt ex medicinis egritudinum quedam
que curāt suis virtutibꝰ secūdis et tertijs: sicut dissoluēdo apperiēdo ⁊ le
niendo ⁊ faciēdo totuȝ quod purgat membra ab humoribꝰ: ⁊ attrahit eos
a corpore. i. a membris nutritionis: ⁊ motus ⁊ sensus ⁊ mēbris virtutum
cōmunium inter alia: id est a membris virtutis extimatiue potētie aīe: si-
militer sunt ex medicinis venenosoꝝ quedam que illud faciunt suis vir-
tutibus secūdis: ⁊ tertijs amplius sicut sunt ex medicinis egritudinum:
quedā que curāt eas per id quod sequitur in cōpositis mixtionem cōtra-
riarum qualitatū: ⁊ quod vocat Galienus totam speciem: similiter etiaȝ
sunt ex medicinis venenosorum que faciunt illud a tota earum specie: si
venenum sit operans a tota specie: ⁊ hec venena sunt deteriora omnibus
alijs sicut egritudines que a tota earum specie sunt mortifere sunt dete-
riores omnibus alijs: intātum ꝙ nō inuenitur eis cura: nisi acciderit ꝙ
inueniretur medicina que curaret illam a tota specie: ⁊ si totum est sicut
dictum est: quoniam tyriaca vnit in se duas species medicinarum simul
videtur mihi ꝙ curet venena curatione perfecta. curet etiaȝ egritudines
similes venenis: sed egritudinibꝰ que nō sunt hmōi plus nocet q̄ prosit:
sicut nocent medicine fortes approximate in egritudinibus debilibꝰ: ⁊ sic
nocent etiam medicine curātes in conseruatione sanitatis: sed medicine
conseruantes in curatione egritudinū nō imprimunt effectum de quo sit
curandum: et iste medicine sunt cibus et medicine simul. Et ego quidem

intellexi de antiquis medicis: ꝙ ipsi non curabant nisi cum cibis qui erãt cibus et medicina: et hoc erat quoniam homines temporis illius prohibebantur per leges et decreta eorum ab vsu malorum nutrimentorum: et a malis cogitationibus. et cogebantur exercitari a magistris ipsorum exercitio conuenienti complexioni eorum cuiuscunqꝫ. Et secundum hoc videtur mihi ꝙ tyriaca non erat eis necessaria nisi contra venenum: et forte si esset eis necessaria ad curationes egritudinuꝫ non sumebant de illa nisi modicum: quoniã Galienus ꝛ preter eum multi ex antiquis dicunt ꝙ plurime ex egritudinibus que accidunt tempore nostro. sunt nonvenenose sicut pleuresis: et apostema membrorum principalium vt cordis epatis et membrorum similium eis. et preter istas multe ex egritudinibus exeuntibus naturã aliarũ exitu multo ꝛ que interficiunt subito. Et si totũ est ita ille qui vtitur isto tempore tyriaca vel precipit alijs necesse est vt sit sapiens in fine sapientie perfecte. presertim cum voluerunt vti ea in curatione egritudinum vel in conseruatione sanitatis specialis: scilicet eius qui paratus est labi in egritudinem humoruꝫ similium venenis. Et hoc quod diximus sic intelligere possumus: ꝙ genus idem medicinarum curat egritudines aliquas. et preseruat corpus ab eis: sed melius est vt dicamus ꝙ egritudinem curantes sunt fortiores medicinis que preseruant. Oportet etiam vt sint medicine a medico scite in fortitudine: et debilitate sua: vt sciat fortitudinem earum et debilitatem: secundum gradum tenoris egritudinis ad quam parati sunt labi: sicut oportet etiam medicum scire medicinas cum quibus curat secundum gradum egritudinis: in fortitudine et debilitate. Cunqꝫ sciuerunt totum hoc scilicet genus egritudinum: que fiunt ex humoribus: et que ex venenis: et genus medicinarum et compositionem cuiuslibet illarum. et essentiam tyriace et eius generationem ex duabus speciebus medicinarum. et propter quam causam a primordio fuit inuenta eius compositio. etiam que sit eius compositionis causa secunda. possibile erit ei vt sciat qua hora non vtetur. Et ego narrabo tibi nũc: vbi licitum sit ea vti et vbi non: et dicam illud etiam ꝙ dixerunt de ea homines et quod experti sunt de ea: et quod verificatum est de natura eius in hac re: et eius operationibus in corporibus humanis. et dicam ꝙ consuetudo medicorum est diuidere egritudinem in simplicem et compositã. et iterum subdiuidunt simplicem in malam complexionem cum materia et in illam que est sine materia: et in illa que est sine materia nonvtuntur tyriaca. siue sit calida siue sicca: et cum fuerit in fine violentie sue: sicut febris ethica. siue etiam sit egritudo vniuersalis vel propria vni membro. in mala autem complexione cum materia vtuntur ea quando fuerit ex flegmate et melencolia existentibus in fine maliciei: et non vtuntur ea in egritudinibus sanguineis: et colericis. nisi quando colera fuerit multum exiens naturalem terminum: et in ipsa est etiam multa cautela necessaria. si cum ea sit febris non vtemur ea parum nec multum. si vero non est febris et fuerit colera eruginosa vel praxina ex quibus fit vomitus vel fluxus ventris fortes. In his etiam oportet vt sit cautela maior: et est q̃m cum colera sit calida non est licitum vti ea in peccato eius: sed quando hec species colere non recipit digestionem nec absolutionem a medicinis ei contrarijs: et tyriaca inualescit super ea et eius substantiam destruit et extrahit de corde. et ideo videtur ꝙ in ea conferat si detur: et ordo vere cu

rationis in hoc est vt aspiciat medicus ad duo mala: et ꝙ fortius est id curet: quia fortius est periculum eorum deueniendum ad mortem subitaneam. In fluxu autem diuturno causato ab humoribus frigidis et humidis. videtur mihi ꝙ tyriaca sit conueniens ad curam: et iam dixerunt medici ꝙ tyriaca curat fluxus ventris diuturnos. quorum causa ignoratur. et videtur mihi ꝙ hoc dixerunt quoniam sicut in tyriaca sunt ex medicinis venenorum: quorum causa ignoratur. sic etiam in ea sunt ex medicinis egritudinum: que similantur venenis. Ego tamen vidi diuturnum fluxum: qui erat ex colera et melencolia adustis. et preceperunt vri paucitate tyriace et mortuus est: et propter hoc secundum me laudabile est vt nõ vtatur aliquis tyriaca in fluxibus diuturnis: nisi in eis qui sunt de materijs frigidis ex membris frigidis. Si autem fuerit ex humoribus adustis equalitatem exeuntibus non vtatur ea nisi exitus esset ad adustionem similem venenis. si vero fuerit adustio parua. tyriaca in eis adustionem augebit. Utemur tamen ea in fluxibus et vomitibus in quibus timetur aduentus mortis: sicut in illis qui propter nimiam comestionem accidunt: et dicunt ꝙ multum confert in hoc et dixerunt ꝙ confert in fluxu diuturno et non dixerunt si fluxus sit ex humoribus colericis aut frigidis et hoc dictum sic esse non potest. et vtimur tyriaca in fluxu sanguinis narium et in stringendo fluxum sanguinis per anum vel ex mẽstruis. quando superfluit quoniam tyriaca confert multum: nam propter eam ingrossatur sanguis: propter illud quod est in ea de opio: et confortat virtutem continentem sanguinez in venis: propter id quod est in ea ex stipticis medicinis: quoniam ostensum est nobis et manifestum: quoniam sanguis naturaliter est in eis et Galienus dabat eam bibere ei qui expuebat ex pulmone: propter sanguinem accidentem ex vlceratione rerum accutarum descendentium a cerebro. Et eius quidez iuuamenta in hac egritudine sunt multa: et sunt ista quoniam sedat et tollit tussim eius qui habet eam propter opium qui est in ea: et desiccat vulnus propter medicinas desiccatiuas humiditatis accidentalis que est in ea et prouocat somnuz: et maxime quando est recens. et alphalonia secundum ꝙ mihi videtur est melius sanguini ex pulmone exeunti: et confert in alijs membris a pulmone: quoniam est efficatius in congelatione sanguinis. et augmento somni et sedatione tussis. Et ꝙ nobis iterum ostendit ꝙ tyriaca curat fluxum sanguinis vndecunqꝫ sit: est illud quod dixerunt ꝙ tyriaca confert morsibus animalium ex quibus causatur fluxus sanguinis similiter igitur prodest in consolidatione vulnerum pulmonis. Et dictum antiquorum est: ꝙ tyriaca confert a principio ethice forte causate a pthisi et confert vulneri pulmonis a principio ⁊ in fine. et confert etiam omnibus egritudinibus neruorum. quia egritudines neruorum sunt ex humoribus frigidis: ⁊ curat apoplexiam et paralesim. et curat torturam faciei: et spasmum: et tremorem quando sunt ex materia que non est calida. Et quidam dixerunt medicorum ꝙ alicui ex speciebus spasmi scilicet ei que est ex calore nocet. videtur mihi ꝙ si hoc accidat non est nisi per viam accidentis. non per se quia scilicet in neruis fiat egritudo calida: et dixerunt ꝙ confert venenis materierum corrosiuarum super quas tempus est prolongatum. et videtur mihi ꝙ si sic est prodest quoniam ipsa incidit et frangit materiam illius ve-

neni quod est in fine malitie: et quoniam desicat; vulnera que accidunt post thenasmon. Caue ne des eam quando ipsa sunt ex colera et quod sint antiqua: quoniam quando sunt antiquiora vtuntur in eis medicinis fortibus ad mundificationem vlceris. Item quando intromittuntur trocisci de arsenico et hec vlcera consumunt carnes: et maxime quando sunt in membris que velociter recipiunt putrefactionem. et quando sunt in membris calidis et humidis. et quando sunt in locis expulsionis: sicut in renibus et vesica. et dare tyriacam in principio est vtile valde: et hoc est manifestum: et etiam in egritudinibus inficientibus cutem vt est serpigo impetigo morphea alba et nigra et scabies et tyria et similibus illis: et dixerunt vt vtatur tyriaca homo in idropisi: et hoc incedit via rationis. si cum ea non sit febris et si non est ex causa calida. et dixerunt quod in hac egritudine detur cum aceto. et hoc quidem est accidentale quoniam acetum ledit epar. sed miscetur ipsum quia videtur quod accetum addat siccitatem et diureticitatem. melius tamen est vt hoc fiat in ydropisi que est causa splenis. vel possibile est vt detur acetum in duritie epatis que est propter ydropisim: et postquam fecerit quod ydropisis diminuatur vel datur propter aggregationem medicinarum mollitiuarum que sunt in tyriaca ad dissoluendum duritiem et acetum multum confert in hoc admixtum medicinis mollitiuis. et possibile est quod hoc sit verificatum propter experientiam quoniam ratio non transcendit hoc nec debet hoc immutare dissolutionem: quoniam vtile est inquantum vult ratio. nec oportet tamen vti ea donec videatur id per experientiam. Iste quidem sunt plures ex egritudinibus cum materia in quibus secundum plurimum confert tyriaca. que sunt ex melencolia et flegmate et illis ex eo quod est compositum ex eis. Et vtimur etiam eam doloribus quorum causa est ventositas grossa naturam egrediens sicut ventositas colice supra. et non detur in colica cuius causa est sanguis vel colera vel apostema et vniuersaliter non detur in aliquo dolore qui generatur ex apostematibus: quia apostemata que sunt cum dolore secundum plurimum sunt de genere apostematum calidorum. Et da eam in dolore stomachi renum et vesice si cum eis non est apostema nec expectetur post ipsum. Et dixerunt quidam quod detur tyriaca in dolore lateris sed non detur nisi postquam dolor fuerit prolongatus propter humorem ventosum vel sine febre. Et detur in potu indifficultate partus sicut medici narrauerunt et indiget cautela: quoniam secundum plurimum interficit embrionem et quando moritur fetus fit difficultas pariendi maior et possibile est quod non conferat in difficultate partus nisi difficultas partus sit ex debilitate virtutis expulsiue vel propter mortem embrionis et quia tyriaca expellit sanguinem menstruorum expellit embrionem. In egritudinibus autem compositis que sunt sicut apostema et de febribus duarum specierum dicit Galienus quod confert si fuerit quartana et post apparitionem digestionis sed ante digestionem facit crescere febrem et causa huius est quoniam humores post eorum digestionem mouentur ad expulsionem secundum motum nature quoniam natura illo tempore immutat humores corruptos: et si detur in principio mouentur immutatione violenta: et corrumpuntur et expanduntur per corpus; et crescit inde febris et causa huius est:

quoniam digestio naturalis completur in tempore determinato et scito. Et iam narrauit Galienus ondimio philosopho cũq̧ conuenerunt medici romani vt daretur ei tyriaca in principio febris sue cuius causa erat melencolia excrescebat ex ea febris et conuenerunt ꝙ prodesset in febribus diuturnis in quorum paroxismorum principio accipit frigus et confert febri que accidit cum forti tremore: sed secundum sermonem Galieni impedit digestionem: quoniam fortitudo tremoris et frigoris non accidit secundum plurimum nisi ante digestionem nisi intelligamus ꝙ digestio quam nominat Galienus sit tantum digestio in febre melencolie quando iste humor non digeritur nisi tempore longo: et propter ista febris prolongatur. Febres autem fleugmatice naturaliter sunt minus longe ꝙ febres melencolie et recipiunt citiorem digestionem: et etiam tyriaca in his aliquam digestionem facit anteꝙ digerantur per seipsas: nõ tamen est debitu; vti tyriaca in his egritudinibus nisi post timorem de morte egri et violentia istorum accidentium quoniam materie iste sunt similes venenis. In apostematibus autem calidis non datur nisi et maxime si cum eis est febris: sed in apostematibus duris prodest si datur in potu: similiter quãdo sunt in membris principalibus et eadem ratio est in melẽcolia que generata est ex humoribus grossis. Medici autem conuenerunt vt detur in potu in qualibet ex egritudinibus cum reconueniente ei sicut preceperũt in dolore lateris cum decoctione assari: in dolore renum cum decoctione arimon id est grane: et hic est necessaria preuisio si detur cum decoctione grane vel non. In anno vero cuius aer est totus calidus dari prohibetur quoniam multis accidunt apostemata. Et dicam nunc modum secundu; quem potest tyriaca curare has egritudines: et generaliter quomodo curat eas quelibet scilicet alijs ex medicinis in anno tali et non dixerunt medici in hoc causam sufficientem: illud autem ꝙ inuenitur in hoc dictũ ex principijs naturalibus est ꝙ totum ꝙ speramus de medicinis in operationibus primis et secundis et tertijs. Et generaliter in hoc quod dictum est tota spes est propter operationem caloris ĩnati existentis in corpore et totum est ex precepto dei: et hec virtus que digerit humores et expellit extra corpus est ex calore naturali sed attribuitur medicis. quoniã quando medicine mutantur ad calorem naturalem sicut mutantur ligna ad ignem redditur in his duobus fortior calor sic et medicine: et hec virtus si non ex principio naturali: id est calore naturali non ꝯferret illa medicina: sed medicina est illa que dat hanc virtutem calori naturali sicut inuenimus species eius ꝙ combustibile est ꝙ mutatur ad opera ignis: et hoc quidem est manifestum opificibus qui operantur cum bona combustibili specie. Et in hoc errrauit Auicenna qui dicit ꝙ tyriaca confert calori naturali propter generalitatem virtutum que sunt in ipsa: et seruat sanitatem corporis: et adiuuat etiam virtutem caloris in curatione egritudinis sicut iuuat ipsum in curatione venenosorum propter generalitate; virtutum que sunt in eam. Et non est vt Auicenne videtur quoniam virtus caloris cum quo conseruatur sanitas corporis iuuatur in hoc tantu; per vsum ciborum bonorum ex eis que comeduntur: et res que ipsum iuuant in curatione egritudinum que accidunt sunt medicine que adiuuant inquantu; in eis est virtus propria contra illam egritudinẽ et res q̃ ipsu; adiuuant cõtra venena sunt medicine q̃ dicte sunt ꝯtrarie venenis.

Tyriaca autem sicut diximus quia adiuuat calorem naturalem qui operatur in venena adiuuat etiam in curatione egritudinum que sunt similes venenis. Et propter hanc etiam eandem causam conseruat etiam sanitatem que est ppinqua vt mutetur in egritudines duras: et in hoc etiam tyriaca est similis calori naturali quoniam ipsa inquantum sensibiliter et ad oculum est res vna sed si eam consideres inuenies in ea compositiones plures et similiter est esse caloris naturalis: quoniam cum eum inspexeris inuenies etiam ipsum vnum: sed cum eius operationes consideraueris inuenies eas plures. Et tyriaca quidem est iuuamenti in medicina in rebus determinate scitis et temporibus. Et postquaz iam deuenimus ad hunc locum non remanet de eo aliquid de quo loqui volumus vel de quo nullus eorum quos nominauimus locutus est preter nos. Firmatur tamen hoc dictum meum ex dictis antiquorum: et hoc solo quis meretur laudem et honorem: et non solum ipsi qui iam preterierunt. Uerum etiaz qui ex hominibus futuri sunt neqz remansit hic loqui nisi in quantitate et mensura potus eius. Iste tamen mensure non sciuntur per rationem sed verificantur experimento sicut accidit in compositione tyriace et aliarum medicinarum mirabilium et nobilium quoniam iste sunt composite per rationem et post hoc omnes verificate sunt per experimenta: et propter hoc omnes medicine que composite sunt per rationem nisi prius verificentur per experimentum sunt dubie et diminute: et propter hoc res composite medicinarum quas daturi sunt alicui nobili experiantur prius in aliquo et post dent eam illi quoniam cum verificatum fuerit per rationem ꝙ bona est et post hoc approbata fuerit per experimentum ꝙ virtus eius est contra rem quam intendis id est dirigens ad finez quam querit: tunc secure potest ea vti vbi voluerit. Illud autem quod cogit antiquos inquirere q̄titatem potus tyriace est id quod cogit eos vt ponderarent et mensurarent medicinas in q̄titate: et qualitate: et dicunt hec medicina est in hoc gradu et hoc pondere computantur quoniam ipsi sciunt quia oportet ꝙ virtus medicinarum sit fortior egritudine vt operetur in corpore operationem similem operationi medicine magne et fortis virtutis id est facientis corpus egredi terminum naturalem: quoniam si sic esset illa curata generaretur alia. Propter hoc igitur oportet vt diuersificetur q̄titas in medicinis scd̄m diuersitatem virtutis patientis et complexionem regionem et etatem: et particulam patientem. si egritudo est particularis: et q̄to medicina fortior est: tanto eius mutationes in corpore sunt fortiores: quoniam omnis medicina est contraria corpori sed confert sibi inq̄tum contrariatur egritudini que est in ipso. et propter hoc oportet vt virtus medicine sit fortior egritudine sed non multum: quoniam superfluitas forte faceret egritudinem nouam illa remota: ꝛ quia medicina non confert naturaliter nisi tempore egritudinis. ideo impossibile est vt conseruet perfectam sanitatem. seruat tamen sanitatem lapsam. et diuersificatur medicina in hoc secundum existimationem futuri lapsus. et secundum species egritudinum ad quas paratum est labi: et sic iam manifestum est ꝙ tyriaca cōfert sanitati que parata est labi ad egritudines magnas. vel ad egritudines que vadunt et recedunt. et ista sanitas est sanitas decrepitorum quorum virtus est debilis et ideo plus confert: scilicet ad sanitatis conseruationem decrepitatis q̄ alijs hominibus. quoniam

ab eis non recedit debilitas: et preter decrepitos confert magis senibus. Iuuenes autem oportet vt non vtantur tyriaca neque parum neque multū: nisi eis acciderent egritudines quas iam diximus: et quia medicina inquantum medicina est contraria corpori humano: oportet qui ea vtitur circūspiciat quantitatē eius et magis cū medicina est fortior. et quia virt' tyriace est cōtraria humano corpori in fine cōtrarietatis: oportet vt sit quantitas que datur in potu de tyriaca minor quantitate aliarum medicinarum: et oportet vt sit eius quantitas scita. In medicinis autem que purgant oportet vt inquirant per rationem et aspiciant quantitatem quam dant in qualibet egritudine: et post hoc verificetur illud per experimentum: et oportet vt sit scita quantitas medicine quam expetitur: et possibile est vt diuersificati sint medici in aliquibus earum diuersitate magna. Nunc autem narrabo illud quod Galienus in hoc dixit: inquit datur in potu de tyriaca illi qui timet ne in potu suo ponatur venenum: et illi in cuius cibo ponitur venenum: et maxime postquam vomuerit totum quod de illo comedit: et da illis ter vel quater et non facies hoc donec habeas testimonia vera quod venenum sumpserit: et detur illi etiam quem momordit aliquod animalium venenosorum: vt illi quem momordit lacertus: vel aliquod ex animalibus aquaticis: et detur illi quem momordit animal: post cuius morsum inuadit sitis fortis: et detur morso a cane rabido: quoniam morsus istorum est morsus malus: et detur morso ab aliquo ex animalib' marinis habentibus venenum: et illi quem pupugit aliquod ex animalibus paruis vt vespis: et sicut animal quod dicitur rutela: et illud interficit: et possibile est vt sit aranea: et sit mensura que datur magis quam pondus duorum danic: et sit parum vel plusquam mensura que dicitur albeadacha cum pondere vnciarum .xv. vini limphati parum: et non sufficiat ea vna vice ad attrahendum malum morsum: immo si vis timorem abijcere oportet vt eam potet multotiens: vt tyriaca vincat dolores a quibus corpus dubitatur periclitari perpetuo: et detur febricitantibus febre que inuadit vna die et dimittit alia: et tremori et magis cum egritudo est cum dolore: et in qua continuatur dolor in renibus et vesica si dolor est propter egritudinem que dicta est hahasam: et in qua dubitaueris apostema futurum in aliquo membrorum habundantium multo sanguine: vel in membris principalibus vel in matrice vel in pulmone vel inflationi intestinorum: que dicta est colica: id est lapis in vesica: et detur etiam multotiens illi qui habet apostema epatis sui: et illi qui habet fluxū sanguinis multum vndecunque sit: etiam si sit ex pulmone: et habenti in ventre dolores et torsiones quoniam cum datur ei statim cessat torsio et dolor: et detur illi qui non digerit cibum suum intantum quod eius appetitus minuitur: et illi in cuius stomaco accessit statim cibus: et nauigantibus de quorum consuetudine est vt bibant aquas malas: et detur eis in potu pondus .iij. d. cum tribus coadit vel quattuor aque calide: et hec mensura est instrumentum paruum vitreum et bibat eam ante cibum et detur in potu: ei qui habet dolorem in vesica cum vino dulci temperato: et illi qui spuit sanguinem: et illi ad cuius pectus descendit reuma: et sic quod dabis in potu cū aqua decoctionis pollegij: et melius ex eis est quod portatur de terra mayrothij vel de sclouonia; vel delibantis; quoniam quando tyriaca datur cum

eo quod prohibet descensum illorum humorum: et fit quod dabis in potu
de illa cum tribus coadit eius. et sunt qui curant cum ea dolores aurium
fortes quando miscetur cum ea modicum vini dulcis quod portatur de
morochio. et melior vsus eius in hac egritudine est vt recipias modicum
lane et infundatur lana in ipsa et destiletur in buccinum auris. Et hoc est
ꝙ dicit Galienus super democritum in illis in quibus datur hec medici-
na et quantum datur de ea et cum quo miscetur. et hoc est dictum ꝙ ince
ditvia profunda id est non manifesta. Antiqui tamen non tantum inqui-
rebant profunde in hoc quoniam loquebantur cum hominibus. qui scie-
bant medicinas perfecte. Et ille qui legit quod dixi et quod dicturus sum
intelligat bene vt sciat naturam tyriace et operatiões eius et quomodo
sunt eius operationes: et cum quo operatur tunc poterit determinare
res illas determinatione bona verbigratia. dictum suum in febribus que
inuaduntvna die et interpolant in alio et tremore: et maxime si sunt cum
dolore non potest intelligi in febribus simplicibus que inuadunt vna die
et interpolant in alio de febribus indeficientibus diuturnis: et per di-
ctum suum in febre que fuerit cum dolore oportet vt intelligas dolorem
fortem: et alia accidentia fortia que assimilantur venenis: et in dicto suo
ad hec si dubites fortassis ꝙ apostema futurum sit in membris principa-
libus: vel in matrice non oportet intelligi apostema calidum: et hoc est
totum quod Galienus dixit contra Dyamocriton et quando datur: et vbi
datur et quantum de ea: et inuenies ex dictis suis dari contra venena pon
dus duorum danic: et maius hoc est pondus albematham: sed hoc intel-
lectum est ex dictis Galieni licet non bene declaratum sit: et vidi de ali-
quibus antiquorum qui declarant esse tyriace et loquuti fuerunt de ea
qui dixerunt maior quantitas albendacha et nimis ꝙ de ea sumitur est
quantum faba egyptiaca. Auctor tamen huius libri qui dicitur Alma-
chi declarauit declaratione sufficienti ac dicit vt detur in potu quanti-
tas albedachi illi qui morsus est a lacerto vncias quattuor aque decoctio
nis mente: et precepit dari habenti apperitum caninum vncias quattu-
or vini quantum est illud: et in ydropisi tribus diebus cum aceto limpha
to: et habenti lapidem in renibus cum aqua apij. et habenti apostema
durum in epate vel splene cum oximele squilitico vel simplici tribus die-
bus. In colica vero potest in gradu superiori pondus albendocha et est colica
pondus quattuor granorum ordei. et ponit in gradu secundo post ipsum
quod dicitur mochoala. et precepit vt eius pondus detur illi quem ca-
nis rabidus momordit cum pondere vnius danic de pinguedine piscis.
da etiam illi qui sumpsit euforbium et opium et similia illis ex medici-
nis venenosis in potu. et ponit gradum tertium pondus danic vsqꝫ ad
obulum. et precepit vt detur illi quem momordit scorpio in potu cum
vino et habenti inflationem stomachi et intestinorum et habenti tremo
rem sine febre. et precepit dari quantitatem vnius faseoli vel lupini mix
ta cū aqua etvino et mesach cotonis deẜ icteritie q̄ est ex egritudine epa-
tis et herisipille et difficultati partus cū vncia vna oximellis squilitici ⁊
p̄cipit in potuvnū danic cū aquavel succo malorū illi qui patiẜ aliā qn̄ ac
ciderit ex pctō flegmatis qn̄ acciderit vertigo detur in potu quātitas vni⁹
lupini cū aqua saturegie. et hn̄ti paralisi zvel torturā deẜ cū decoctiōe ra-

dicum.et contra lepram cum decoctione mirthi et contra albaras cum de coctione radicum vel cum aqua mellis et precipit vt detur in potu contra venena magna. quando visa fuerunt magna accidentia terribilia et magna quantitas michaliuerum hec est quantitas multa.et ideo melius est vt detur in potu non tota ista quantitas simul. sed diuidatur multis vicibus. et hoc est quod dicit auctor de potu eius quantitatis. et dicitur quod reprobatur in quibusdam:et est cum precipit dari in morsu canis rabidi machilla.et in apostemate epatis et splenis.et contra appetitum caninum quantitatem albedachi.Et Auicena ponit maiorem quantitatem potus eius tyriace fortis pondus mechas. et dedit in potu pluribus egritudinibus quantitatem lupinorum.et in medicinis que prosunt egritudinibus. et dedit in potu quantitatem vnius fabe illi qui patitur defectum vocis.Et etiam his dictis concordant plurimi.Alius enim sic:alius alter asserit. et hec quantitas quam dant non confert nisi duobus tantum. et oportet vt relinquatur existimationi medici. quia tyriaca diuersificatur in quantitate potus eius secundum fortitudinem et debilitatem infirmi: et debilitatem veneni et secundum fortitudinem et debilitatem tyriace.varietate sua et secundum complexionem infirmi et etatem et regionem et tempora anni.et secundum aerem scilicet corruptum in substantia et qualitate.quoniam isti aeri competit solum:et maxime quando cum eo aggregatur aliqua ex speciebus venenosorum.et secundum locum morsure que accidit in corpore.oportet diuersificare quantitatem potus eius quoniam omnia membra non sunt equalia.et hec quidem medicina prodest illi qui vidit a liabor.Et melius quidem quod fieri potest in hac re est vt sciatur vniuersale particularis eius quo indiges. Et illi quibus est melius vt detur eis tyriaca sunt decrepiti. quorum virtus est valde debilis. et post hoc sunt senes. sed iuuenes non vtantur ea multum neque parum nisi in magnis causis.id est apud magnam necessitatem et ille cui precipitur potus eius cum vino bibat eam cum vino cocto cuius tertia pars per decoctionem minuta est.et hoc est in ipsa. quia vinum crudum prohibetur eis in potu ex toto et hec necessitas induxit ad hoc et prolongat se multum in hoc sed ego illud abreuiaui quia non est proficuum. Nunc autem dico quod tyriaca quattuor annorum non habet virtutem tyriace que est in summo bonitatis sed eius operatio est operatio aliarum medicinarum fortium.Et possibile est vt conferat tyriaca que est vnius anni quia super ea transiuerunt quattuor tempora.et possibile est etiam vt conferat etiam que est sex mensium apud magnam necessitatem. Et tyriace operationes non mutantur ab ea spacio.xx.annorum.et est in virtute sua vsque ad.xxl.annum.et quando est vltra quadragesimum annum non potest perficere neque complere operationes suas. Et mutatur etas tyriace secundum medicinas ex quibus composita est quoniam si bone sunt tenet virtutem suam tempore multo.et facit operationes suas bene et perfecte et si sunt male minus seruant eam.Et oportet vt mel illud quo ipsa perficitur sit bonum et vas etiam vbi recondita fuerit.et regio etiam vbi facta fuerit.Nunc autem quiescat postulatio tua: et sufficiat satisfactio secundum tempus. Laus sit deo eterno qui mihi complendi posse largitus est.

F I N I S.

Explicit opus Auerrois de tyriaca.

Secreta hypocratis feliciter incipiunt.



Dixit hypocrates: quando in die sexta acute egritudinis apparuerit apostema nigrum in posteriori parte auris: morietur in decima septima die. Et cum in iuncturis idropici erit apostema vel in pedib' liberabitur post mensem a die qua apparuerit. Si vero supra nasum apparuerit apostema sicut lenes viridis vel nigra: moritur in fine anni a die apparitionis. Et quãdo febriens habuerit dolorem in ypocũdrijs sinistris: et apparuerit in loco apostema: delitueritq; subito: morietur in tertio die: et si pustula nigri coloris fuerit vel panonis coloris in police sinistri pedis: scias quod est pestilentia: et si patiens alienatus fuerit ante tertium diem: morietur in septima. Et si exitura papille vel pustule nigre in lingua febrientis fuerit in die nõ cretico: pronosticant mortem: et signum eius est quod alienatus est post dolores totius corporis. Cardyaca stati post somnum significat abundantiam humorum in corpore et pronosticant mortem subitaneam. Cum exierit in palpebra febrientis apostema quasi auellana si nõ sensu doler et grauitate: morietur in tricesima die. Qui multum in somno loquitur pronosticare ipm appopleticũ. Paucitas sitis in febre acuta vel frigiditas pedũ pronosticatur mortem decima die. Cum exierit in sũmitate nasi apostema nigrum subito cum forti dolore morietur in duobus mensibus. Qui caruerit odoratu sine reumate: febrem pronosticatur. Dolor iuncturarum in iuuentute sine causa breuitatem vite significat. Tremor genuum post somnum cum remanẽtia virtutis pronosticat paralisim. Cum in ancha appuerit apostema acutũ: morietur in septẽ mensib'. Grauitas lingue in iuuentute post eius leuitatem significat mortem subitaneam. Cui in cartilagine auris exierit apostema cum forti dolore morietur in tribus mensibus. Qui patitur ephimerã et effluxerit sanguis ab eius naribus: morietur in tertio die. Qui dormierit oculis apertis absq; cõsuetudine: epilepsiam pronosticatur. Quando febriens manu huc et illuc quesierit: et viderit mortuos morietur in tertio die. In quo febriente apparuerint dispositiones insuete: si discooperiat pudenda absq; rubore: et loquitur verba turpia: morietur oĩno. Alienatio in omi egritudine pessimũ. Permanentia sensuum nõ pnosticatur euasionẽ omnino. In cuius corpe apparuerit macula celestis coloris et inflãmãs omnino morietur in mense: et si fuerit sine pruritu et ardore: morietur in septem mensibus. Pustule nigre et viridis coloris mortales: maxime si fuerint cum febre acuta. Cuius oculi fuerint obliqui et febrem acutam habuerit: cito morietur. Cum sensus odoratus fit insueto obtusus: surdum pronosticatur. Qui appetit comedere in horis nõ suetis humores venenosos in eius stomacho pronosticatur: et si fuerint augmentati infersit mortem. Qui multum studuerit contra volũtatem suam in libris: pronosticatur vigilias vel maniam vel melencoliam. Quem ledsit cito cibaria nociua: debilitatem membrorum principalium significat. Qui multum sufferunt sitim: fortis sunt complexionis. Credulitas significat maliciam intelligentie: sed tẽperata magis conueniẽs. Qui transiuerunt quinquagesimũ annum: et accidit eis dolor renum: nõ curãtur. Sed que magis prosunt eis: sunt medicine operãtes occulta pprietate et virtute. Qui trãsierit quinquagesimum annum: et ac-

cidit ei frenesis: morietur. Juuenis cui accidit pleuresis magna: morietur Cui accidit febris cū tussi: vbi tussis recesserit: pronosticat apā in aliqua iuncturarum. In cuius corpore accidit sepe dormitatio: pnosticatur ipsum mori cito pp̄ter paucitatem spirituū in corpore. Qui piger est ad motum pronosticātur dolorem iuncturarum. Cui sudor assellarum fetet lepram pronosticatur. ¶ Expliciunt secreta hypocratis.

Incipit tractatus de vinis editus a Magistro Arnaldo de villa noua.



Cum instat tempus i quo medicinalia pfici solent vina. Ecce quorūdam vsuales cōfectiones quas pre mente habeo hic describo cū potestatibus siue laudibus eorūdem: et receptā similiter electuarij regalis de quo feci aliqn̄ mentionem. Laudamus inquit vinum de bona vite ad conficiendum et maxime palmeū. i. coloris palmarum vel sicut est albū cum sit in substantia subtilius et receptibilius impressionum et colorū. Est etiam amplius vinum palmeū siue album ex parte habens operationem vini debilem que sufficit ad deferendum virtutes rerum ex corporatarum in eo per singula membra cum apprehensione et delectatione nature. Nec sui quadam ex superanti fortitudine remitti ac fluere facit qualitates actiuas earum que in eo exemplificantur sicut est grecū aut simile que elongata sunt a psuetudine periti medici in hac parte. De hoc quoqz vino intellexit gal. cū dixit vinum quoqz palmeū est melioris saporis et odoris q̄ cetera vina: et vina quedam fortia per seipā vbi expedit sunt medicina et vbi nō efficiunt sicut venaria id est venena. Uolentes ergo ad huiusmodi vsus confectionum vinum quod in hoc artificio laudem meretur habere eligere incipiamus et recipiamus mustum de vitibus albis de bono loco et cū eo ceteris pportionibus res scd̄m medicine semitam ex virtuandas imponamus. Sed claudamus in vase boni ligni more aliorum vinorum et conficiet et pficiet ibi quasi a natura quod arte est apprehensum vel comprehensum. Res autem que posite sunt in musto dum per naturalem ebulitionem ipsius musti adinuicem interius colluctant ex spoliatura virtutibus ipsarum: et incorporatur virtus earū musto et depuratur vinum illud minues operationem illarum rerum tanto melius quanto delectabilius suscipitur et est penetrabilius per singula membra virtus huiusmodi ex vini delatoris actionis disseminatur vnde vbi vigoratur fortius et citius resistitur nocumentis quando administratur sicut et vbi oportet. Et illud est presertim de iuuamento q̄ in hac ebulitione nō soluitur virtus rerum neqz alterat neqz debilitat sicut quando fit cū igne cū quo si fiat sit leuissimus aut lentissimus continuatus sine fumo. Et illud ad secretum q̄ quando fit in ve

Confectionis vini artificialis modus

gete τ cooperiatur foramen vegetis cum scutella parua vt fiat exalatio⸗ ventositatis cum modica eleuatione a latere vno vt reprimatur qđ ascē⸗ dit ad interiora. Et quando fit cū igne vas cooperiatur tūc autem nō eue⸗ tatur nec amittit de virtute ipsarum. Et quādo fit cum igne oportet me⸗ tiri ꝙ res de decoctione sustinent τ regere ignem illud quidem nō est par ue considerationis. Sed quando fit in vegete excusatur ab hoc τ relinqui⸗ tur operationi nature. Et vino quidez inest ex se proprietas magna in na⸗ tura humana. Inquit enim ruffus absolute loquens de eo dicens. Vinuz nō solum confortat naturalem calorem verum et turpitudinem sanguinis clarificat et aditus totius corporis maxime venarum aperit epatis opi⸗ lationem auffert tenebrosam fumositatem tristitie generatiuam a corde expellit: totiusqꝫ corporis membra corroborat: vt nō soluz sua bonitas in corpore: sed etiam in anima ostendatur. Facit enim illam gaudere τ obli⸗ uisci tristitie: τ confortat eam ad inuestigandum subtilia τ difficilia con⸗ templandum: eiqꝫ tribuit sollicitudinis audaciam et largitatem: de eius labore τ dolore diminuit et preparat preparationem in instrumentis: vt spiritus τ anima cooperentur cum eis. Etiam sumptum scđm ꝙ expedit omnibus est conueniens etatibus temporibus τ regionibus τ ipm idem est senibus pro eo ꝙ eorum siccitati obuiat medetur iuuenibus vero cibꝰ pro eo ꝙ natura vini nature iuuenis est similis. Pueris vero cibus τ me⸗ dicina in eo ꝙ auget ipsorum calorem τ nutrimentū: medicina vero qꝛ eoꝝ quoniam attraxerunt humiditatem desiccat: nullus aūt philosophus in sanis eius vsum vituperat nisi scđm ꝙtitatem cōmixtionis aque cūz eo. Sapientes vero assimilauerunt ipm tyriace magne: qꝛ ipm est rerum con⸗ trariarum optimuz quia calefacit corda siue corpora frigida naturaliter et per se τ infrigidat calida per accidens. Valet cum sua subtilitate perfe⸗ ret τ ad loca longinqua deferens secum aquaz ad mēbra que indigent re⸗ frigerari sic sitis τ humectat. Hinc est ꝙ ipi perscrutatores scientie medi⸗ cine elegerūt vinum τ descripserunt de eo capitula multa τ in eo decreue⸗ runt tunc fieri in vsu humano vtiliorem quoniā est nature humane ami⸗ cissimum et receptiuum omnino bonorum ciborum τ rectificator maioꝝ Testificatus est eīn auer. in dictis suis: ꝙ neqꝫ cibus: neqꝫ medicina expo⸗ lietur ab ea nunqꝫ. Et filius mesue de consolatione medicinarum reubar⸗ barum pro meliori preparatione iussit emolliri in vino τ illud vinum laxa⸗ tiuis potibus immisci τ idem emphi sciuit vt sit ingenium medici ad con⸗ uertendum saporem medicine in gustum cibi sicut melius possibile est vt natura delectetur amplectetur illam: ne ex illa terreatur aut nauseatur. Ad hoc enim vinum bene est aptum: τ ex hoc sermone ingeniati sunt non⸗ nulli modernorum diuersarum preparationum modos inuenire. Ita vt alij cum pulueribus: alij cum cibis et potibus: alij cum vnctionibus: alij qꝫ aliter multipharie multisqꝫ modis medicinalia: sed et medicinam laxa⸗ tiuam iubent humanis corporibus applicare ꝙ gal. τ auicen. τ alijs peri⸗ tioribus non placet ex eo: quia natura impeditur a diuerso τ potissime qꝛ occurrit per eam in operatione obuiatio nature commote in opposito qđ est: quia membra ex parte ad se trahunt ex cibo alimentum ad circunfe⸗ rentiam: et ex parte humorum trahitur virtute medicine ad centrum: et quia ad huiusmodi transgressionem se excusat asseritur semper istam ob⸗ uiationem fieri in corde quod nutritur pro eo quia membrum; vt dictum

Hic habē⸗ tur propri etates vi⸗ ni.

est ad circūferentiam alimentum trahunt ꝛ super remanentia a conuer-sione sua quoniam in quolibet mēbrum hanc expulsiuā ad vasa euacua-tionum transmittit ꝛ dux forte istius secte est macrobius qui auctorita te plurimū iussit pillulas aloeticas sero post cenā īmediate offerri et ego temptaui ꝛ reperi iuuamentū ꝛ nō nocumentū. Et quidam in medio cibi granū aloes recipiūt ꝛ cassiam fistu: ꝛ statim recepte superponūt cibū et operatio bona ꝛ laudabilis sequit. Et vere medicine que nō sunt violē te ꝛ sunt tarde operationis ꝛ modice extensionis vigorantur ꝛ meliorant si sumātur cum cibo. Redeam⁹ ergo ꝛ dicamus quot modis confectionū sunt de vinis ꝛ vsus earum scōm rationem est de excellentiorib⁹. Medici ne quib⁹ pōt medicus se iuuare ppter delitias in quas venit nostris tē-poribus in derelictionē antidotorū antiquorū ꝛ nos cū benedictione dei de confectionib⁹ ipsius incipiam⁹. Adijciam⁹ super hoc canonē generalē quem expedit quēq artis medicine artificem pre oculis semp habere in omni medicinaliū applicatione: vt videlicet de noībus ꝛ causis egritudi num ꝛ potestatib⁹ rerum singulariū sit instructus vt sciat medicare ra-tionabiliter ꝛ suum iudicium operi applicare cū conditionibus generali bus que ad hoc requirūtur: vt videlicz nouerit discernere inter naturas cōplexiones: regiones: ꝛ tempora: ꝛ consuetudines: ꝛ etates. Et inter hos effectus qualitatum elementaliū actiuarū: ꝛ passiuarū: ꝛ hmōi: sine quorū cognitione panē et carnes comedere sine scientia medici habet dubieta-tem quare consulit vnicuiq. Ne presumat aliquod medicinale offerre ni si sit medicus vel de periti medici cōsultatione qm̄ scōm gal. error in me-dicina est pro eo ꝙ fit in subiecto nobiliori: ꝛ vt plurimū nō de facili reci-pit correctionē. Ulterius aūt habeatur puisio vt vas sit ligneū ꝛ de bono ligno ꝛ mundum ab his supfluitatibus ꝛ stipitibus in quo vinū intro-ducitur conficiendū: ꝛ sit vinum expressum de vuis bene maturis ꝛ mun dificatis a corruptione ne ppter maturitatē transeat in acetum. Et mo-dus confectionis seu excorpationis rerū que vino admiscent est triplex Et melior modorum est ꝙ res ipe decoquant cum aliqua quantitate mu-sti ꝛ spuma remoueat ꝛ hoc donec de musto sit tertia pars consumpta et quiescant per noctem ꝛ mane per collatorum ligneum distilletur deinde cum quantitate conuenienti ad saporem alterius musti permisceat: ꝛ po natur in vase ꝛ cooperiat os vasis cum scutella: ꝛ ab vno latere aliquan-tulum subleuata et obseruet sic: donec deferueatur deinde bene coopiat et cum oportunū fuerit recipiat ab illo. Alius modus est ꝙ recipiant res siue virides siue sicce. Si virides aut recentes nō inueniant ꝛ cōquassate in sacculo de lino ponat cum musto albo in vassello ꝛ tantūdem eiusdem musti bulliat ꝛ dispumetur ꝛ predicto vino misceatur: ꝛ cum clarificatū fuerit ex ipo recipiatur. Alius modus est ꝛ fit in momēto ꝛ omni tempe cum igne ꝛ talia vina recipiūtur: aut per se: aut mixtum alterius vini vel aque sicut facit. Et quia naturaliter vinum vt diximus recipit omēs im pressiones saporis: atq odoris: elaborandū est cum ipe poterit ꝙ res ipe de decoctione facere possunt cū vino imponūtur ne in his vel eorū aliq̄-bus faciāt immutationē fortem. Tūc adde musto mel vel zuccarū in debi ta q̄titate qua excessus ille rerū occultet scōm meliorem extimationē vel si ex cautela precessit: nec possit aliter obuiari temperet illud cum eo ꝙ re mouet delectationem eandē vt si supsit amaritudo vel acetositas tempe-

Nota bene qr in mul-tis exptuz et a mltis

Triplex est modus cō fectionis vini.

Alius mo dus.

retur cum dulci ꝛ sic de similibus. Et si nimis erit calefactum infrigidetur ꝛ sic contraria contrarijs rectificentur. Memorandum vero ꝙ interdum quedaꝫ vinorum confectiones oportet ad ignē fieri vt diximus aut quia aliter fieri nequeunt vel qꝛ facta nō inueniūtur et necessitas nō patitur. Tempus expectationis est ꝙ quidem hermetis filij appellauerunt ignem solem ꝛ quidam calorem naturalē rerum vitalium. Et dixerunt eorum aliqui in quibusdam eoꝝ secretorum libris ꝙ illud quod operatur calor solis in visceribus terre in mineris in centum annis potest etiam fieri per ignem de vino. Ignis autem facit acquiri aut detegi rebus quibus applicatur alias ꝛ alias proprietates ꝛ totum nature opus non est occultum deo. Et dixit quidem ꝙ de subtilibus que sciūtur ab hominibꝰ nimiū est: ergo ꝛ quando expedit cum igne aliquid fieri fiat cuꝫ cautela quoniā in administrando illum rebus excoquēdis nō est parua pars sollicitudinis: et inde est ꝙ pauci quis comedūtur frequenter et sepe vituperantur et quidem nō aduertunt hoc in multis que per ignem fiunt magisterijs ꝛ ideo in pluribus deficiunt atqꝫ decipiūtur eorum examinationibus.

Vinum mirabile pro melancolicis.

Vinuꝫ mirabile pro melācolicis cardiacis ex adusta colera laborantibꝰ presertim in vijs epatis vrinarium et venarum ꝛ pro naturaliter colericis: tollit eñ tristiciam ꝛ inducit leticiam ꝛ facit hoīem cōposite rationis ꝛ totum cor colerici hoīs in melius disponit ꝛ incinerationes humoꝝ rectificat: valet contra oīs quartanarios ex adustione patiētes ꝛ facit vtentem eo bonum sanguinē habere laudabilem habitū scd̄m anime rationalis dispositionem reiuuenescere nutu dei. Cuiꝰ hec recepta. Reci. buglosse munde ab interioribus medullis. lib. i. sene lib. i. rosarum rub. floruꝫ boragi. ꝛ buglosse. añ. lib. i. conquassatur ꝛ ponatur in sacculo qui ponat in vase capiente tres sarcinas asinorum ꝛ habeatur recens mustum expressum album et medietas eiusdem musti cum dictis rebus ponatur. Alia medietas immediate bulliatur et dispumetur quo facto in vase predicto ponatur ꝛ tali vino repleatur. Et cum clarificatum fuerit per totum annum maxime vere hyeme et in vsu habeatur autumpno. Sed quando est pro custodia et regimine sanitatis non ponatur sene: sed bene ponitur albi et rubei. añ. ℥. i.

Vinum cordiale.

Vinum cordiale est proprie vinū borraginatum ꝛ vinum de melissa ꝛ vinū de speciebus. Vinum vero borraginatū siue buglossatuꝫ valet ꝓprie contra cardiacam maniā ꝛ melancoliam ꝛ tremorē cordis et mundificat sanguinē: ꝛ malas aufert suspiciōes ꝛ vtile est in omni specie cōpositionis scabiei ꝛ lepre adducens leticiam et inclinat ventreꝫ ad lubricitatē ꝛ fit ꝙ in lib. i. ipsius ponūtur musti lib. vij. vel. xiiij. ꝛ bulliātur donec resideat ꝛ clarescat ꝛ ꝓprie confortat regitiuā virtutem. Et quādo succus eius clarificatus bibitur cū vino purificat sanguinē ꝛ nō indiget dulcoratione: qꝛ talis succꝰ dulcis est. Vinū buglossatum scd̄m macrobium fit ꝙ radix buglosse bene mūde mittatur in vino donec virtutem et

saporem sumat ipsius et assiduetur bibere quoniã humores melãcolicos et adustos educit per vrinam ꝛ rectificat cerebrũ in effectum fumositate melancolie: et ego addo ꝙ demẽtes ꝛ fatuos quos ligari oportet sanat et ad sensum ꝛ discretionem reducit. Et testis sit conscientia mihi: qꝛ vidi liberari quandam dominã de vrbe que frequẽter ex quacũqꝫ ira vel melancolia efficiebatur fatua loquẽs verba vituperosa: ita ꝙ oportebat ligatã teneri in domo sua donec furia illa cessaret. Et fuit scitum huiusmodi remedium ex doctrina cuiusdam peregrini qui peruenit ad domum illius elemosinam petens.

Sequitur de vino passulato.

Vinum passulatum sic fit: pro qualibet sarcina vini ponat passularum pinguium sine arrillˀ pistatarũ. lib. ij. et bulliant in aliqua q̃titate musti ꝛ superponatur alij musto et in vegete intromittatur ꝛ in. xij. diebus erit clarificatuꝫ et est bonum odoriferuꝫ: ꝛ oportet frequẽter misceri cum est in vegete: ꝛ cũ clarificatum fuerit recipiaꝶ de eo maxime in hyeme: ꝛ est vinum senũ ꝛ decrepitorum ꝛ melancolicoꝝ ꝛ flenmaticoruꝫ ꝛ precipue mulieres impingnat: lenit pectus ꝛ confortat stomachũ ꝛ addit in substãtia epatis ꝛ confortat ipm̃ proprie ꝛ calefacit sanguinẽ ꝛ resistit putrefactioni et mouet de nauseatione ꝛ mollificatione stomachi que accidit ex corruptione ipius: ꝛ est bonũ in tussi ꝛ asmate et lubricat ventrem naturaliter ꝛ stringit lubricitatem accidẽtaliter sicut lienteriam ꝛ similia: et confortat ꝓprie digestiuam retentiuã ꝛ expulsiuam: ꝛ valet contra sincopim et contra timpanitem ꝛ qñ est potissime in eo flemma ꝛ perambulatiuaꝫ humiditatem seu aquositatem consumit ꝛ vsus ciꝰ ꝓhibet nasci in corpe apostemata si deus voluerit ꝛ qui assiduat illud nõ poterit videre excrescere in corpore suo egritudinem flenmaticam.

Capitulum de vino laxatiuo.

Vinum autem naturaliter laxatiuũ fit: hoc modo scindatur vitis per longũ ꝛ trahatur medulla ex ea in aliqua q̃titate, ꝛ impleaꝶ scamonea vel elleboro nigro: aut esula vel alio forti laxatiuo ꝛ stringatur vitis ꝛ ligetur sicut qñ inseritur ꝛ trãsibit liquor perducendus ad generationẽ vuaꝝ per locum illum et inficietur illis ꝛ fiet vua laxatiua ꝛ vinũ laxatiuũ Sic quoqꝫ fiet in primis. Nam paladius in libro suo de agricultura docet facere alia laxatiua cũ frequenti adaquatione de sepo caprarũ. Et similiter docet facere rosas albas nasci virides vel azulas per eũdem modum ponendo colores in medio stipitis plãte rose. Et modus iste est de excellentiorıbꝰ operibus medicine scd̃m genus laxatiuorũ de quibꝰ fieri pōt qm̃ malicia illarum rerum alteratur tantũ per recessuꝫ virtutis earum a substantia que faciũt operationẽ sine nocumento: licet magis pigre: ꝛ hec est nobilior excorporatio medicinaꝝ que fieri potest et pauci sciunt hoc. Et inuenta est iam vua cuiꝰ quodlibet granuꝫ mouebat sellam vnam ꝛ reputabaꝶ ad miraculum ꝛ per triduum similiter: nec est forte nec ad mirabile scienti illud. Et qui scit naturas ꝛ potentias reruꝫ simpliciũ ꝛ habet ymaginatiuam fortem in opere natura facit mirabilia

Et etiam quando in aqua vel in vino transibit virtus laxatini vt pruna sicca vel vue passe ꝛ morentur in vino donec turgescāt ꝛ lauent vino ꝛ recipiantur ꝛ laxant: et qui nesciūt magisterium mirant. Beatus ergo ille medicus cui deus dat scientiā ꝛ intelligentiam qm̄ est quasi nature soci⁹ et nō ab re tantū est ꝙtum est in scientia salomonis siue sapientia honora medicū ꝛc. ꝛ em̄ creauit illum altissim⁹: sed horū multi sunt vocati pauci vero electi. Qm̄ scientia medicine iaz est reducta ad opinionē emothoicorum de quib⁹ oster dicit cinothomia aūt vniuersa contemplat. Qui em̄ plura singularia ad vniuersale reduxit melior inter eos habet. Idcirco bene diffiniuit quidem dicens medicina est scientia que nascit: deus aūt benedictus scire ꝛ intelligere ac operari nos facit ad beneplacitum suum.

De vino citoniorum.



Vinum de citonijs scd̄m dyascoridem inq̄t fit ex citonijs: vinum quod ydromel grece appellat ex multis compositionib⁹. Hic vtilior est post caniculares estus quecūq; ex nouis ymbrib⁹ aqua celestis infunderet mūdo vase suscipiat ꝛ in vmbra posita sepi⁹ quieta colet. Citonia vero iuxta maturitatē senibus alijs seminib⁹ ꝛ lignis interi⁹ purgatis ꝛ in pua frustra diuisis aqua eisdem immergat ꝛ tandiu cū ea relinquat: scz donec succus eorū transiisse videat in colorem vini lēto igne fumo bulliat ꝛ expumet ꝛ reponat in vase bn̄ clauso ꝛ post septimū mensem pro vino vti licebit ad oīa corporis vicia q̄ stiptica virtute indigēt ad iuuari sicut dissolutionib⁹ ꝛ membroꝝ defectib⁹ ꝛ sudorib⁹ dyaforeticis et oīa mēbra principalia confortat ꝛ stomachū et eius vomitū volūtarium nauseam ꝛ fastidiū remouet valet in omib⁹ fluxibus ꝛ in calefactiōe epatis ꝛ rectificat ipm̄ sanguinem reicientib⁹ subuenit: ꝛ cū vomitib⁹ et cibū adiuuat digestiuā fumū salientem ad caput reprimit. Ante vero cibū retētiuam seu contentiuā iuuat ꝛ substantiaz intestinorū confortat ꝛ motionez eorū sedat. Et vsus ei⁹ leticiam inducit ꝛ conuenit omnib⁹ etatibus et complexionibus regionibus sua proprietate scd̄m Auicennam: et sitim sedat ꝛ bonum colorem facit apparere ꝛ valet in debilitate renuz ꝛ confert ebrietati ꝛ comessationi nimie prodest conualescentibus verum nimius vsus eius inducit opilationē ꝛ valet in corruptione ꝛ mollificatione stomachi: ꝛ est bonum ethicis ꝛ ptisicis inquit aūt albuboni⁹. Quādo multiplicantur pluuie in vere ꝛ in hyeme parant morti homīes ꝛ eoruz via euasionis vti rob citonioruz. Consimiliter potest etiam fieri suo modo vinū citoniatum assatum excoriatum calidum imponitur in eo et permittitur in eo aliquantulum permanere: et bibitur et dicitur supplere necessitate vicem vini predicti.

De vino rorismarino.



Vinum rorismarinum .i. de rore marino. Inquit em̄ actor. Cuz essem in babilonia accepi cū multa sollicitudiner precū instantia a quodā antiquissimo medico sarraceno virtutes rorismarini quas secreto rabi quasi nulli debere cōmunicari retinebat et dixit ꝙ de excellētioribus operib⁹ ei⁹ cū vino deinde cū balneo: deinde cū electuario: deinde cū fit ex eo oleū qd̄

est in effectu balsami: et vinū quod fit more alioꝝ. Eius proprietates sunt mirabiles: nam ipm est vtile in omnibus egritudinibus frigidis et rectificat appetitū: et confortat sua aromaticitate qua aīa dilataꝝ et sua stipticitate qua substantia ipsorum aggregaꝝ et fortificat omīa membra et neruos qñ lauatur ex eo facies reddit eam pulchrā. Et si caput lauetur ex eo non cadūt pili imo multiplicantur. Et vsus eius preseruat ꝓprie ab antrace et ab huiusmodi malis pustulis cōsumit flegma et melancoliā: et confortat ꝓprie substantiam cordis: et hoc facit acquirere ac cōsequi iuuenescentia. Et forte qui assiduauerit eo nō putrefiet corpus eiꝰ: et cum abluitur os ex eo reddit odoriferum et consolidat dentes: cōfortatqꝫ gingiuas et cancrum sanat. Quando lauatur cū eo cancer: et fistule: et hmōi vulnera desiccat et rectificanꝝ eo. Et quando quis ex longa infirmitate infirmꝰ siue debilitatus panem asini in eodem vino frequētauerit comedere rectificat appetitum et confortat eius membrum debilitatū: et cū aqua pluuiali proprie decoctionis eius floꝝ temperatū assiduatū rectificat ptisicos et ethicos: et est secretum et valet dictū vinum in cotidiana et litargia et quartana: et valet in cardiacis passionibꝰ cordis et nausea et dissinterijs et fluxibꝰ. Item et quod de excellentioribꝰ operibus eius est vicariū tyriace cōtra venenosos cibos et venenum: et est tutela magna tam in potu quā in cibo: et cōfortat virtutem debilem regitiuam et est potus ꝓprie paraliticis et tremulosis et relaxationi neruoꝝ confert et podagre paulatine. Et in summa cōfert omnibus mulieribꝰ ꝓprie humide complexionis et rectificat earum matrices et prodest ad conceptuꝫ. Et fit electuarium ex floribꝰ rorismarini et melle despumato scđm quod mel rosatum: et est mirabilis vsus eius ad omnia predicta. Et fit stupha ex illa herba ex floribus quod dicitur balneum vaporosum mediante calore et est balneum vite et mors senectutis quoniam assiduatio eius facit renouari: vt aquila iuuentutem suam assiduantes balneo ipo: et est secretissimū et fit ex eo oleum sicut mel qꝺ gerit vicem balsami: et est res archana. Cuius magisterium hoc est impleꝝ amphora vitri floribus eius et clauditur cum panno duplicato cerato. Aut cum cera et coopertorio: ita ꝙ nō respiret et sepelitur in arena vsqꝫ ad medium et moretur hic per mensem vnum vel plus donec flores dissoluātur in aqua: et separetur aqua illa pura et ponatur ad solem per quadraginta dies et inspissabitur aqua illa ad modum balsami confortat enim cor cerebrum et ad totum corpus valet: confortat debilitatem neruorum. Remouet pannos et maculas faciei seruat iuuentutem et patitur experientiam balsami quoniam gutta eius super aquam posita petit fundum et stabit: et si ponatur gutta eius in sero in oculo non tantum delet maculas: sed omne malum sanat si tribus vicibus vteretur. Amplius res experta est ꝙ aqua vite siue ardēs que est facta de vino in quo remolita fuerit dicta herba curat flegma salsum scabiem cancrum et fistulam que nō possunt aliter sanari. Et si fuerit et residerit dicta herba et flores: et ea si inungantur manus vel membrum paraliticum frequenter: vel ad calorem rectificatur et quandoqꝫ sanatur. Sunt et alie operationes singulares que hic propter operis breuitatem obmittuntur cum sufficiant que dicta sunt.

Vinum contra opilitionem Splenis epatis et ycteriщiam.


Inum contra opilationem splenis et epatis et yctericiã: ponantur in eo folia et radices cicoree scolopendrie endiuie et modicũ absinthij et facta bullitione vel bona calefactione ponatur ipsum vinũ in sacculo et reiteretur ad modũ clareti supra predictas herbas ꝛ si indigeret aliqua dulcoratione propter amaritudinẽ ponat aliqd passularũ: aut zuccari seu liqritie et hmõi:et est mirabile in hoc casu. Et ĩnamentũ quidẽ vinorũ auget et minuitur secundũ bonitatẽ ligni vasis ꝛ maliciã. Inde est ꝙ vinũ conseruatũ in vase thamarisci ꝓfert valde spleni.

De vino barbarico.


Inũ barbaricũ ad sanãdũ plagas solo potu. R. de caulibꝰ rubeis et de vrticis barbaricis de carbonibꝰ de canapi et anathasia: aut de radicibꝰ rubee maioris ad pondus omniũ aliorũ et hec omnia siccentur ad vmbrã: et post puluerisentur ꝛ ponantur in sacculo: et saccul' in vino bulliẽti ponatur et dimittunt sic esse sepe sacculũ ducendo per vas et bibatur de illo mane et sero ad pondus.ʒ.iij. vel parum plus. Et supra plagã ponatur linteus subtilis et foliũ caulis desuper et curatur et sanatur et hoc pro delicatis. Pro alijs vero datur de puluere quantũ digitis tribus sumi potest in vino vel ouo et facit eandẽ operationẽ et cũ his vulnera intrinseca et extrinseca sanãtur quasi diuina operatione. Oportet tamen medicũ metiri complexionẽ vulnerati et eius consistentiã vtrũ vel de murmurei vel febrẽ habeat tunc autẽ non est ita secura ista operatio alias indifferenter operarentur qui sciunt et fiunt vue innatiue et prima laxatiua et huiusmodi fructus sicci qui reuolutione pellis corrugata humiditate communi bibitur returgescunt. Et fit ꝙ ponãtur vue passate in meliori vino albo quod habeatur et turgescunt et implebuntur vino illo. et commiscebitur medulla vuarũ cum vino illo et fiunt vue quasi noue et in sapore erunt saporis illius cuius est vinũ. Et si ponantur ipse vue vel pruna aut ficus in vino vel aqua in qua euacuata sunt aliqua laxatiua implebuntur humore illo laxatiuo et acquiretur eis virtus laxandi secundũ genus ex corporatorum in predicto liquore.

De vino extinctionis auri.


Inum extinctionis auri. Hoc vinũ habet proprietatem magnã in conditionibus multis ꝙ taliter operatur. Extinguatur lamina auri in bono vino.xl.vel.l. vicibus et dimittatur clarescere et diligenter coletur et conseruetur habet omnez virtutem confortandi cor desiccat superfluitatẽ omnium aliarum superfluitatũ a sanguine et illuminat substantiam cordis et spiritus sua soliditate et sua claritate confortare et suo tẽperamento tẽperare et preseruando sanguinẽ a comestibiliũ corruptione mundificare et sua grauitate sup̃fluitates ad partes expulsionũ inclinare et iuuentutẽ conseruare et virtutes numeraliũ preseruare facit in earũ operibus et proprie soluit vrinam denegatã et sanat epilenticos et insensatos et confert elephenta crosis. Et multi moderno-

rum de nobilibus et maxime de prelatis faciunt bullire petias auri in coquina eorum sumenda. Et aliqui recipiunt in panellis cum electuarijs. Et alij in limatura sicut in confectione que dicitur dyamargariton in qua intrat vtriusq3 auri scilicet et argenti limatura. Et quidam nituntur tenere frustra auri in ore et saliuam deglutire. Et quidam alij conuertunt in aquam potabilem et sufficit in modica q̄titate. Et est ipsum vinum preseruatiuum sanitatis et prolongationis vite vt difficile sit credere. Et quidam aliter et aliter diuersis respectibus sicut diuerse sunt hominum considerationes. Et quidam assiduantur tenere in ore. Et si faciūt propter rationem non tamen hoc agunt absq3 similitudine veritatis. Nam compertum est q̄ tenere argentum in ore tollit sitim et corallus in ore retentus confortat stomachum et ipse quidem corallus suspensus ad collum ita q̄ pendeat versus stomachum prohibet stomachi conturbationem. Et expertus sum q̄ appositum iuuat et depositum deficit iuuamentum. Et si apponitur iuuamentum redit. Et breuiter omne vinum suscipit virtutem et operationem rerum que exuirtuantur in eo secundum modos iam dictos. Et ad ista capitula multiplicanda sufficit ingenium boni artificis et scientia simplicium. Et aurum quidem verum est res perfectissima temperamento equali compositionum in tali proportione elementaria virtutum cui decompositum non est simile et propter id quod habet de virtutibus ex proprietatibus a natura insunt ei ex influentia celi scilicet virtutes anime quoniam scissura facta ex eo non tumescit et propter perennitatem scientia est quasi stella celi quoniam ipsum est impassibile neq3 obumbratur neq3 dissoluitur et alteratur et est quasi miraculum in via nature cum sit res composita et elementalis. Confortat insuper et sincerat super omnia substantiam cordis et mineras vite. et palliat lepram et refrenat illam proprie: quorum operum effectus non reperitur nisi in vero auro puro de minera creato iussu dei. Ideo fallunt in hoc alkimiste. nam et substantiam et colorem auri faciunt non tamen virtutes predictas in eo infundunt. ymmo aduertendum q̄ quando recipitur quod fit de auro dei et non de opere manuum hominum. Nam illud propter res acutas et extraneas a natura humana que in eius sophisticatione inueniuntur et ingrediuntur noceret cordi plurimum et vite. Et deus benedictus creauit illud ad salutem humanam videlicet ad necessitates eis ministrandas opera charitatis moderato vsu. Sed ipsum propter ipsum vsum immoderatum et priuatum et modum inq̄ conuertere tota die molitur vanitas hominum qui thesaurisant et ignorant cui congregant ea.

Uinum raspatinum.



Jnum raspatinum id est linguam quadam stipticitate mordens et est prouocatiuum appetitus villos stomachi congregando propter ponticitatem et membris ex calore dissolutis potissime in estate et colericis et sanguineis est medicina: et fit q̄ ponantur alique vue acerbe cum maturis q̄n vue pistantur. Uel quod melius est reseruentur vue et pistentur cum rapacijs in aliqua quantitate et immitantur vegeti cum musto et trahetur Aut mustū illud a succo et rapaciarū et granorū vuarum que sunt acetosa cū ponticitate que etiam stiptica sunt cū ponticitate alias stipticitate.

Uinum contra obliuionem.

Vinum ad memoriam reparandam et contra obliuionez. ℞.ʒʒ.ʒ.i.piperis longi galange.añ.ʒ.iij.gariofilis cubebe. añ.ʒ.ß.nucis indice.ʒ.i.et ß. fiat puluis et ligetur lente in sacculo et ponatur in vino libr. vij. bullienti extra ignem et cooperiatur ne respiret ⁊ permittatur clarificari et cū op⁹ est assiduetur nec saccul⁹ deint⁹ remoueatur valet etiā ad calefaciendū infrigidatos et hūidos desiccādos et cōtra omnē discrasiā fleumatis et vētositatē.

Uinum quod iuuat stomatichos et melancolicos.

Vinum in quo .ʒ.x. epithimi bullite fuerint vel esule per noctem mane colatum et bullitum stomatichos et melancolicos iuuat.

De vino eufrasie pro oculis.

Vinum eufrasie ad oculos ponatur de ipsa eufrasia in musto et fiat vinum eufrasiatum. Cuius vsu oculi senū reiuuenescunt et aufert impedimentum eorum defectus visus ab omni homine de quacunqꝫ etate sit in habitudine fleumatica proprie sine pingui:et est enim qui permansit nihil videns per longum tempus et infra annum restitutus est ad visum vsu ei⁹. Ipsa enim herba calida est et sicca et habet hanc proprietatem. Et quando puluis eius comeditur cum rubea id est cuz rubea parte eius facit idē. Uel de puluere recipiatur cū vino ⁊ supsunt testes fide digni ⁊ credēdi q̄ fecerūt in seipsis et q̄ nō poterāt legere sine ocularijs ⁊ legere postmodū absqꝫ ill'in lraz subtiliorē. Sed vsus vini eufrasiati nō habet par in ꝓficiēdo. Et si nimis eēt vinū forte tēperetur cū aq̄ fenicli. Et si op⁹ē addatur zuccara alba.

De vino enule campane.

Vinum in quo steterit enula campana per triduuz mirabiliter visum clarificat. Uinum cuius tertia pars aque rosarum in quo remollita fuerit tuthia prius ter decocta per diem naturalem aut de aloe dissolutuz fuerit cū modico zuccaro collirizatum abstergit et mundificat cathicias oculorū confortat et clarificat visum et non permittit humores fluere ad oculos et fluxus dispergit et lachrymas constringit.

De vino saluiato.

Vinum saluiatum diuersi diuersimode faciūt quoniam aliqui suspendunt fasciculum saluie in vascello. Aliqui coquunt:sed quocūqꝫ modorūz fiat ita q̄ nec corruptum: nec alteratū: sed si in sua permaneat bonitate mirabilis est vsus ei⁹ in remollitiōe gingiuaꝝ et dolore dentiū ex ꝯmotiōe et ꝓcipue oīm neruoꝝ et neruosorū mēbrorū et cōfortat mēbra lapsa debilitata ꝓpter abūdantiā aquosi fleumatis sicut in paralisi et hmōi. Et tēperauit in multis hn̄tib⁹ dolores ⁊ ꝯtractiones spasmosas aneruoꝝ cū vnctiōe vini decoctiōis eius et aliquotiēs librati sunt et est res certa et melior q̄ inueniatur in hoc casu. Et valet in epilētia proprie ex causis stomachi et matricis quoniā sunt loca neruosa.

De vino abstersionis faciei.


Jnuz abstersionis faciei et manus dissoluatur tartarũ vegetis albificatũ in igne et distillatũ per filtruz. et congelatũ in bono vino greco permittatur donec clarificetur et de eo lauentur manus aut facies et non tangatur donec exficcetur. Et tunc iterũ lauetur cũ aqua. Idẽ facit vinũ in quo sic est dissoluta clara oui donec fit currens sed expedit renouare omni secunda die. Usus autẽ huiusmodi abstersionis retrahit cutez subtiliat pellem sanguinẽ ad superficiem perducit ⁊ corrugationes cutis aufert.

De vino ysopico.


Jnũ ysopi virtutem habet diureticã dissoluendi consumendi et attrahendi. Ponatur de ipso vino ysopato de liquiri. Est em̃ proprie vinum senum et potus eorũ. Ualet in tussi humida et epilentia et multotiens vsus eius sanat eã maxime in pueris. Et omnia loca humorosa si lauentur cuz eo desiccat et sanat: sicut est pulmo et matrix et aperit vias vocales et facit vocem clarã. Est enim herba calida et sicca. Ad idez valet vinum liquiricie et ordei mundi: et confert asmati. Item vinum limphaticum cum quo dissolute sunt penidie de sero in introitu lecti receptum aperit pectus strictũ habilitat ad respirandum: confert tussi ⁊ maturat catarros. Item dictũ vinum ysopi assiduatũ sanat ydropicos et caducos proprie pueros.

De vino confortante omnia membra


Jnũ confortans omnia mẽbra principalia et sanitatem eorum conseruans fit de zizibere albo. ʒ. i. cardamomo domestico. ʒ. ij. cinamomi. ʒ. i. macis. ʒ. ij. coriandri preparati. ʒ. x. rosarum rub. ʒ. i. colatum et clarificatum in mundo vase seruetur et vtatur.

De vino ad confortationem totius corporis.


Jnum aliud ad confortationẽ totius corporis fit de cubebis gariofilis zizinbere optimo añ. ʒ. ij. passularum ʒ. i. bulliantur in optimi vini. lib. iij. donec veniant ad duas et cum hoc ponantur bullire aque rof. ʒ. iij. et zuccari: et bibatur ex eo mane. ʒ. ij. vel minus. Usus autem eius confortat cerebrum ⁊ virtutem animalẽ compescit reuma frigidũ perambulatiuum et confert omnibus senibus: et valet contra sincopim et lippotomiã id est defectionem cordis cũ malefactione membrorũ et stomachi frigiditate et indigestione consumens superfluã humiditatẽ derelictam ex fructibus seu nutrimento non diuisam: et rectificat colorẽ faciendo cibum digeri et fieri bonum sanguinẽ et contra ventositatem et actiones matricis ex frigiditate vel ex nimia humectatione dũ naturaliter priuantur a conceptu si bibatur vel pessarisetur. valet etiã contra vomitum et contra lienteriã et omnem indigestionẽ. omnia spiritualia membra confortat. Et est vtilissimus vsus eius conualescentibus egritudinibus cronicis ⁊ frigidis in quibus principalia mẽbra sunt infrigiditata atq3 defecta: et est tyriaca vite ⁊

confert tussi et pectori.

De vino feniculato.



Inum feniculatum fit proprie de semie ei' valet contra caliginem oculoꝝ excitat ventrem dissol uit ydropicum et cacesiam et ego probaui in pueris et inueni veruz. Obuiat venenis vel cibis malaruz qua litatum ꝛ contra tussim et pulmonis causas. Multi- plicat lac ꝛ sperma: ꝛ quando fit cum radice ipsius iu uat nefresim ꝛ medetur egritudini vesice quoniã pur gat materias ꝛ soluit mẽstrua. Et vinum quidez pro- prie de eius semine tollit nauseam ꝛ sedat lateris dolorem: ventositatem expellit digestionez confortat opilationẽ ꝑpter sui amaritudinem aperit Splenis ꝛ epatis ꝛ viscerum dolores placat.

De vino anisato.



Inum de aniso aperit opilationes meatuum et viarum interiorum ꝛ preseruat a colica ꝛ ventositate ꝛ recti ficat digestionem ꝛ eructuosam acetositatem tollit vsus ei' et proprie competit mulieribus quoniaz aperiendo poros et subtiliando sanguinẽ atq; calefaciẽdo multiplicat lac aquo sum: ꝛ quando zuccaratur est melius ꝛ tollit dolorem renũ. Et in vitio q̃- dem renum ex ventositate ꝛ arenulis nõ inueni festinius remediũ q̃ acce ptio siue vsus istorum electuariorum ante comestionem: scz dyanisi et dia draganti: nam statim faciunt dolorem quiescere: et mundificando renes adducit arenam per vrinam. Et ipsum quidem vinum potest fieri cũ igne et sine igne.

De vino senescensium.



Inum senescẽ. hyemali tempore valens multum melancolicis ꝛ fleumaticis renes ꝛ totũ cor pus calefacit cruorem emorroydarũ tollit: cibum di- gerit: et bonum colorem facit lumen acuit: canos ca- pillos retardat mentem cõfortat ꝛ in opilatione va- let vt yera pigra preter q̃ amarescit nec laxat. Quod vinum sic fit. Reci. spice cinamomi carpobalsami xi lob. masticis. ʒ. ij. liquiri. passularum. an̄. ʒ. ß. zuccari quod placet ꝛ põt fieri sine decoctione preterq̃ in musto in moduz necta- ris ponendo species in sacculo in colatorio ꝛ reiterare vinum calefactum donec dissoluatꝛ clarum ꝛ virtutes specierum exuirtuẽtur in ipõ quod sci- tur per gustum: ꝛ hic est melior modus.

De vino estiuo.



Inum estiuum. i. proprium in estate sumendum est proprie vinum rosatum. Et põt fieri cum musto de rosis rubeis siccis sicut vinũ buglossatum ꝛ fit lenius et citius at q; melius. Et sufficit talis modus videlicet in vino potissi- me rubeo si permittatꝛ in amphora hora comestiõis de aqua rosata q̃tum placet sapor ꝛ odor ꝛ bibatur refrigerat cor mẽbra principa-

lia confortat et custodit mẽbra ne dissoluantur eorum vsus a calore: et dissoluta restaurat: valet contra putrefactionez in febrib⁹ proprie pestilentialib⁹: et ipsum quidẽ vinũ ponit tractatum in regimine sanitatis in colericis: et tempore: et locis calidis. Et est medicinale quoniam valet contra lienteriaz et dissinteriam et defectum potentiue et proprie temperatum cũ aqua pluuiali valet contra vomituz et sincopim. Ualet contra dyaforesim. Et assiduatio lauationis dentium cũ eo confortat gingiuas et os redolet: facit bonum anhelitum et faciei lauatio cũ eo facit carnem solidã et coloratam: et quando distillatur gutta eius in oculis acuit aciem oculorum quoniam mũdificat ratione vini et confortat substantiam oculorum ratione rosarum.

De vino ebulato.



Vinum ebulatuz id est de granis ebulorum et est laxatiuũ decoquãtur grana ebuli quando sũt matura et proprie tempore vindemiarũ cũ musto et remoueatur spuma ebulitionis donec de musto sit tertia pars consumpta et in nocte ponatur ad serenũ. In crastinũ vero per colatoriuz ligneũ vel per filtruz quod melius est distiletur: deinde recipiatur quantitas ipsius musti colati: et ponatur in alio musto donec placeat tibi color et sapor et mittatur in vase et expectetur donec ea deferuescat: et tũc clarificetur cũ clarificatione clare ouorum et in aliis secundum vsum illorum qui preparant vina. Ita etiam potest fieri de vinis veteribus si placet. Et est simile in operibus vino de radicib⁹ ebulorum et magis delectabile: sed nõ sic operosum: et quãto plus sit de virtute dictorum granorum et magis ad spissitudinem tendens tanto magis erit laxatiuuz et semper gustus probationis sit iudiciũ in cõmiscibilibus huiusmodi confectionum et de virtute eius reperietur in proprietatibus ebulorum.

De vino alberengi: vel alkekengi.



Vinum alberengi id est vinum de aristologia longa: scilicet de pomis rubeis eius quod secundum aliquos dicitur solatrũ rubeũ: et tempus collectionis eius est tempus vindemiarum cũ primo illa sint rubea sicut cera sa plena granis sicut grana ficuũ et latent in foliculis et sunt boni saporis cum quadã amaritudine et colliguntur et seruãtur in filo per totum annuz in foliculis suis et nõ putrescũt neque exsiccãtur et cũ adest tempus operationis accipiũtur de illis pomis duo: aut tria: aut plura: et cõterũtur cum bono vino greco: aut alio bono vino: et colatur: et bibitur: et cõfestiz soluitur retentio vrine quantũcũque difficilis sit et diuturna et educit mineraz calculosam de renib⁹ et de vesica in maxima quãtitate visibiliter ita vt manu colligi possit et interpaulatim vsus ei⁹ sanat ab huiusmodi passionib⁹. Quod si diuturna fuerit egritudo et in senib⁹ saltem cum hoc adiutorio remediatur et pauciores et leuiores sustinent passiones. Et fuit tempore meo cardinalis qui iam per quatriduũ vrine abnegationẽ passus est turgidus vt vter despatus nullis aliis sibi proficiẽtibus medicinis de consilio periti medici per potũ vini huiusmodi soluta est vrina in quantitate vt impleretur quasi conca vna. Et quo solo experimẽto medicus ille cũ parua scientia factus est magn⁹ et diues. Et multis quidem deus scientiã dat magnã et aufert vtilitatem et ecõuer-

so ꝛ hoc totum est: qꝛ medicus dicitur abyssus multa.

De vino graminco.



Inum gramineum dicitur ꝙ fit de radicibꝰ graminis bñ loti. Usus eius occidit lumbricos a ꝓprietate purgat renes ꝛ vesicam de arenulis: aperit opilationes interiores epatis ꝛ proprie que fiunt in meseraicis ex cruditate seu adustione ꝛ est ꝙ principiũ in eo statim bibitũ mitigat dolorem iuncturarum ꝛ podagricorum ꝛ artheticorum conuertit et deriuat materiam morbi ad vias vrine quoniam est radix diuretica temperata ꝓpter dulcedinem que est in ipsa.

De vino contra quotidianam.



Inum contra quotidianã quartanã ꝛ tertianam notham: ꝛ est digestiuũ ꝛ laxatiuũ: vt quod digerit educere bene possit. Recip. esule. lib. i. epithi. ℥. vi. polipodij cinamomi passularum. añ. ℥. iiij. masticis. zinz. zedoarij gariofil. añ. ℥. i. zuccare quod sufficit.

De vino fracto.



Inum quod dicitur vinum fractum valens febricitantibus sine nocumẽto sic fit in tribꝰ vel quattuor partibꝰ aque bullientis posite in ampula ponat̃ ps vna vini ꝛ ampula ponat̃ in vase in aqua frigida ꝛ refrigeret̃ ꝛ secure bibatur. Hoc em̃ vinũ apperit opilationes ꝛ ducit materiã morbi per vrinã ꝛ multũ ꝯfortat. Et si nõ biberit vinũ naturaliter fermentet̃ panis cum vino loco aque: ꝛ vtatur eo ꝛ veniet ei appetitus bibendi vinum.

De vino dyamon valente ad generationem.



Inum dyamon id est ad filios procreãdos et retinẽdos in mulieribꝰ ꝓprie pinguibꝰ ꝛ frigidis ꝛ nõ iuuenculis. Recip. feñ. zinziberis gariofil. cinamomi. añ. ℥. i. leuistici spice piperis albi. añ. ℥. ß. galãge. añ. carui. añ. scrup. ij. cũ zuccaro fiat nectar ꝛ vsus eiꝰ sit ꝓprie in hyeme et limphetur cũ aqua passularum: vel liquiricꝰ: vel cuz aqua zuccarata donec cõmode colari possit quoniam est calidum valde.

De vino aqueo ad decipiendum infirmos



Inum aqueũ ad decipiendũ infirmos orificium ampule plene aq̃ digito supposito obturet̃: ꝛ in tenẽdo intromittat̃ in vas plenũ vino rubeo ꝛ odorifero: ꝛ cũ in fũdo vasis locata fuerit digitus eleuetur: ꝛ ita teneat̃ diu sub vino: ꝛ cũ extrahi debꝫ simili modo cũ digito supraposito extrahatur et seruetur et erit aqua habens colorem vini cum modico sapore cuz quo infirmus decipitur.



Uinum yringorum.

Inum yringinũ. i. de yringis q̃ est calatrapia est secretũ ꝙ vinũ decoctiõis eiꝰ addito zuccaro statiꝫ strãguriaꝫ soluit. Et ꝑficit vsus eiꝰ in viã generationis ꝛ auget materiã

De vino mellito.



Vinum mellitum sic fit. Permittũtur morari vue dulces albe in vite ad solem elenatis folijs donec passentur et tunc exprimitur mustum ex eis ꝛ reponiẗ: ꝛ peruenit dulcissimum ad spissitudinem tendẽs. Quam dulcedinem suscipit ex magna digestione a sole facta ꝛ est nutribile ꝛ generatiuũ crassiciei ꝛ delectabile: maxime tempore hyemis. Et quidam aliter bulliunt passulas in vino bono in aliqua quãtitate donec fiat bene dulce: ꝛ reponitur in vase vbi mustum poni debet ꝛ addũt passulas pistatas et virtus earum transit in vinum: ꝛ ipse vue resident cum fecibus: ꝛ vnusquisq; modus est bonus.

De vino gariofil.



Vinum gariofil. tantum cum suspẽsione gariofil. in sacculo positorum pendent in musto infra vegetem: sed est vinum nimis desiccatiuũ: ꝛ habꝫ virtutem dissoluendi: consumẽdi: desiccandi: ꝛ attrahendi: ꝛ valet contra asma antiquũ ꝛ tussim senuꝫ putredinalem ꝛ contra epilentiam ꝛ sincopim ꝛ confortat digestionem ꝛ retentiuam ꝛ facit anhelitum odoriferum zuccarum autem et liquiritia minuunt de siccitate eius.

De vino aromatico.



Vinum aromaticum fit per suspensiones rerũ aromatizabilium suspensarum in sacculo in vase continente vinum vel mustum. Et erit odor et vtilitas scḋm genus rerum aromatizabilium siue frigidatum siue hoc siue illud.

De vino granato.



Vinum granatum est duobus modis aut in colore granorum granatorum: ꝛ illud fit aut per cõmixtionẽ vuarum nigrarum ad albas: aut fit per cõmixtionem ꝛ conuersationem musti super vuas iam expressas ꝛ morãdo cum eis ꝑ triduum postea extrahendo sic fit communiter in prouincia: ꝛ est bonus modus et fiunt frigidiora vina et magis confortatiua et meliora pro estate quoniam habet frigiditatem ꝛ stipticitatem qua confortantur mẽbra et extractione illa super racemos a granis corticibus vuarum qui frigidi sunt et stipticitatem faciunt. mora ergo operatur vt contrahatur de virtute illorum et immisceatur vino. Fit et alio modo vinum granatum de vino albo quod est vinum medicinale: ꝛ proprie vinum pro estiuo ꝛ estuãtibus et laborantibus de calore et calefactis: et distomacat lyentericis et colericis: et oportet ꝙ recipiantur moderato vsu: ꝛ quando etiam ꝙdiu necessitas requirit et de consilio periti: ꝛ ita obseruandum est in qualitate et remedicinali vt dixi quoniam res medicinalis est habens mensurationem scḋm morbi extensionem ꝛ remissionem. Sumantur ergo grana granatorum proprie magnorum: ꝛ fiat de eo sicut diximus in vino de granis ebulorum et illud scḋm me pre ceteris alijs modis colãdo ꝛ teneo me

liorem. Et quidam seruant poma granatorum et cum volunt ieiuno aut in comestione vti vino cum virtute granorum exprimunt grana per lintheum mundum in vase: et imponunt vino bibendo sicut placet. Et meilor modus est conseruare poma quam succum in ampulis quoniam in ampulis de facili recipit corruptionem. Uerum ad vtrūq remedium vt in sua per totum annum seruetur integritate. Super vino autem granatorum posito in ampula seu phiala vitri superponatur oleum collophiale in altitudine trium digitorum et sine corruptione seruabitur. Poma autem exsiccentur ad solem et cum exsiccata fuerint in aqua feruenti subito immergantur et extrahantur ab ipsa aqua et ponantur in loco non humectoso et a corruptione remoto isto modo sine dubio conseruantur. Sunt et alij qui tota estate singulis diebus mane ieiuno stomacho comeduntvnumvel medium pomum granatum et superbibunt mensuram optimi vini et expectant a cibo vsq ad conuersionem eius et dicunt preseruari a febribus pestillentialibus estuositatibus epidimia et aeris corruptione et non posse coleram augmentari. Et ego laudo hunc modum propter delectationem que est in actu vtroq. Et iste modus intrat regimen sanitatis cum hijs que habent fortes stomachos et sunt parati ad egritudines calidas et putredinales desudationes et variolas et qui timent corruptionem aeris et ignis et pestilentie. Et quidam puluerizant de zuccaro et recipiunt grana cum cocleario et est bonum et valet vsus eorū. ymo vinizatum quod est multo melius quoniam ipsum vinum est in numero eorum que est cibus et potus et attingit preter hoc ad sanitatis preseruationem. Sed vsus exsiccantium homini sano est nociuus cum acetum recipiatur per viam medicine non per viaz cibi. Et ego multotiens multos curaui leniter et breuiter de calefactione et effimera propter occursum rerum calidarum vt ictericiam et sincopim et opilationem de calida causa ministrando grana granatoruz in cocleari cum dyarodon et tria sandali et rosata nouella simul mixtis. Et deus scit quod non inueni melius ac citius et breuius. remedium ad rectificandum epar distemperatum quocunq modo de calida et consequentia propter accidentia. vnde sepius pallor faciei et discoloratio generatur sicut dare circa principium tertie et circa finem prime digestionis coclearium vnum de mixtura istorum trium electuariorum etiam sine potu et palliditas siue discoloratio non generatur nisi ex defectu tertie digestionis que est in epate in quo fit generatio sanguinis et humorum sequestratio. Sed hec requirit differentiam que est quando accidit propter caliditatem exuberantem aut frigiditatem ex hoc in toto corpore expressam aut circa instrumentum ipsius tertie digestionis quod est epar. Aut in eo: et hoc discernitur ex signis vrine maxime et perceptione patientis et confectio predicta in calida habet locum in frigida vero dyanthos et rosata nouella et in omnibus remediandum vijs: nam quicūq magis scit magis proficit scilicet qui egritudinum curas per signa et simplicium et compositarum rerum naturam melius nouit et cū hoc. sue ratiocinationis operationem et propinquiorem veritati dirigit cum ymaginatione facti hic melius et lenius et citius curat et natura quidem vniuersalis non paucis principijs operatur mirabilia et innumerabilia et bono medico et ingenioso pauca sunt necessaria.

De vino contra ventositatem et tussim.



Jnum contra ventositatem et tussim et asma. Jn
ipso enim vino intrat virtus anisi feniculi et liquiri. Jta ꝙ li
quiricia in duplo eorum sit et assiduetur bibere.

De vino aquatico.



Jnum aquaticum est vinum sanctissimum. Et co
gnoui virum magne auctoritatis qui non vtebatur alio vino
et pro infirmis non est aliquid melius. Nam fit vnio corpora
lis et visualis vini et aque et amittitur de fumo vini et furo
re eius propter aquam. et alteratur naturalis frigiditas aq̃
et humiditas. siccitate ⁊ caliditate remittitur caliditas vini et siccitas fri
giditate et humiditate aque: ita vt fiat res temperata et est res tempera-
ta et est cautela vt bulliat vnum cum altero prius vt melior fiat permix-
tio et sit aqua bona fontis vini et inde extimatione preuisum est apud vul
gum vinum potandum temperetur antequam ad mensam portetur et er
ror magnus est. approbatur maxime apud prelatos et dominos vt aqua
vino cum bibere volunt imponatur ex quo conturbatio ventositas et in-
digestio generatur. Et de actionibus non inueni nisi alexandrum qui ca-
ueret in hoc passu. Et causa impedimenti digestionis est sic diuersitas as-
sumptorum pro eo ꝙ nequit vnita digestio celebrari. Cum autem qualita
tes que erant contrarie vini et aque fracte sunt et etiam permixte adinui
cem quia iam passa est aqua a vino et facta est remissior in sua frigiditate
et humiditate et vinum in caliditate et siccitate facta est res temperata
magis apta digestioni et incorporationi et ostendit ad locum huiusmodi.
Exemplum quia cum aqua vino commiscetur videtur manifeste fieri mo
tus inter ea et ascensus vini et descensus aque tanꝙ contrariorum repu-
gnantium ad seinuicem commisceri cum primo aliꝗtulum steterit effe-
cta permixtio et quiescit et tunc est tempus bibendi.

De vino cui datur odor et sapor in momento.



Jnum cui datur odor et sapor in momento et est
curiosum maxime pro curijs seu conuiuijs regum et domino
rum qui volunt se ostendere et habere mirabilem diuersitatē
vinorum propter quod est ad honorem et vtilitatem etiā qm̄
per hunc modum potest etiam vinum ad multas res medici
nales secundum virtutem rei que sibi applicatur. Et modus est breuis et
est talis. Ponatur in aqua vite herba vel species aromatica quā delectat
per diem naturalem et virtus illius rei erit excorporata in illa aqua dicta
et erit sibi sapor et odor illius et de illa aqua ponatur modicuꝫ in vino bi
bendo et erit vinum in sapore rei apposite in aquavite.

De vino laxatiuo et mundificatiuo.



Jna laxatiua et mundificatiua sanguinis fiunt
cū rebus scilicet illā proprietatē habentibꝰ. Et vt sufficiat vnꝰ
modꝰ pro omnibꝰ. Bulliāt in vino res purgātes colerā et me
lancoliā: vel fleuma vel sanguinē mūdificantes secundū bo-
ni medici consideratione: deinde addens decoctioni colate et

clarificate aliqd de melle vl' zuccaro sicut cōditio aut saporitas rei q̄ requiritur ad delectationē rei recipientis: ꝛ posito aliquo de aromatizantib' in sacculo coletur sicut claretū et seruetur et recipiat sicut oportet. Et est medicus q̄ ponit turbith in vino sine igne ad solē in fiala per tres dies frequenter mouendo phialā et excorporatur virt' turbith in vino: et si deficiunt pone in eo vino de puluere zuccari. Si administras etiā de ipso vino podagricis defrigidat ipsos multū iuuat seu liberat. Et sic q̄ꝫ de reubarbaro ezula elleboro: ꝛ alijs spēb' laxatiuis fieri posset. ꝛ certe mod' curiosus et pulcer est.

Uinū quod auffert vētositates ꝛ cōseruat fetū in p̄gnātib'.

Uinum quod auffert ventositatem et aborsum a pregnante et conseruat fet' vsqꝫ ad temp' cum omni auxilio. Rec. seminis apij mēte sicce ameos. añ. ℥. iij. masticis gariof. cardamōi rosarum rubearū maiorum. añ. ℥. i. cinamomi cappar excoctis castorei zedoarij yris illirice. añ. scrup. ij. zuccare lb. ij. fiat de eis claretū addito melle q̄tū placet. Et vtatur eo modicum mane et sero. Et potest etiā fieri electuariū de eisdem cū de sero cubat sumat scrup. i. cū bono vino immiscēdo quod melius est. Cōfortat enim ligamenta et virtutē retentiuā adiuuat ad ferendū onus creature et sterilē propter ventositatē aut frigiditatem vel humiditatē vel matricis superfluam humorositatē. propter quod specialiter frequenter culpa sterilitatis accidit. Habilitat etiā ad concipiendū deo dante.

De vino constringente fluxum ventris.

Uinum nobilissimū quod constringit fluxum ventris et confortat stomachum fit de succo citoniorum depurato cum vino et aqua rosata.

Explicit tractatus de vinis.

Incipit epistola de accidentibus senectutis et senij.



Domine mūdi qui ex bina stirpe nobili originem assumpsisti: altissimus deus vestram clementiam et sanctitatem ad omnia optata faciat peruenire. Cogito et cogitaui temporib' multis vestre altitudini complacere ascendi in altum et inueni rem difficilem et sepe fallibilem ad iudicandum rimatus sum viscera terre et inueni ibi vanitatem et temporis perditionem reduxit me fortuna in medium forte propter mediocritatem mei animi et in eo inueni tres doctrinas p̄ncipi necessaria volenti longo tempore dominari. Quarum vna docet discernere equū ab iniquo ꝛ iustū ab iniusto et ius suū vnicuiqꝫ rectissime exhibere. Et hec ꝯseruāt p̄ncipē in sua lege et hoīes naturales in bono statu

facta acida in vite non fuit tota transmutata in vinū. Et ideo ponit ysaac ꝙ multas proprietates habet vinum vinosum mixtum cum bona aqua fontina cum non est sapor extraneus ꝙ vinum aquosum absqꝫ aqua: quia in vino aquoso est aqua acida: sed in vino vinoso non: quia aciditas recessit propter calorem solis. Et forte decoctio vini in nouitate sua suppleret hunc defectum. Quandoqꝫ accidit ꝙ terra calida velud terra sabulosa iuuat hunc defectum solis: sed non multum. Sed bene patet ꝙ distantia solis multum operatur: quia terre a quibus multū distat sol carent multis generibus plantarum scilicet oliuis: ficubus: et granatis. Et vina non permanent velut in regione calida que decem annis aliquando conseruantur. Genus plante attēditur in hoc quia ꝗuis omnia predicta concurrant et planta sit mali generis nihil valet. quod patet in quodam genere racemorum quorum grana sunt pulcriora alijs tamen vinum quod inde fit breuiori tempore conseruatur nec est eiusdeꝫ bonitatis et saporis in generatione naturalis humiditatis. Et sic ex euchimijs bene digestis prouenientibus ex animalibus et plantis potest restaurari et renouari humiditas naturalis et pinguedo in senibus velut rusticus carnem bouis senis innouare consueuit sepissime. Sed quidam sapientes caldei dicere voluerunt ꝙ humiditas totius corporis possit transmutari euacuando veterem et regenerando nouam. Et hoc dixerunt posse fieri prius potius purgando humiditatem interiorem cum farmacia. et illam que est in carne ⁊ cute cum sudoribus quarum vna regeneratur cum cibis euchimijs preparatis artificialiter ad conuertendum quibus sunt admixta que non subiacent corruptioni. Et sic humiditate carnis euacuata per sudorem et interiori per farmatiā opus est vt regeneretur cuꝫ predictis cibarijs ⁊ inunctionibus a corruptione longinquis. Et per subtractionem veteris humiditatis propinque corruptioni subiaceñ. et per regenerationem bone humiditatis longinque a corruptione innouabitur homo et eius durabilitas longo tempore permanebit. Et hoc antiqui faciebant. et adhuc quidā sapientes caldei vt quidam dixerunt sciunt facere quorum sapientā ignoro. Et hoc dicitur fuisse factum cuidam captiuo germanico a quibusdam sapientibus in arabia: sed ouidius dicit hoc medeam fecisse cum vno medicamine ex diuersis medicinis composito ꝗuis illud a quibusdā fabulose intelligatur: et sic ex his et aliquibus predictis potest patere vestre clementie carissime princeps quare antiqui multum viuebant: quia eorum cibaria generabant humiditatem naturalem longinquam a corruptione et alia causa erat puritas aeris. Tertia cōseruatio regiminis. quarta vsus proprietatum quarūdam rerum que defendunt naturalem humiditatem cito dissolui quarum cognitio non peruenit ad grecos. Et sic nunc postꝙ vidim⁹ de cibis et potibus q̄ naturaleꝫ humiditatē que quotidie resoluit restaurant: videndum est de hijs que eam defendunt et retardāt dissolui.

De his q̄ naturalē humiditatē defendūt resolui et restauratā sincerant ne cito resoluatur et calorē naturalē et hūiditatem retinent temperatam.



Res q̄ naturalē humiditatē defendūt et retardant dissolui et restauratā humiditatē sincerant sunt tres. quarū vna natat in mari.s.margarita altera iacet in viscerib⁹ terre.s.aurū. tertia inuenitur in visceribus aīalis longe vite.s.os de corde ceruí. Et nō solū predicte res naturalē hūiditatē retardāt a dissolutiōe: sed eā et calorē naturalē retinēt tēperatū ⁊ ab eorū temperātia non īmutant: q2 donec calor naturalis ⁊ humiditas naturalis est tēperata in hoīe: calor natural' temperatur et corroborat: q2 sanitas et durabilitas in hiis duob⁹ existit. Et hoc est preceptum qđ dicit aristoteles in epistola ad alexandrū. Sed hec res debent sumi electe et p̄parate: quia in earū preparatione est totū secretū quod sapientes occultauerunt: et sunt spisse substantie. Ideo sunt terende ad summū. Quia filius principis abohaly dicit in.ij.cañ.capitulo de iudiciis quarūdam medicinarū q᷑ omnes medicine spisse substātie in vltimo sunt terende. Et p̄pter cū mea intētio est vt ad finē perueniant elongatiōis et ad quartā transeāt digestionē vt ad cor et membra similiū partiū. Sed he predicte res indigēt electione et p̄parationibus multis quarū vna est bona alia melior tertia optīa. Sed medicina que inuenit in animali longeuite est cartillago q̄ vltra vnū scrupulū non pōderat. que in oībus fere animalib⁹ est sanguis. vnde inuentū fuit vnū de illis aīalibus tēporibus nostris in cui⁹ collo fuit inuētus circul⁹ aureus inscriptū erat. hoc aīal fuit proiectū in hoc nemore tēpore iulij cesaris. Sed hec medicina est.f.⁊ sic. et retardat naturalē humiditatē dissolui et calorē naturalē et eius humiditatē retinet temperatā si cū calidis aromaticis cordialibus temperet. Sed de illa que natat in mari.s.margarite: quidā dixerūt eam esse frigidam quidam temperate complexionis. vt ysaac filius salomonis loquitur ad ea dicens q᷑ sanguinem proprie clarificat cordis et eius grossitiem extenuat et humiditatē in oculis coadunatam desiccat valet cardiacis et tremori cordis ⁊ timorosis et suspiriosis ex colera nigra patiētibus. Et dixerūt alij q᷑ valet epilticis et facit vomere sanguinē coagulatū infra corpus ex vulnere vel ex aliqua alia causa si puluis eius sumat in potu. Itē dixerunt alij q᷑ si de hac medicina fiat aqua vel aliquo ingenio sit liquefacta curat egritudies prouenietes ex errore q̄rte digestionis si ex ea cutis lauet sicut sunt morphee albe.. Sed medicina illa q̄ iacet in visceribus terre scilicet aurū. habet p̄prietatē humiditatē naturalē a dissolutione retardare et eā in suā retinere tēperantiā et calorē naturalē temperatum in sua retinere tēperantia ⁊ distēperatū ad suā temperātiā reducit. Et dicit ysaac in libro de sustentatione artis medicine q᷑ habet proprietatem subueniēdi de facto stomacho ⁊ timorosos ⁊ cardiacos cōfortat ⁊ est contra melancoliā allopiciā atq3 tyriā. Et princeps dicit q᷑ confert dolori cordis et tremori ipsius ⁊ ei qui solus loquitur ex malicia anime de nocte: nec est admirandū si hec medicina que iacet in visceribus terre facit has operationes quia filius zacharie dicit q᷑ hec res est temperata in primo gradu et excedit omnem medicinam in temperantia et in ea est natura equalis et recta: nec subiacet corruptioni alicui elementorum et ideo naturalem humiditatem retardat a dissolutione et nouiter generatam

defendit ne cito resoluatur. Et quicunq; gliscit humana corpora conseruare in sanitate que subiacent alterationi sex generum causarum que mutant necessario: querat hanc rem et non aliam que corruptioni et alterationi non subiacet et illa res conseruabit corpora in sanitate. et aristoteles in libro quem composuit ad preces alexandri hoc dicit. Item et sic defendit a festina alteratione et supplet defectum sex generum causaruz secundum possibilitatem mensurataruz. Que cause mutant corpora et conseruant secundu3 q in predicto capitulo de causis senectutis declaraui. Et secundum hoc videtur aristoteli. impossibile q medicine que corruptioni et alterationi subiacent conseruent corpora humana in sanitate et naturalem humiditatem ne cito dissoluatur ante tempus et defendant homines ab accidentibus senectutis et senij ne veniant ante tempus. et hoc medici credebant facere cum medicinis aromaticis que subiacent corruptioni. Quomodo ergo corruptum potest reddere incorruptum nonne mihi impossibile videtur. Et hec medicina debet esse electa et preparata preparatione bona et tunc facit operationes bonas et cum est preparata preparatione meliori tunc facit operationes nobiles. Et cum preparata preparatione optima tunc facit operationes sublimes et in hoc est totum secretum. Intellige hoc carissime princeps et vsus predictarum rerum naturalem humiditatem et calorem retinet temperatum et defendit tam corpus q humiditatem naturalem et calorem a sua temperantia immutari a causis necessarijs male mensuratis: et supplet defectum causarum secundu3 possibilitatem mensurataru. et forte de hac re fuit aqua quam bibit senex agricultor in regno sicilie cuius aratrum obuiauit vasi pleno aque credens illam esse similem aque cysterne propter eius claritatez cum esset afflictus labore et calore auide eam sumpsit et eam totaz bibit et mutatus est agricultor senex in equalem complexionem et in etate. xl. annorum in apparentia et factus est maioris discretionis: et memorie: et intelligentie: et vixit annis. xl. post potum in curia regis sicilie et dixerunt quidam sapientes q cum predictis medicinis cordialibus debet admisceri crocus et mustus nam crocus produci medicinas ad cor mustus confortat cor et sanat eius tremorem et melancoliam ex solitudine et confortat cerebrum et letificat animum et prestat audaciam et debet vergere ad rubedinem habens formam sphericam. Postq vidimus de his que naturalem humiditatem defendunt a festina resolutione et nouiter generatam sincerant et naturalem calorem et humiditatem retinent temperatam videndum est de his que caniciem festinant venire et quedam alia accidentia senij et senectutis.

De cibis et rebus que accidentia senectutis et senij principaliter festinant venire.



Res festinantes caniciem et alia senectutis accidentia sunt he: fructus pisces olera humectantia genera lactis triticum in aqua coctum pultes potus aque pluuie multitudo vsus aque dulcis hec predicta caniciem festinant et alia senectutis accidentia: coitus plurimus: flebothomia plurima et hoc faciunt per viam dissolutionis naturalis humiditatis. Item ebrietas superflua et mulsio alias euulsio capillorum et tange-

re cum his que infrigidant sicut oleum sal butyrum: aqua rosacea: aqua sambuci: camphora: hec predicta inueniūtur in auiceñ. iij. feñ. decoratio-nis capitulo de rebus que caniciem retardant. Effusio aque plurime supra capillos ablutio plurima cū aqua dulci: z camphora: odoramētū aneti frigidi z eius pulueris ablutio plurima cū aqua dulci. Et ideo dicit plurima qr rara ablutio nō offendit: vñ quidā lauāt oculos tantū z faciē abstergunt cū pāno laneo dicentes ꝙ talis absterſio faciem clarificat z cum hoc cōcordat haly regalis in fine regiminis dicēs ꝙ fricatio faciei cū pā-no mediocri faciem colorat odor sulphuris z eius fumus z fumus argēti viui z arsenici hec predicta festināt caniciē et alia senectutis accidentia: habitare in frigidis regionibus z valde humidis minoret vinū z alteret aquam cū melle z vitet oīs cibos humidos generātes fleuma z sit ꝯtentus frixis z assatis z q̄ in patella preparāt z assatura absq̧ iure z vtat aq̄ ciceris. Hec omīa predicta dicit rasis in diuisione in capitulo de decoratione capilloꝝ. Item dicit z vicant fleuma ex cibis z medicinis que retardāt quedam accidētia. Item auiceñ. dicit in quarto. Nam dum sanguis remanet pinguis spissus calidus viscosus capilli sunt nigri cum ad aquositatē tendit capilli declinant ad caniciē: sed aristoteles dicit in libro quē fecit in sua senectute ad preces alexandri summi regis ꝙ risus facit senectutez festinare. Postq̄ diximus de his que senectutis accidentia accelerant nūc dicamus de his que purgant z consumunt humorem generantem accidē-tia senectutis z senij.

De his que euacuant z consumunt humorem inducentem accidentia senectutis z senij z canos auferunt.



Omnes sapientes fere qui de medicina tractauerunt in hoc ꝯcordant ꝙ omne qđ fleuma purgat euacuat humorem inducentē caniciē z quedā senectutis z senij accidentia: sed auiceñ. videtur dicere in capitulo de cōplexionibus etatū z generū ꝙ nō solum fleuma generat supradicta accidentia: sed oīs humor extraneus: z vtrūq̧ est verū. Sed fleuma magis generat hec accidentia: z caniciem q̄ alius humor qr calori naturali obuiat duobus modis: vno modo suffocādo alio modo qualitati obuiando vomitus purgat fleuma faciens accidētia senectutis z ꝓprie post cibum pre ceteris farmacijs: vt auiceñ. in quarto cañ. in tractatu decorationis z hic vomitus est faciendus semel vel bis quolibet mēse z post cibi saturitatem, vt rasis in regimine libri almansoris capitulo de vomitu. Et sic oīs latini concordant pigra. G. z pillule de mastice z aloe purgant fleuma faciēs accidentia senectutis vt ysaac in capitulo de canicie. Item pigra habet ꝓprietatem purgādi humidos humores absq̧ humiditatib' naturalib' vt auiceñ. in capitulo de cachecia et scđm hoc pigra est medicina ꝓpria in hoc casu z hoc est intelligendū de pigra in qua nō est laxatiuū nisi aloes z id aloes debet esse epaticū scđm ꝙ describit ab haly et auicen. nam eius attractio nō est a' longinquo: sed cui obuiat. s. stomacho z intestinis z longinquior locus sue attractionis est ab epate absq̧ venis: vt in quinto cañ. de tractatu de yere. Sed videt ꝙ virtus cuiuslibet generis rei

si datur scdm quod debet exhiberi facit supradicta. Nam aristoteles precepit alexandro in sua epistola quolibz mane ipm sumere. Nam subtrahit fleuma stomachi: et est vita epatis et colorem excitat naturale et fugat ventositem. Sed scdm id quod dicit haly regalis in capitulo de regimine senum videtur quod nec pigra nec aloes sit pprium in purgatione humorum inducentium senectutis et senij accidetia cum ipse dicit quod senes no sunt purgandi cum medicinis abominatibus sicut pigra sed cu lenibus sicut cum iure gallorum veterum et mirabolan. et hoc intelligendum est de alijs quam de citrinis: qr citrini no purgant humorem festinatem senectutis et senij accidentia sed alia genera mirabo. forte illum purgat humorem. Clistere omne purgans fleuma retardat supradicta accidetia: vt auicenna in quarto de rebus que caniciem retardant. Et hoc clistere est ad hoc pprium. Reci. suc. mercuria. f. ebuli: et sambuci: et cola: et inijce per clistere: sed videtur quod omne solutiuu inducat senectutis accidetia pter illud quod dicit hypocras testante auicen. capitulo de exercitio medicina purgat et inueterat et maiorem partem naturalis humiditatis que est vite substatia de corpore educit. Et hoc est intelligendu cum medicina purgat bonam humiditate sed no malam et datur illis qui purgatione no indiget sicut sunt sani et forte eleborus niger cu est preparatus purgat humorem faciente accidentia senectutis pter illud quod auicena dicit in scdo canone. Qd de proprietatibus elebori nigri est quod ipse permutat corpus in sua complexione et facit ipsum acquirere complexionem bonam iuuenilem balnei frequentatio ieiuno stomacho consumit humorem generantem caniciez et gargarisma ta: vt ysaac in capitulo de canis tingen. Item aristoteles dicit in libro alexandri quod senes sunt balneandi stomacho ieiuno et aqua tepida: et quod meli est vt ipsi recipiant de humiditate balnei quam balneum de humiditate senu sed balneum trahit humorem ad superficiem cutis. Et ideo videtur quod caniciem potius sustinet quam retardet: et ideo est vtendum ieiuno stomacho: et post depositionem superfluitatum: vt hypocras in regimine acutorum triffera facta de mirabolanis nigris emblicis et belliricis est vna de reb retardantibus accidentia senectutis: vt rasis in diuisione in capitulo de decoratione capillorum. Electuariu de mirabolanis indis cum zuccara retardat caniciem: vt rasis in libro almansoris. cap. eo. Triffera maior et minor facit idem auicenna capitulo eo. masticatio mirabolanorum conditorum fleuma faciens caniciem retardat. Nam auicenna dicit in capitulo de rebus que retardant caniciem quod si omni die fit masticatio mirabolanoru conditorum kebulorum cum augmento sui equalis numeri nimiu conseruant adolescentiam. Hec omnia faciunt mirabolin. et triffere per viam desiccationis fleumatis. Poma pini calida et humida sunt in tertio gradu et scdm quosdam in secundo et hoc est in paruo. Sed magum est equale ad caliditatem declinans et eius humiditas augmentatur. Habz enim proprietatem desiccandi humiditatem corruptam que est in corpore et acquirit humiditatem bonam et impinguat ipsam et corpus debilitatum confortat prodest tussi et humiditatibus pulmonis putrefactis et abstergit humiditatem renum et vesice et lapidem prouocat: et est medicina senum et confortat eos qui frigidam et siccam complexionem habent et debet sumi in cibis. ʒ. i. et femine sunt masculis meliores et recentes sunt sumede quia inueterate nihil fere valent. Et est mirabile de hac re: quia

est cibus et medicina:cibus quia naturalem restaurat humiditatem:medicina quia predictis egritudinibus valet. Confectiones que abscindunt materiam fleumatis sunt omnes ille in quibus ponitur scoria ferri. Sed meliores sunt in quibus ponitur aurum vt auicenna in quarto de rebus que caniciem retardant. Et sic aurum habet proprietatez abscidendi materiam fleumatis medicina cuius minera est planta: scz lignum aloes indicat superfluam consumit humiditatem generantem senectutis accidentia de qua loquitur princeps dicens ꝙ est calida:et sic in secundo quod ipse estimat est subtile opilationes aperit frangit ventositatem et confortat viscera et prohibet iram remouet superfluitates humiditatum facit odorem oris bonum:confortat neruos:et acquirit eis humiditatem subtilẽ: confert cerebro: et confortat sensum:confortat cor et letificat ipm: remouet humiditatem putrefactam stomachi et confortat ipsum: et in ipso est virtus constringens vrinam et dissinteriam melancolicam:ysaac de ea loquitur dicens omnia interiora membra confortat:corporis superfluitatẽ expellit:opilationem epatis aperit fluxui et defectioni vesice repugnat. Medicina que vegetatur habet proprietatem confortandi:dissoluendi:extinguendi mundificandi et consumendi: confortat cor et omnia principalia membra dissoluit:extinguit:mundificat:et consumit superfluum fleuma et melancolicam vbicũqꝫ sit in corpore precipue stomachi et cerebri: et in libris cuiusdam latini inuenitur ꝙ quedam regina scripsit alteri regine ꝙ vsus huiusmodi rei preseruat hominem a senectute et canicie et valet melancolicis et cardiacis et inuenitur ꝙ indorum rex scripsit alteri regi ꝙ carior thesaurus quem habebat in suo regno erat hec planta. Et dicitur ꝙ inde fit oleum quod caniciem et accidentia senectutis retardat: sꝫ qualiter istud fiat non inueni: confortat visum. Et ideo dicitur ꝙ hec medicina vegetatur in aere quia absqꝫ aere incrementum non recipit ꝙ patet in rosis que sub terra in vere reflectuntur vt in hyeme possint conseruari. Et proprietas istius rei vltra annum non permanet et crescente luna crescunt illius plante flores:et decrescente luna decrescunt et cadunt flores et vere ante descensum solis sunt penitus colligendi. Aliter suam virtutem completam non habent. Et medicina cuius minera est planta in die est conueniens in commixtione predicte rei. Suffumigationes odorifere temporibus tamen congruis faciem clarificant et accidentia senectutis retardant:vt ait aristoteles in epistola ad alexandrum. Dictum est de his que purgant et consumunt humorem facientem et accelerantem accidentia senectutis. Nunc dicendum est de his que conseruant iuuentutem in capillis et canos tingunt: et eos faciunt cadere et loco eorum nigros renasci secundum ꝙ in libris sapientum inuenitur absqꝫ experientia dicam. Omnia olea calida conseruant iuuentutem in capillis et caniciem retardant: et propria sunt ad hoc oleum de costo oleum de nigella: vt Auicenna in sexto intractatu de oleis et in quarto de his que caniciem retardant et si detur in potu oleum costinum retardat caniciem vt ras. in libro almansoris. Oleum de oliuis immaturis siluestribus conseruat capillos et prohibet velocitatez caniciei si administratur omni die vt Auicenna in secundo cano. capitulo de oliuis lauatio cum oleo et aqua q̃ retardat caniciem:vt aristoteles in fine libri de animalibus. Et si omnia olea calida retardant caniciem ergo oleum balsami et oleum benedictum

quod fit de lateribus. Postq̄ vidimus de his que conseruant iuuētutem in capillis et caniciem retardant. Uidendum est de his que canos cadere faciunt ꝛ loco eorum nigros renasci: de quo loquitur princeps abohaly in quarto cano. capitulo de rebus que caniciez retardant dicens de his que experta sunt his que fuerunt ante nos ꝛ experta sunt tempore nostro est portare dragagantum rubeum albacalay pondus. ʒ. i. ipsuz em̄ depilat canos ꝛ facit loco eorum capillos nigros renasci verūtamē nō tolerat illud nisi qui habz forte corpus ꝛ humectatum ꝛ oportet q̄ administretur post illud quod mūdificet pulmonem et humectet ipsum. Sed ysaac dicit q̄ si borago cū aqua ꝛ zuccaro coquitur vel melle ꝛ detur in potu cānales pulmonis mundat. Item spica celtica cum vino bibita sepe pectus ꝛ pulmonem mundificat ꝛ multa que in libris medicine scribūtur pulmonē mundificant. Item legitur in quibusdam scriptis hermetis q̄ est quedam herba similis maiorane cuius folia sunt celestis coloris ꝛ sunt rotūda vt denarius ꝛ crescente luna crescit eis vnum folium et decrescente luna eijcit vnum folium successiue ꝛ remanet nuda ꝛ nascitur in mōtibus ꝛ rupibus et fluuiorūz ꝛ eius flores citrini sunt ꝛ dicitur ibi si quis receperit de hac planta ad pondus vnius lentis ꝛ tantūdem de sypi et clauserit in vase p. iij. dies et de ip̄o biberit cum lacte vaccino per aliquos dies pro cibo pili eius cani cadunt ꝛ nigri loco canoꝝ renascuntur ꝛ homo iuuenescit. Sed hec predicta nō sum expertus. Sed pōt hoc accidens ad tempus cū tincturis remoueri. Et qualiter illud fit in libris medicine inuenitur.

De his que calorem naturalē debilitatū ex naturali cursu nature ꝛ resolutione naturalis hūiditatis ꝛ ex augmēto extranee confortāt ꝛ restaurāt.



Ulta relegi volumīa sapientū ꝛ pauca inueni medicamīa q̄ naturalem calorē debilitatū ꝛ resolutū ex resolutione naturalis humiditatis et augmento extranee vel ex aliqua alia causa confortarēt et restaurarēt. Sed quidā sapiētes fecerūt tacite mētionē de quadā medicina q̄ egredit̄ de minera nobilis aīalis asserētes q̄ illa calorē naturalē cōfortat et restaurat ꝛ res illa assimilat̄ vni soli rei tantū ī oīb⁹ suis naturis ꝛ dispositionib⁹ sane adolescētie equalis cōplexionis in corpore toto ꝛ signa tēperate ꝛ equalis cōplexionis ꝛ sunt hec qn̄ calor est cōpositus ex albedine ꝛ rubedine ꝛ capilli sunt flaui declinātes ad albedinē et crispitudinē temperate scd̄m plurimū ꝛ caro eius est tēperata qualitate ꝛ quātitate ꝛ ip̄ius somnia delectabilia habēs faciē hylarē ꝛ iocūdam et erit tēperata in desiderio comedēdi ꝛ bibēdi res illa q̄ huic rei assimilatur est tēperate caliditatis ꝛ eius fumus est tēperatus ꝛ suauis: qd̄ ip̄e tactus testat̄ qm̄ est suauis ꝛ gratus tactui: nam res illa ideo tēperate calefacit q2 est tēperate calida: ꝛ ideo sanat q2 est sana: ꝛ cū est egra egrotat et cum est distemperata distemperat et conuertit corpus ad dispositionem suam propter similitudinem quam habet cum corpore humano: nam infirmitas bruti animalis non transit in hominem sed aliud animal eius-

dem generis: sed infirmitas hominis in hominem transit ꝛ sanitas intel lige hoc carissime princeps: quia in hac re est totum secretum. nam Gal. dicit ꝙ quicquid de qualibet re dissoluitur necesse est vt alteri assimiletur sicut pater in morbis transeūtibus de vno in alteruꝫ sicut est infirmitas oculorum et ce. ꝛ morbi pestilentiales nec est res que huius rei proprieta tem habeat quia nō solum humana corpora reddit magis lōginqua a cor ruptione cum quibus proportionatur sed corpora plantarum retardat a putrefactione ꝛ res illa raro inuenitur: et licet aliquando inueniatur nō potest ab omnibus commode haberi: ꝛ ideo vsi sunt sapientes loco eius medicina que iacet in visceribus terre completa ꝛ preparata ꝛ illa que na tat in mari: licet differant inter se. Cum vero illa res assimilatur calori na turali sane adolescentie temperate complexionis facit operationes bo nas. Cū vero assimilat̄ sane adolescētie tēperate ꝯplexionis facit opatio nes nobiles. Cū vero assimilat̄ calori naturali sane adolescētie tēpate cō plexionis in corpe toto facit opatiōes sublimes ꝛ in hac est ꝓprietas quā dixi. Nam hec differt a medicinis et nutrimentis tēperate calefacientibꝰ et humectantibus que senibus conueniunt: nam ille medicine omēs prin cipaliter calefaciunt et humectant corpus. Secūdario calorem naturaleꝫ sed hec medicina principaliter calorem naturalem secūdario corpus. Naꝫ proprietas huius rei est calorem naturalem senum ꝛ seniorum cum decli nant ad frigiditatem ꝛ siccitatem reducere ad caliditatem ꝛ humiditateꝫ temperatā absqꝫ aliquo nocumento ꝛ hec est propria medicina stomacho si cum eo cathaplasmetur: nam ip̄m confortat ꝛ appetitum excitat ꝛ senē qui est in potentia ad iuuentutem reducit et corruptas complexiones re ctificat. Et multi sapientes locuti sunt de re que illi assimilatur: sed illam tacuerunt sicut galienus in libro simplicium medicinarum ꝛ salomon in lege. Jo. damascenus in suis amphorismis. Sed nota coitus destruit om nino predicte rei proprietatem et forte hec est medicina de qua loquitur filius principis in secundo cano. de operationibus simplicium medicina rum vbi dicit. est medicina que ponit et diuidit omnem complexioneꝫ ad partem quam meretur. Sed quidam sapientes rescripserunt ꝙ quedam sunt medicamina et nutrientia que calorem naturalem debilitatum con fortant et resolutum restaurant. Quorum vnum est vinum vinosum mix tum in quo sunt proprietates hec de quo loquitur Galienus in expositio ne illius anfor. alices et oscitationes dicens vinum aqua temperatum totum corpus calefacit membra perforans humores temperans calorem naturalem excitans. Et dicit ꝙ tantum ponatur de vino q̄ntum de aqua ꝛ hoc intelligendum est de vinosiori vino quod reperitur. Sed haly regalis loquitur in capitulo de regimine sanitatis vbi tractat de regimine potꝰ dicens. Si quis vtitur eo iuxta moduꝫ et tempore quo oportet confortat calorem naturalem et extendit ipsum per totum corpus et temperat hu mores colericos purgans per sudorem et vrinam et mollificat naturam humectans membra dura quibus accidit siccitas causa caloris superflui. Et confert gaudium: et leticiam: et melancoliam mitigat: et dicit ꝙ debet bibi album et subtile mixtum cum multa aqua et ꝙ cauenda sunt vina acuta et vetera: et si necesse est ꝙ id bibatur sit temperatum aqua suaui et sapida et stet sex horis anteꝗ̄ bibatur. Nam ysaac in dietis particular bus de vino vinoso commixto loquitur dicens vinum commixtum cor

pora calida infrigidat et frigida calefacit et sicca humectat et humida de-siccat et facit contrarias operationes : vnde antiqui assimilauerunt ip-sum tyriace magne: quia comperuerunt eum habere duas contrarias vir-tutes. Sed ꝙ per spacium sex horarum debet stare ideo dixi ꝙ si statim bi-bitur ex pluribus rebus non fit res vna operans secũdum proprietatem rei vnius. Uino vinoso debent esse hee proprietates color: odor: sapor: sub-stantia: et post annum debet exhiberi: col or debet esse citrinus : sed haly supra tegni et Auicen. dicunt ꝙ rubeum est eligendum. Et hoc intelligen-dum est in senibus et in fleumaticis hominibus. Sed odor debꝫ esse aro-maticus in substantia clarum et in sapore nec dulce nec amarum: sed pon-ticũ et in hoc concordant similiter ꝙ debet mixtum esse cum aqua fonti-na cui non sit sapor extraneus: et ysaac videtur dicere ꝙ post annum inci-pit bonitas vini sed nullus loquitur de spacio temporis eius commixtio-nis nisi haly regalis de vino veteri in predicto capitulo : et patet ipsum benedicere quia nisi sit per spacium temporis commixtum dicitur quia vnum ab alio in decoctione stomachi separatur et quod est igneum ascen-dit sursum et quod est terrestre deorsum remanet in stomacho quod pa-tet per vas vitreum plenum vino rubeo positum in vase pleno aqua : ita ꝙ aer ingredi non possit: sed de discordantia predicta sapientum de colo-re et quo tempore sumi debeat non est mirandum quia diuersitas terra-rum facit hoc quia virtus plantarum variatur secundum diuersificatio-nem locorum et prouinciarum vt haly supra tegni sexto vbi loquitur de castigatione medici. Sed aristoteles loquitur in libro quem fecit alexan-dro dicens ꝙ vinum valet hominibus abundantibus in humiditate et fleumate. Et nocet iuuenibus et calidis: sed rubeum generat plus de san-guine ꝙ̃ album et laudabilius est omni vino et valet omnibus comple-xionibus. Et id est quod nascitur in terra extensa inter montes et valles cuius racemꝰ est bone dulcedinis maturitatis perfecte subtilis aeris qđ non vindemiatur donec fuerit ab ipso egressa fortitudo sue substantie cor-ticis cuius color est aureus. s. medium inter rubeum et citrinuꝫ sapor acu-tus pungitiuus delectabilis et clarum quando tale existit sumatur de ip-so temperate iuxta etatem corporis et temporis qualitatem: quia confor-tat stomachum ⁊ calorem corroborat naturalem: iuuat digestionem: con-seruat corpus a corruptione ⁊ ducit cibum purificatum ad omnia mẽbra decoquit cibum in eis donec conuertit ipsum in sanguinem. Item cor leti-ficat ⁊ linguam reddit expeditam ⁊ audaciam prestat et multa alia bona facit. Item si in magna q̃titate sumatur facit his contraria. s. obscurat intellectum: ⁊ impedit sensum ⁊ cerebrum ⁊ debilitat virtutem naturalẽ generat obliuionem: ⁊ ledit omnes quinqꝫ sensus: ⁊ fugat appetitum: et debilitat iuncturas: generat tremorem mẽbrorum ⁊ lippitudinem oculo-rum: ⁊ denigrat sanguinem cordis quare accidit timor ⁊ tremor et debili-tas genitalium ⁊ destructio seminis. Et quod deterius est lepram inducit Et sic vinum imitatur naturam serpentis de quo antidota conficiuntur: quia graues infirmitates curant: et tamen omnibus notum est ꝙ vene-na mortifera in se gerunt.

De his que virtutes ⁊ sensus reparãt ⁊ cõfortant ⁊ virtutẽ conseruant et vires restaurant.



Onnulla inueni medicamina in sapientū libris virtutes ꝛ sensus confortantia. Sed quod releuaret virtutes ꝛ repararet sēsus debilitatos ex senectute et senio non inueni medicamē nisi vnuz qd est de genere repentium. Repentium autez genera sunt multa. Sed tria ex his conueniunt microcosmo. Cognitio aūt proprietatis vnius nō peruenit ad grecos nec ad nos: sed ad ethyopes tantū: ꝛ est dracho. Sed cognitio proprietatis aliorum ad nos peruenit ꝛ est tyrus qui appellatur ab auicenna in quarto ꝛ in quinto canō. vipera. Alius est coluber: sed haly et auicenna rescribunt de viperis dicentes vipere sunt serpētes habētes capita plana que sunt lata: ꝛ ad ꝓpinquitatem colli minuti subtiles valde quoꝝ caude sunt curte strepitum ꝛ sonitum faciētes in incessu ꝛ debēt capi cum est finis veris ꝛ incipit estas. De supradictis nō cōueniunt nisi flaui ꝛ de flauis femine. Et coꝛuz signū est ꝙ masculi ex cōmuni latere habent vnum dētem ꝛ femīe plures vno. Et opoꝛtet vt alienētur coꝛnute et varie ꝛ aspides ꝛ declines ad albedinē ꝛ nō capiantur ex piscinis ꝛ littoribus fluuioꝝ ꝛ aquarū marinaruz neqꝫ petrose: qꝛ in eis sunt quercine facientes sitim immo capiantur in loco longinquo ab humoꝛositate nec capiantur ille que sunt debilis motus habentes caput eleuatuz. Et opoꝛtet vt non moꝛentur cuz capiuntur si possibile est quin preparentur. Et opoꝛtet vt ambꝭciantur a parte capitis ꝛ caude quattuoꝛ digiti. Et si eiꝰ motus fuerit plurimus ꝛ sanguis plurimus et moꝛs ipsius tarda erit electa si contrarium erit mala. Deinde eius viscera extrahantur ꝛ ꝓprie fel ipsiꝰ et abluatur perfecte cum aqua ꝛ sale ꝛ decoquatur cum aqua ꝛ sale donec possint separari carnes ab ossibus. Deinde terantur in moꝛtario carnes ꝛ infoꝛmentur trocisci ꝛ inūgantur cū oleo balsami ꝛ deficcentur in vmbra et caue ne cadat super eos radius solaris nec ante deficcationem nec post. Nam sol expolliat eos a virtute sua ꝛ a ꝓprietate interficiente venena q̄ sunt ex moꝛsione ꝛ bibitatione. Auicēna in quinto dicit hec predicta. Itez in capitulo de lepra dicit ꝙ eligatur mōtana ꝛ precipue alba ꝛ detrūcetur caput ꝛ cauda vice vna. Item haly regalis in vltimo sermone sue practice dicit ꝙ vitentur qui in domibus habitant ꝛ in salsis aquis. Et eligantur adolescentes in quibus subrubeus est coloꝛ vel declinans ad rubedinem quorum capita sunt lata: quia est signum bonitatis eoꝛum. Item in capitulo de lepra dicit ꝙ potest sumi de trociscis eorum a dimidio exagio vsqꝫ ad vnum cum. xxx. ʒ. vini ariani. auicenna dicit cum vino rubeo: sed vinū arianum est foꝛte. Postꝗ dixi de eius electione ꝛ preparatione dicendum est de eius pꝛopꝛietate. Sed haly regalis in secundo sermone sue practice dicit: si carnes tyrie comedantur ab eo in cuius coꝛpoꝛe sunt superfluitates purgant membꝛa interioꝛa a superfluitatibus et ducunt ad cutim et ad exterioꝛa per sudoꝛem: vel per pediculos: vel per excoꝛiationem valent moꝛsibus venenosoꝛum animalium et letalibus porationibus psunt humoꝛibus grossis ex quibus sunt lepꝛe ꝛ moꝛphee. Haly supꝛa tegni sextum loquitur de hac re supꝛa illud verbum ꝙ virus venenosoꝛum animalium curant in expositione illa. Galienus dicit ꝙ si aggregatur medicina faciens euadere et medicina aromatica stiptica non est aliquod melius in confoꝛtatione membꝛoꝛum interioꝛum et ꝙ facit euadere coꝛpus

ex malicia chimorum. Et dicit ꝙ illa medicina faciens euadere est de gene re venenorum: et dicit ꝙ digerit et purgat. Sed oportet ꝙ misceatur ali qua medicina que auferat partem nocumenti quod remansit in prepara tione predicte rei que est de genere venenorum. Sed ad il ud nocumentū quod remansit ex venenositate valet cassia lignea: zedoaria cortex citri. Item Auicenna mentionem facit in scđo can̄. de serpente sed non expri mit vtrum loquatur de tyro vel colubro et loquitur de eius proprietate dicens caro serpentis cum in vsu habetur facit penetrare omnes super fluitates ad cutim et proprie cum homo non est mundificatus. Itez di cit prolongat vitam: et confortat virtutem: et conseruat sensum et iuuen tutem: et exsiccatio eius est fortis: sed calefactio non est vehemens. Item confert lepre magnifice. Item prohibet augmentationem scrophularum Item confortat doloribus neruorum et confortat visum. Item in quarto de dispositione virtutis visibilis dicit ꝙ vsus carnis eius conseruat sani tatem oculi in vltimo. Sed latini scđm ꝙ mihi videtur loquuntur de co lubro dicentes ꝙ valet ydropicis spleneticis defectum visum vel audituz habentibus et virtutes omnes reparat: valet leprosis ꝛ omibus infectis et acutis egritudinibus: et est senibus medicina probata. Et filius princi pis abohaly dicit in capitulo de lepra ꝙ homo debꝫ cessare ab administra tione huius carnis cum incipit pati scotomiam et ventris inflationez ꝛ non debet exhiberi in predictis egritudinibus nisi admisceatur aromati cis stipticis habentibus propietatem contra illas egritudines quas in tendimus curare ꝛ eius commixtio taz diu permaneat donec perfecte fer mentetur. Et quantitas specierum aromaticarum excedentium scđm gra dum debet esse vna pars carnis et sex partes specierum aromaticaruꝫ. Et hoc est cum debet sumi a calida complexione vel calido tempore vel cali da egritudine. Sed in frigido tempore et egritudine et complexione vel etate debet esse vna pars carnis et. io. specierum aromaticarum plus vł minus scđm frigiditatem: et dixerunt quidam ꝙ caro illa nō debet appo ni nisi quousqꝫ ascendit sol et forte de genere repentium fuit exhibitum cuidam domino de germania temporibus nostris dum accidit ꝙ due so rores simul erant: quarum vna erat pulchra et alia formosa: sed formosa erat apud omnes gratiosa et pulchra mota inuidia obtulit alteri pro ve neno quod nascitur: et sic ceciderunt capili vngues ꝛ corium et fuit passa fortiter: et cum esset etatis. xxx. annorum facta est in apparentia viginti annorum: et cum eius capili essent nigri facti sunt flaui et facta est com plexionis equalis et composita facta est ex albedine ꝛ rubedine.

De his que animalē excitant virtutem ꝛ cor pora confortant ꝛ motum alleuiant.



Omnes sapientes qui de regimine tracta uerunt dicere non cessant ꝙ senes ꝛ seniores inūgen di sunt cum oleo mane cum a somno surgunt. Ut ha ly regalis hoc dicit de regimine senum ꝛ qualiter hec inūctio fieri debet sapientes discordant: nam filiꝰ pn̄ cipis dicit in scđo capitulo de oliuis ꝙ omnes speci es olei corpora confortant ꝛ motum alleuiant. Et sic nō potest esse ꝙ vnum oleum nō sit alio fortius. Sed

haly regalis. dicit in regimine senum q senes sunt inungendi cum oleo squillitico et violis mixtis cum oleo camomillino et aneti. Sed aristo. dicit in libro alexandri q debet fieri inunctio cum vnguentis odoriferis mane temporibus tamen congruis: vt in hyeme et autūno cum vnguento de mirra confecto cum succo herbe que dicitur bleta. Et in estate et vere cū vnguento cesarino confecto de sandalis et succo enlec. Et hoc dicit in capitulo de balneis: sed non docet ibi qualiter hec vnguenta debent fieri. Et audiui q dicebat captiuus germanicus qui longo tempore in captiuitate fuerat q sapiens post minutam scarificationem innuctus fuit oleo balsami et forte fuit aliud oleum vel aqua aurea. Et de omni oleo potest fieri vnguentum et de omni pinguedine potest fieri oleum. Et custos nemoris qui rem inuenit facientem albam carnem domine iunctus fuit cū vnguento domine et vixit annis multis. Et auic. dicit in capitulo de laxitudine vbi loquitur de balsamo q omne oleum debet confortari cum cera vt tanto tempore ipsum retineat q suam compleat operationem.

De his que induunt cutim pulcritudine iuuenili et mundificatione et rubedine et que cutis auferunt corrugationem et cetera.



Omne quod mouet sanguinem et spiritum ad cutim induit eam pulchritudine iuuenili et mundificatione et rubedine et iuuat ipsū illud quod abstergit abstersione subtili et leui ponens cutim subtiliorē et detegit ab eo illud quod est mortuum super faciem eius detectione subtili et leui et proprie si fuerit in eo tinctura. Et indiget cum hoc toto cautela a calore et frigore et vento et mouetur sanguis et spiritus ad cutim tribus modis per regenerationē boni sanguinis et proprie subtilis. Et per mundificationem eius et per expansionem et dilatationem eius. Res generantes bonum sanguinem sunt euchimia. scdm plurimum inter que est vinum subtile et ce. velut ysaac precipit et panis de symila eq̄liter fermētatus et bn̄ coctus ꝛ omīa cibaria euchimia dūmodo sint scdm q̄titatē digestiōis q: digestio est radix generatiōis boni chimi: ꝛ sanguinis boni: vt. G. in tegni et auic. in. iiij. capitulo de his rebus et ce. Itez generāt bonum chimum ea que cooperta coquuntur absq aqua et assata absq iure. Sanguis namq bonus cum generatur multiplicatur et consequit ipsum omnis locus et mouet ipsum ab interioribus ad exteriora sicut est ius cicerum vinū et lac mulsum nouiter bibitum ieiuno stomacho et est expertum: vt dicit auic. in quarto can̄. Sed haly in fine primi sermonis sue practice dicit q vinum bonum bibere et carnes assidue comedere bonum calorem facit. Res mundificantes sanguinem sunt he: triffera sarracenica mirabolis conditi. et latini dixerūt q idem facit cassiafist. sed margarite sanguinem cordis proprie clarificant et mundificant ac ipsum confortant: vt ysaac in gradibus. Res dilatantes sanguinem et spargentes ipsum ad exteriora sunt multe. quod duobus modis fit. Quorum vnꝰ fit cum rebus assumptis per os sicut piper: zizimber: et gariofili: et crocus tingit sanguinem et proprie in vino coctus. et dosis eius est. ʒ. i. et sicut est assumere ysopi. ʒ. iij. et cē. ʒ. ß. et potetur cum zuccaro. Alius modus fit

in operationib' et affectionib' anime sicut gaudiũ et leticia et q̃ faciũt mo nere risuz et musica instrumẽta audire et cãtilenia et sedere cũ socijs aĩm delectãtib' et respicere res aĩm delectantes. ꝛ vasa preciosa et celum ꝛ stel las et vestimentorum indui varietate. Ludis delectari et de inimicis con sequi victoriam ꝛ suam fiduciam complere et cum dilectis ratiocinari: vt aristoteles in epistola ad alexandrum. Nam hylaris anima vigorem viri bus tribuit et letari facit. Et naturam excitat: et in suis adiuuat actioni bus: vt rasis ad almansorẽ. capitulo de anime cogitationibus. Et res que adiuuant hoc totum de foris cum attractione et abstersione subtili sunt linimenta abstergentia. Sed linimentorum quedam abstergunt abstersio ne grossa quedam abstergunt abstersione subtili: sicut lauationes et in unctiones que auferunt veterem cutim et detegunt quod est subtile ꝛ fa ciunt viam spirituum ad penetrandum ad superficiem cutis. Sed cause inficientes cutim sunt multe: quedam sunt intrinsece. quedam extrinsece humores inficientes sanguinem. vt in ycterícia. Et sicut opilationes acce dentes im membris interioribus. Nam predicte res inficiunt cutim ꝛ po test auferri hec infectio cum his que in suis proprijs capitulis inueniun tur. Sed et rebus extrinsecis facies inficitur scilicet a vento frigore et ca lore: nam ista aliquando nigram et sepe turpem et corrugatam cutem red dere consueuerunt. Sed qualiter cutis a predictis incommodis defendi tur et qualiter postquam venerint possint remoueri sapientes docent. Di cit auic. in capitulo de rebus colorem facientibus bonum: custoditur cu tis a sole frigore et vento si liniatur ex albumine oui et aqua gummi. Itẽ sumatur grossum simile et infunde in aqua deinde cola et misce cum eq̃li mensura albuginis oui et cutis illiniatur et nocumenta que imprimunt ab eis causis remouẽtur et cum linimentis. Et hoc est liniamentum quod ponit rasis in capitulo de pulcritudine quod facit redire cutim ad natu ralem dispositionem: cum eius color est mutatus ab aliquo accidenti. ℞. farinam fabe lenticule ciceris lupini amigdalarum dulcium excorticato rum dragaganti masticis hec omnia cribra et tere subtiliter et confice cũ lacte dulci et cãthaplasmetur: et sic dimitte die ac nocte: deinde laua cum aqua decoctionis furfurum. deinde itera donec cutis reducatur ad id qđ in sua prima dispositione fuit. Sed si corrugatio euenit ex aliquo predicto accidenti in cute fiat id quod sapientes precipiunt. dixerunt quidam ꝙ balsamuz mixtum cum oleo laurino inunctuz aufert cutis corrugatiõez. Nec medicina consumit in naturalem humiditatem corporis et humorez generantem senectutis accidentia et confortat sensum et omnia principa lia membra corporis et consumit flegma et melancoliam vbicunqꝫ sit in corpore et clarificat sanguinem cordis et confortat ipsum. ℞. medicinam que in aere vegetatur et illa cuius minera est planta indica ana. ʒ. iij. Et medicinam que natat in mari. ʒ. ij. et que egreditur de minera animalis longe vite. ʒ. i. cẽ. musci. añ. ʒ. ß. zuccare ad pondus omnium vtere in cibo antidoto in estate: sed in hyeme adde gar. macis nucis muscate. ʒ. ij. Qđ est in quarto gradu temperatum est aurũ. Res que natat in mari est mar garita. quod in aere vegetatur est anthos: qui est flos roris marini. Qđ a mari proijcitur est ãbra que est sperma cete. Planta indica est lignum alo es. quod est in corde animalis longeuit e est os quod geneatur in corde cer ui. quod est esca syrorum est tyrus de quo fit tyriaca. Repens quod est esca

ethyopum est draco. Minera est nobilis animalis est multiplicatio speciei et spiritum et calorum proprie speciei receptis a speculis. Minera nobilis animalis est iuuencula temperata in calore et carnositate formosa: munda: non sudans: nec olens applicata stomacho pro confortatione caloris naturalis non ad vsum veneris. R. anthos ligni aloes. an. ℥. ij. margaritarum. ℥. ij. ossis de corde cerui. ℥. i. croci musci. an. ℈. ℥. zuccare ad pondus omnium terantur subtilissime margarite: et os de corde cerui et alia terantur mediocriter fiat puluis.

Aperientia opilationes cerebri

Flos azedrae est arbor: oium gariofilis: suffumigatio nota magna vẽdere lentiscus: nux musc. odorifera: zeni maiorana catacube secunduz quosdã.

Aperientia opilationes colatorij cerebri
Piretrum nigella acetum

Augmentantia intellectum.
Caro aduram emblicus caro gallinarum que sunt pulle.

Conferentia sensibus et rationi
Kebuli ambra
Conferentia rationi tantum
Aloes persicum
Conferentia sensui
Xiloaloes kebuli ambra tirus repens.
Subtiliantia intellectum
loquela auis sacrate ad collum suspensa synapis bibita ieiuno
Conferentia oblinioni
loquela auis sacrate. zinz. sucis augmentum mutet assara et est flos habens quinqz colores in conseruatione memorie qui humiditates cerebri consumit et stomachum et epar confortat.
Ledentia intellectum et rationem
mel acre: opium: cepe omnia cibaria fumosa omnia melancolica et valde fleumatica repletio ex cibis et humiditatibus; omne nacorticum secundum magis et minus

Nocentia memorie.
Sufflatio ventorum: ebrietas: et repletio superflua: omnia stupefacientia. Cibaria facientia longam moram in stomacho. Omnia cibaria grauantia. Dormitio multa in meridie: et proprie post repletionem: superfluitas vigiliarum et multiplicitas aque.

Explicit.

A

B

C

D

Tabula alphabetica.

N

O

P

R

S

Finis.

Index tractatuum huius libri.
Tractatus.

Finis.

complete



